CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXIII.

CYPRIANI HEPTATEVCHOS

EX RECENSIONE

RVDOLFI PEIPER.

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

CYPRIANI

GALLI POETAE

HEPTATEVCHOS

accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina et Hilarii quae feruntur in Genesin, de Maccabaeis atque de Euangelio.

recensuit et commentario critico instruxit

RVDOLFUS PEIPER.

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXI.

PROOEMIVM.

Cypriani Galli hominis carmina, quibus Veteris Testamenti historiarum tota series enarratur, ad posteros non seorsum edita uenerunt, sed ab exeunte septimo saeculo in unum corpus coniuncta cum aliis poetis, qui mundi creationem ceteraque gesta ueteris testamenti persecuti sunt: in quibus summum locum obtinet Alcimus Auitus Viennensium in Gallia episcopus. eius collectionis uetustissimam memoriam exhibent catalogi ueteres Laurissensis Cluniacensis Bobiensis coenobii.

Catalogus codicum S. Nazarii Laurissensis scriptus s. X hunc adfert titulum (G. Becker, Catalogi ueteres p. 111 n. 463 sqq.)[1]:

> Metrum Cypriani super Heptateuchum et Regum et Hester Iudith et Machabaeorum. Metrum Alcimi ad Apollinarium episcopum libri VI : I de initio mundi II de originali peccato III de sententia dei IIII de diluuio mundi V de transitu maris rubri [de decem plagis Aegypti][2] VI de uirginitate. metrum Dracontii de fabrica mundi. metrum Columbani. alii uersus quam plurimi. in uno codice.

Inter Cluniacenses libros catalogus intra annos 1158 et 1161 conpositus (L. Delisle, Le Cabinet des manuscrits II 459 sqq.) recenset hunc codicem:

> 537 Volumen in quo continetur Alchimus episcopus in eptateucum uersifice. et in libros Regum Paralipomenon Hester Iudith Machabeorum. et opusculum de ueteri Testamento, natiuitate ac passione domini excerptum de Virgiliano.

[1]) distinxi hunc titulum in prooemio Auitiano p. LIII.

[2]) his uerbis, quae uncinis inclusi, significatur notissimum illud Eugenii carmen uigesimum ed. Sirmondi, quod non suo loco recensetur, sed aut legebatur post Dracontium inter Eugeniana carmina, aut subiectum erat quinto Alcimi libro propter argumenti similitudinem.

de sententia dei. de diluuio mundi, de originali peccato. de transitu maris rubri. et de enigmatibus uariarum rerum.

Bobiensium autem librorum recensus s. X. conscriptus (Becker p. 69 n. 409) breuius haec sic conplectitur:

librum I in ueteri testamento conscriptum metrice [1]. in quo continentur libri Alchimi et Catonis.

Itaque in Nazariano habes Cyprianum cum adseclis. Alcimum Auitum integrum. Dracontii Eugenianam editionem. Columbanum. alios uersus quam plurimos; in Cluniacensi Cyprianea ad Alcimum transcripta [2]. inter adseclas praeter Paralipomenon adparet Probae cento plenus. sequuntur Alcimi Auiti libri haud scio an librarii errore turbato ordine primoque et ultimo omissis: non recensetur neque Dracontius neque Columbanus. sed ex incertis uersibus. quos Nazarianus adfert [3]. ponuntur aenigmata uariarum rerum (ut puta Symphosii, Aldhelmi. quae cum Probae opusculo olim coniuncta erant [4]. aliorum). tertius denique Bobiensis priora omnia nomine Alcimi conplexus aenigmatibus adiungit Catonem [5]. num quis dubitabit quin hi tres libri eadem prorsus carmina habuerint atque etiam plura quam catalogi exhibent [6]. quos qui conposuerunt. singula recensere supersederunt; nisi forte in extrema parte librorum alia in alio libro carmina aut absumpta sunt mala fortuna aut aliunde addita.

Aeuo autem Carolino Wigbodo uel Wicbodus presbyter. Sti Nazarii ut uidetur familiaris. quaestiones sacras conposuit de heptateucho [7]. quos Carolo regi inscripsit; eas catalogus Laurissensis his uerbis indicat:

[1] de Dracontio uel Amoeno cogitabat J. Huemer. Wiener Studien 1885 p. 331

[2] nempe in titulo codicis; nam in subscriptionibus, quod libri nostri probant, ubique sine dubio Cypriani nomen legebatur, ut legitur in *L*(

[3] in eodem catalogo ex cod. 453 notantur „eiusdem (sc. Paulini Petric. uersus quam plurimi id est LXX"

[4] cf. Schenkelius Proba p. 523.

[5] sic in codice Tullensi n. 176 (Becker p. 152) erat „Sedulius cum Cattone et pluribus aenigmatibus," in Augiensi n. 320 (Becker p. 1(„metrum Porci Catonis et aenigmata Ciceronis."

[6] e. g. carmina de Sodoma et Iona. de quibus infra agetur.

[7] uel octateucho, qua de re uid. ad Auitum p. LVI n. 4,

Collecta quae collexit Wicbodo ex opusculis Sancti Augustini Ambrosii Hieronymi et ceterorum patrum in quinque libros Moysi in uno codice.

plenior est titulus quem Martenius ex codice Treuirensi dedit:[1])

Liber questionum super librum Genesis ex dictis sanctorum patrum Augustini Gregorii Hieronimi Ambrosii Hilarii Hisidori Eucherii et Iunilii.

Mox siue ipse auctor quaestionum uel collectorum, siue alius nescio quis, quo eis quaestionibus egregium praesidium atque ornamentum pararet, praemisit singulis libris carmina Hilarii Probae Alcimi Dracontii Cypriani ceterorum ad heptateuchum pertinentia,[2]) recisis quae aliena erant[3]), quae si non omnia, at pleraque in uno codice Nazariano coniuncta inuenisset.[4])

talis fuit codex quem monasterium Centulense a. 831 possidere Hariulfus ait in Gestis ecclesiae Centulensis siue S. Richarii (ed. D'achery, Spicileg. t. IIII p. 419, ed. nou. t. II p. 310. G. Becker Catalogi p. 26 n. 81):

Hilarii autem de fide sanctae Trinitatis, quaestiones Hilarii.

[1]) de recentioribus codicibus uid. prooemium Auitian. p. LV et LVII n. 77: ex Treuirensis Maximini codice priora aliquot capita edidit Martenius collectionis suae tomo VIII p. 295—298: inscriptionem cum laude Caroli regis et adlocutione ad librum ex Martenio repetiuit E. Duemmler PLC I p. 95—97.

[2]) nam cum Marii Victoris carmen tum Sedulii prior pars (I 1—274) et Amoeni enchiridion prorsus aliena erant a proposito auctoris quaestionum; Helpidii tristicha dubito an non cognita habuerit Gallus homo.

[3]) recisis quae aliena erant: nam Probae centonis alteram partem quae est de nouo testamento resecuit atque etiam de Iona carmen, neque minus ex Alcimi poematis librum de uirginitate; Eugenii porro praefationes et monosticha et satisfactionem Dracontii, quae pleraque eum habuisse testis est Wigbodus in uersibus ad Carolum scriptis, quos magna ex parte mutuatur ab Alcimo Eugenio.

[4]) equidem putauerim numerum carminum ab Nazariano traditorum non auxisse hominem istum, sed minuisse. sane Hilarii Genesin unde adsciuerit et carmen de Sodoma, non liquet, nam in catalogi titulis non leguntur; Probam quin ex Nazariano sumpserit, uix est dubium et indicatur Cluniacensi titulo: nec defuisse de Sodoma carmen in Nazariano cum Iona ab ipso poeta coniunctum ex Sicchardi uerbis facile conicias.

Cypriani. Alcimi Auiti. Hieronymi. Augustini super Pentateuchum in I uol.

atque nescio an hunc in ordinem referendus sit liber quem recenset catalogus monasterii Augiensis (Sindleotes Awa) scr. a. 823—838 (Becker p. 17 n. 29):

Alchuini magistri quaestiones super genesim et metrum Alcimi Auiti episcopi uol. I.

nam quod Alcuinus nominatur. qui sane eius generis quaestionum auctor fuit. id hoc loco temere factum esse Alcimi carmina addita demonstrare uidentur. quod autem alius bibliothecae Centulensis codex (Becker p. 28 n. 187) post Aldhelmum „metrum cuiusdam de ueteri et nouo testamento cum uita Cosmae et Damiani metrica in I uol.“ habere dicitur. non ad Cyprianum. sed ad Probam pertinere persuasum habeo.

L tales denique sunt libri. quibus nos seruata Cypriani carmina debemus. Laudunenses duo. quas cum in prooemio Auitiano accuratius descripserim. quam potero breuissime quae opus sunt de eis persequar.

A Laudunensis 279 fol. max. s. VIIII in.. truncatus est initio et fine. nam interierunt primi quaternionis folia 1 et 2; mutilus est liber inde a f. 159r col. 2. multas lacunas habet in Iudicum libro a u. 249 putredine ortas, abrumpitur f. 163u col. 2. inter quaterniones D et E tria folia (32—34) interposita sunt. quae tamen pr. m. scripsit. f. 34r uacuum est.[1])

[1]) Propria quaedam libri *A* subscribam: monosyllaba *e o se ne* saepe numero in *A* (atque etiam in *C*) accentu firmantur: *é ó sé né*. notae criticae passim inueniuntur. plerumque *tria puncta* in sinistro margine praefixa. rarius dextrorsum adiecta. aut superposita lectionibus dubiis, aut subscripta litteris quae delerentur (*quae* N 331, *nos* N 923. *quid* N 500); frequenter *crux nuda* (†) aut *crux puncto ornata* (⁘). semel ⨯∫ (antigraphus? N 436). etiam ┼ (E 497 IN 204. 206). rarius R aut *obeliscus* (—) ut G 165, aut denique **a** littera (G 1277). raro in prioribus libris. accuratius in Iudicum uersibus laceris puncta ista conmemoraui. praeterea conmemoratu dignum est. quod in *A* adscriptus est alia manu ante ultimum Genesis uersum numerus XXIII, ante primum Exodi uersum legitur *dim̄* .ı. (=*dimidium. est*) ante primum Deuteronomii .ı. *minus* (= *est minus*).

Sectiones, quas faciunt libri, atque inprimis *A,* non indicaui in adnotatione. quia lubrica erat res; sed exempli gratia hoc loco referam. quae in

Laudunensis 273 (olim sign. n. 360, uaria opera) forma quaternaria max. s. VIIII ex. „Hunc librum dederunt Bernardus et Adelelmus deo et S. Mariae Laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit offensionem dei et sanctae Mariae incurrat.“ de hac inscriptione uid. F. Ravaisson in catalogo Laudunensi (Catalogue général des mss. des bibl. publ. des dép. t. I) et E. Miller in Notices et Extraits XXIX 2 p. 6 sqq. integer est liber ab initio et in fine: itaque Hilarii carmen, quod est mancum in *A*, totum habet et in fine nouem capitula libri Iudicum explanantur, quorum ultimum est de Ruth Moabitide: „Explicit expositum libri Ruth.“ *B*

Vterque codex eadem habuit ab initio, praeterquam quod librario alterius *B* non praesto erant carmina in Genesin et Exodum maiorque pars carminis in Leuiticum. ecce tabulam, qua quae carmina in utroque libro legantur atque quo ordine demonstretur:

A	*B*	
1^r	1^r	metrum sancti Hilarii Pictauiensis episcopi in Genesi.
1^u	2^u, 1	Proba de aeptatico.
3^u	5^r, 1	Cipriani de Sodoma.
5^r	6^r, 2	Alcimi Auiti carminum libri I—IIII.
18^r — 22^u	21^r, 1 — 25^u, 1	Dracontii liber I.
22^u — 33^u	*deest.*	liber Geneseos metricus Cipriani.
100^u —105^u	111^r,2 —116^u	Alcimi liber V.
105^u, 1—114^u, 1	*deest.*	metrum de Exodo.
125^u, 1—127^u, 2	129^r, 2—130^r, 1	liber Leuiticus (in *B deest* maior pars, adsunt uu. 273—309).
132^r, 2—137^u, 1	135^u, 1—140^r,	metrum super Numerum.
144^u, 1—146^u, 1	147^u, 2—150^r,	metrum Deuteronomii.
151^r, 1—155^r, 1	154^u, 1—159^r,	metrum Iesu Naue.
157^u, 2—162^u, 2	162^u, 2—169^r, 1	metrum super librum Iudicum.

Exodo sunt, multae igitur in *A*, rarae adparent in *B* eaeque congruae cum *A* (*L*); non consentit *C*, cuius sectiones uncis inclusi.

E 22, 43, 57, 94, 117, 126, 164, 177, 188, 218, 243, 257, 265, 286, 338, 351, 366 (*L*), 406, 420 (*L*), 441, 457, 467 (*L*), [484], [488], 496, 501, 507, 543 (*L*), [560], 572, 598, 611 (*L*), 644, 695 (*L*), 707 (*L*), 712 (*L*), 730, [741], 754, [762], [772], 836, 855, [861], 870, 883, [894], [910], [918], 923 (*L*), 931 (*L*), [946], 948, 963, 979, 983 (*L*), 1000, 1021, 1034 (*L*), 1056, [1072], [1082], 1110 (*L*), 1134 (*L*), 1152, 1169, 1196 (*L*), 1218, 1226 (*L*), 1249 (*L*), 1256 (*L*), 1275 (*L*), [1283], 1290, 1311, 1323, 1330 (*L*).

Quae subiectae sunt Cyprianeis carminibus anonymae quaestiones (uel explanationes uel exposita) de singulis libris uel metris. Wigbodi sunt quaestiones istae in heptateuchum. de quibus supra dictumest.

Cognatus est cum Laudunensibus nec tamen ex ipsis deriuatus (nam non habet lacunas aliquot quae in *L* sunt, ut Centulensis libri prolem esse suspiceris) codex Parisinus lat. 14758 olim Sti Victoris 380 s. XIII. continet is priorem partem operum libris Laudunensibus traditorum conglutinatam cum alio codice qualis erat Cluniacensis 524 aut 526 [0]). Prudentius atque Sedulius. qui in fronte fuerunt. nunc sunt abrepti praeter Sedulianum IIII 172 sqq.. quod excipit Arator. Prosperi epigrammata. Iuuencus, sequuntur Hilarius in Genesin. Proba de eptatico. Cypriani Sodoma. Alcimi libri I—IIII. Dracontius de opere sex dierum (Prima dies etc.). liber Geneseos metricus Cypriani 1—165. ex hoc libro G. Morelius a. 1560 [1]) iterumque a. 1564 [2]) Hilarii Genesin. Cypriani fragmentum. de Sodoma carmen. Dracontium edidit; ante Morelium Hilarii carmen ex eodem Victorino descripserat Ludouicus Miraeus [3]). Cyprianea contulit G Hartel [4]). ipse paucos uersus contuli. ex Harteliana tamen conlatione atque contextu Moreliano nec non ex censura Schenkeliana [5]) nullius esse pretii librum satis constat.

0) Clun. 524: Volumen in quo continetur Arator. idem Fortunatus ut supra. Porphyrius. Iuuencus. Sedulius. Fortunatus. Auiti episcopus. — de cod. 526 uid. infra.

1) Cl. Marii Victoris oratoris Massiliensis ΑΛΗΘΕΙΑΣ, seu commentationum in Genesin lib. III. Epigrammata uaria · . . Hilarii Pictauiensis episc. Genesis. Cypriani. Genesis et Sodoma. Dracontii. de opere sex dierum . . . Parisiis. M. D. LX. Apud Guil. Morelium. — huius editionis exemplar, quod est in bibl. Bodleiana, adscriptas habet duabus s. XVI manibus lectiones aliquot ad Genesin et Sodoma, quae cum Cauchii Fabriciique inuentis. aliquotiens cum manuscriptis libris consentiunt.

2) Cypriani opera [ed. Guil. Morelius] Parisiis apud Guil. Desbois 1564. — in appendice est Genesis. de Sodoma carmen. de cruce domini. ad quendam senatorem.

3) Hilarii Pictauiensis opera a. 1544.

4) S. Thasci Caecili Cypriani opera omnia rec. . . Guilelmus Hartel. pars III Vindobonae 1871 p. 283—305.

5) Probae Cento rec. C. Schenkl (Poetae christiani minores pars I) Vindobonae 1888 prooem. p. 519.

Colbertinum aliquem librum Victorino non praestantiorem in Hilarii Genesi edenda praeter ipsum Victorinum atque Laudunensem alterum (*B*) adhibuit Coustantius [1]. erat is haud dubie Paris. 8321 olim Colbert. chart. et membr. s. XV: insunt Arator, Iuuencus, Hilarii Genesis, Cypriani Sodoma, Alcimi Auiti carmina, Dracontius de opere sex dierum, Physiologus, alia.

Cod. Parisinus lat. 13047 s. VIIII, olim Corbeiensis, inde ab a. 1638 Sti Germani de Pratis n. 841 (uid. L. Delisle, Inuentaire des mss. de Saint-Germain, Paris 1868 p. 86; G. Hartel, praef. ad Cypriani opp. III p. XXII; H. Omont, Revue de philologie, n. s. IV, 1880 p. 67 sq.; R. Peiper, Alcimi Auiti opp. p. LX adn. 85; I. Huemer, Sedulii opp. p. XLIIII). *G*

Ex hoc libro Martenius primus totum Geneseos librum (exceptis uu. 325—378) edidit ampliss. collectionis tomo IX Parisiis 1733 p. 14—56. Martenii textum repetiuit Areualus in appendice I Iuuenci Romae 1792: utrum Martenii an Areuali exemplar recusum sit in libro „Cypriani Genesis, Cambrai, Hurez 1825" quem indicat Quicherat Thes. poet. p. XII, nescio; ego non uidi.

Auctoris nomen is qui contextum scripsit non uidetur posuisse; qui tabulam scripsit, Iuuenci, recentior quidam Sti Cypriani carmen esse putauit. neque cetera quae insunt carmina (ad Felicem de resurrectione mortuorum, quod Sto Cypriano adscripsit Martenius, centoque ille de uerbi incarnatione, qui iam tertio editus est post Martenium) auctorum nominibus insignita sunt a librario. quidquid autem in codice conscriptum est, sine dubio fluxerunt ex multis antiquioribus libris uel potius librorum fragmentis. qua in re memoria dignum est illud quod in fine Genesis non solum legitur: *Finit Genesis*, sed teste Martenio additur etiam libri qui in archetypo sequebatur inscriptio: *Incipit Exodus*.

Desideratur ut dictum est Genesis c. VIIII uu. 325—378; contextus mendis scatet turpissimis, non semel uersuum ordo turbatus est; habet tamen uersus aliquot, qui desiderantur in *A*

[1]) Hilarii Pictauiensis opera (ed. Maurinorum) Paris. 1663 Fol. p. 1370 sqq.

(734—736, 1418—1420). librum in huius editionis utilitatem contulit E Hauler.[1])

Itaque cum multos codices Cyprianeorum carminum nono et decimo saeculo fuisse in Gallia Galliaeque confinibus locis uideamus, atque etiam post medium saeculum XII in Cluniacensium monasterio, quidni in Anglicanis quoque bibliothecis fuisse credamus ex Romanis itineribus adlatos? Romae fuit Aldhelmus c. a. 690, qui monasterium Malmesburiense litterarum sedem celeberrimam reddidit. Bedae monasterium ex huius uiri scriptis conicere licet quam fuerit locuples librorum, quos Benedictus et Ceolfridus abbates adportauerant (etiam ex Gallia Benedictus innumerabilem librorum omnis generis copiam attulerat[2]). porro utrumque Cyprianea carmina habuisse in patria et pleniora quidem quam nos, ex eorum scriptis apparet[3]). non dubium igitur, quin Alcuinus in ipsa Eboracensium libraria, quam quidquid scripserunt Aldhelmus et Beda possidere ait u. 1546 quamque ut augeret ipse Aelberti abbatis comes Romam profectus est (Ebert II 15), heptateuchum Cypriani, cuius uersus aliquot laudat[4]), legere potuerit. cum inter Christianos poetas, quorum codices

[1]) eius de uariis manibus, quibus contextus scriptus est, uerba sunt haec: „m 1 macht zwischen *ec* und *et* fast gar keinen Unterschied. *œ* erscheint sowohl für *ae* wie für *et* gesetzt, *if* nicht allein für *is*, sondern häufig für *us*. Diese Hand bedient sich einer ziemlich schwarzen, m 2 einer etwas lichteren Dinte. Die letztere, welche außer der Seite 2[b] auch den falsch eingehefteten quaternio Fol. 18—25 neu geschrieben hat, zeigt zwar eine zierlichere Schrift als m 1, aber dieser möglichst treu nachgeahmte Züge und Zeichen. Es corrigiert den Text neben m 2 auch m 1 und überdies eine von mir als man. antiq. bezeichnete ältere Hand — älter als m 2 — welche zwar im Schreibstoffe keinen nennenswerten, aber in der Form der Zeichen hin und wieder einen kleinen Unterschied aufweist. Doch scheint es mir nicht unmöglich, daß m 1 und man. antiq. vielfach zusammenfallen."

[2]) Beda l. IIII p 366, 364. ed. Stev. „er kaufte auch solche in Gallien auf der Durchreise, namentlich in Vienne." Ebert I p. 601.

[3]) de Aldhelmo uid. ad N 503, I 18, 679. 681. Regum fr. 4 et 8, Iob fr. 11. de Beda ad E 286. 507—521.

[4]) E 129 sq.

Ebroicensis libraria possideat, etiam Alcimum commemoret[1]. neque mirum Aethelwulfum quoque s. VIIII in. in suo monasterio Cyprianum legisse, cuius Exodum imitatur[2]. sed horum librorum praeter paucos uersus, quos Angli illi inde laudant, nulla ad nos uenit memoria.[3]) nam ex Anglicanis libris qui unus seruatus est, non uidetur a Gallicanis nostris diuersae esse originis. Cantabrigiensem dico qui unum Cyprianum continet. summam is cognationem cum Laudunensibus prodit, quamquam Wigbodianos commentarios prorsus abiecit cum ceteris eius conlectionis carminibus.

Cantabrigiensis collegii S. Trinitatis B. 1. 42[4]) membr. s. XI foliorum 110 formae octauae; altus 18 centim., latus 8,70 centim., uicenorum uersuum in una quaque pagella. priores XIII quaterniones (fol. 0—103, nam primum primi quaternionis folium uacuum est ideoque numero caret) insigniti sunt litteris A—N; secuntur septem folia 104—110, quorum nullum, ne f. 109ᵛ quidem quaternionis notam habet[5]). initiales sectionum uel capitulorum carminis litterae maiores sunt pictaeque aut rubro aut uiridi aut bruno colore. in praefixo folio legitur: *Aldermus Ian: 30 1631.* adiecta est in calce aliena membrana uel saltem lineis inscriptis carens, ubi legitur possessoris ni fallor nomen *Thomas* . . . . (Sheffield?); in scorteo integumento arma possessoris inpressa sunt: quadratum scutum, a laeua parte superius alba crux decussata in rubeo campo, infra aureus leo ad laeuam C

[1]) u 1550: quid quoque Sedulius uel quid canit ipse Iuuencus, Alcimus et Clemens, Prosper, Paulinus, Arator, quid Fortunatus uel quid Lactantius edunt.

[2]) sc. E 1034. 1082 sq. (qui codicem nostro *A* similem habuisse eum probant) 1103. 1304—1325. uid. Karolingische Dichtungen untersucht von Ludwig Traube. Berlin 1888 p. 17 not 2 p. 22 sqq. p. 32 not. 1 et 2.

[3]) uid. tamen quod adnotaui infra p. XIV.

[4]) Catalogi Angliae et Hiberniae. Oxon. 1697 I 3 p. 99 n. 448.

[5]) f. 110 (Iud. 244—283) cum ipse librum describebam, non suum locum obtinebat; nam cum olim esset primum quaternionis folium (110, 104. 105. 106—107. 108. 109. *x*), post reuulso folio *x* (quod erat uacuum) per errorem ultimum in locum est delatum. nunc librum denuo ligatum uerumque ordinem restitutum esse Iohn B. Mayor scribit.

partem progrediens in rubeo campo; dextrorsum supra rubeae et aureae rutae, infra campus albus.

Cypriani heptateuchos sublatus est sine dubio ex Wigbodiano opere: omissi sunt in Genesis et Exodi confiniis 608 uersiculi (G 1184—1498. E 1—293) sic tamen ut et subscriptio Genesis et Exodi inscriptio adpareat: porro inter Deuteronomium et Iesu Naue uersiculi 150 desunt (D 285—288 IN 1—146), ubi continuatur carmen ut nulla fenestra adsit. porro IN 364—547 i. 184 uersus omittuntur nulla fenestra. has iacturas non est quod inputes librario: fuerunt in codice unde is carmen descripsit multis foliis truncato. sed abrumpitur carmen medio in folio 109 Iudicum uersu 506 sic ut plena sit pagina 109^r^ uiginti uersuum, 109^u^ nullam litteram contineat, ut ne *finit* quidem uerbo concludatur liber. cuius rei multae excogitari possunt causae; nam aut membranae defecerunt scriptorem, aut aliud in monasterium transiit, aut aegritudo uel ipsa mors ad rem persequendam impediuit — aut, quod est uerisimillimum, nihil amplius in exemplari suo inuenit et tamen finem adesse dubitauit subscribere.

Non praetereundus est hoc loco Mico monachus Centulensis, qui a. 825 ex multis auctoribus, quos commodabat armarium monasterii, atque ex ipsis Cypriani libris, quorum unum exemplar ex catalogo Sti Richarii a. 831 conposito supra recensuimus, exempla prosodiaca congessit*), quorum optimus liber est Bruxellensis 10470—73 (olim Gemblacensis) s. X, deterior Bruxellensis 10077 s. XII. ex his exemplis quae Cypriani sunt aut uidentur esse, mecum communicauit Ludouicus Traube, cui Miconis opuscula edenda suscepit in tertio Poetarum Carolinorum tomo.

Verum Mico iste etiam ex simili conlectione non multo uetustiore uersiculos hausit, cui nomen erat Exempla diuersorum auctorum: ea ex Vaticano libro Reg. 215 s. VIII/VIIII — quo meliorem habuit fontem Mico — H. Keil edidit Halis Sax. a. 1872, iterumque E. Chatelain, Gradus ad Parnassum, Revue de philologie 1883 p. 65 sqq. idem sine dubio est liber, qui in catalogo Blauibornensi inter a. 1085 et 1101 confecto

*) uid. E Duemmler N A IV 515—521. Hist. litt. de la France V 319.

inscribitur exemplare super uersus auctorum (G. Becker p. 176 n. 115). quae exempla cum septimi nuper saeculi esse censuissem in prooem. Auitiano p. LXVIII. ex Pauli Diaconi Walafridique Strabonis uersiculis. quos inde Mico mutuatus est. L. Traube non multo ante a. 825 conlecta uidit (Rhein. Mus. 1889 p. 479). qui quod conlecta suspicatur in Germanico quodam monasterio, fortasse Augiensi, nescio an rectius Gallicam originem eis adscribamus, quam etiam Vaticanus liber prodit. nam S. Mariae Forcalqueriensis olim fuit. inter codices. quibus auctor est usus. unus uidetur Persium et Iuuenalem cum Prisciani periegesi coniunctos habuisse; ex Cypriano quattuor habet uersus (190. 191. 195. 196) ex Exodo Numero Iesu Naue sumptos: interpositi sunt tres uersiculi. quorum unus est incerti auctoris (192 surgentes acinos uarios et praesecat uuas). alter (193) Eugenii ex hexaemero 210. tertius (194) Paulini: unde facile est suspicari Cypriani codicem similem nostrorum adhibuisse collectorem. in quo et Eugenii et aliorum carmina multa essent coniuncta.

Redeamus ad Miconem. qui ex quattuor Cypriani locis quos Exempla praebebant. tres recepit. ex ipsis Cypriani carminibus. quos quidem nouerimus tredecim selegit: atque ita facit. ut in Genesi non Cypriani sed Binancii Ouidii Prosperi nomen adponat. in ceteris Alchimi (excidit hoc nomen E 29); unum praeterea uersum selegit ex Sodomorum carmine quem Vir̃. (i. Virgiliano) adscribit. unum ex Hilario. quem tribuit Alchimo. haesitabat igitur in prioribus codicis sui libris, cui adscriberet. mox Alcimi esse. qui fama superabat ceteros. sibi persuasit cum multis suae aetatis et posteriorum hominibus. quamquam in subscriptionibus singulorum librorum Cypriani nomen non desiderabatur.

Sed praeter hos locos alii dantur Alcimo. qui in ueri Alcimi carminibus non inueniuntur. acceduntque alii auctoris nomine carentes. quos. cum dubium non sit quin ad ueteris testamenti libros pertineant eundemque auctorem et sermone prodant et prosodiacis rationibus. facile tibi persuadeas Cypriani esse ex deperditis libris illis. quos et Laurissensis et Cluniacensis libri titulus nominat. unde cum pleniorem fuisse etiam Miconis librum quam Laudunenses nostros cum Cantabrigiensi appareat. praeter

Centulensem illum Wigbodianae conlectionis, quem catalogus a. 831 confectus indicat, alium quoque uel alios Cypriani codices in Sti Richarii cella tum fuisse suspicari licet.

Aliorum librorum, qui intercidisse uidentur, exigua extat memoria.

Corbeiensis quidam a Montefalconio p. 1408 *d* describitur in catalogo quem illi miserat ipsius monasterii Prior: „Carmina Iuuenci in uetus testamentum, quibus succedunt categoriae Aristotelis: cod. membr. s. X." Iuuencum pro Cypriano positum puto ab eodem, qui in Corbeiensi Genesis libro Iuuenci nomen intrusit.

Phil. Labbeus Noua bibliotheca mss. Paris. 1653 p. 57: „Alcimi, ait, opera poetica nondum edita in Leuiticum, Numeros, Deuteronomium et libros Iosue ac Iudicum proferemus in lucem. Ex Apographis mss. eo praesertim quod Theodori Pulmanni [† 1590] manu descriptum sibique ab Abrahamo Ortelio donatum miserat huc alias R. P. Andreas Schottus Soc. nostrae Presbyter." Non indicantur primi libri Genesis et Exodus: unde olim diuersum ab nostris libris *ABC* fuisse librum, quo utebatur Pulmannus, conieci: sed tamen, cum Genesis et prior pars Exodi in Laudunensi altero (*B*) desiderentur, nescio an ex hoc ille deprompserit.

Neque alios praeter Laudunenses libros habuisse Sirmondum (in notis ad Auitum, S. Auiti operum ed. 1643 p. 63 sq.) crediderim, qui Genesin quidem non nominat, sed in ceterorum librorum numeris ad Laudunenses propius accedit, quam ad Cantabrigiensem. nam Numeros quidem ille 689 uersus continere dicit, cum sint 778, Iesu Naue 452 pro 586: sed in Exodo (1327, nos 1332), in Leuitico (308, nos 309), in Deuteronomio (287, nos 288), in Iudicum (695, cum *B* habeat 698, *A* 700, *C* 760) Sirmondiani numeri satis respondent Laudunensibus. accedit quod procliue erat errare in describendis Romanis numeris, ut ne eos quidem numeros, qui a nostra conputatione abhorrent, in Sirmondianis chartis tantopere fuisse diuersos ab initio crediderim.

Iam liceat in conspectu ponere, quas Cyprianeorum carminum partes singuli codices habeant, quas praetermittant.


Genesis	1—324	*A*	*G*	*C*		Deuteronomius	1—284	*A*	*B*	*C*
	325—378	*A*	—	*C*			285—288	*A*	*B*	—
	376—1183	*A*	*G*	*C*		Iesu Naue	1—146	*A*	*B*	—
	1184—1498	*A*	*G*	—			147—363	*A*	*B*	*C*
Exodus	1—293	*A*	—	—			364—547	*A*	*B*	—
	294—1333	*A*	—	*C*			548—586	*A*	*B*	*C*
Leuiticus	1—262	*A*	—	*C*		Iudicum	1—9	*A*	*B*	*C*
	263—309	*A*	*B*	*C*			10—69	—	—	*C*
Numeri	1—62	*A*	*B*	*C*			70—506	*A*	*B*	*C*
	63—172	*A*	—	*C*			507—770	*A*	*B*	—
	173—228	*A*	*B*	*C*			771 sqq.	—	—	—
	229—284	*A*	—	*C*						
	285—778	*A*	*B*	*C*						

Ex his tribus libris parum diligenter enotatis J. B. Pitra. proditor potius quam editor Cypriani dicendus (nam quod in Rigaltii licentiam et neglegentiam iactauit uerbum. in ipsum auctorem recidit) Genesis cap. VIIII Exodum Iosuam selecta ex Leuitico Numeris Deuteronomio fragmenta edidit in Spicilegii Solesmensis tomo I[1]) p. 171—258 add. p. 569 sq., libri Iudicum laceras tantum paginas cum imaginibus codicum parum scite factis ad quattuor Iudicum uersus exhibuit prooem. p. XXXVII sq. et tabula. multo post totum librum Iudicum cum partibus Leuitici. Numeri. Deuteronomii antea omissis in Spicilegio non maiore cum diligentia typis exscribi iussit in Anecdotorum sacrorum tomo V[2]) p. 181 sqq. praemissis libri Laudunensis 279 (*A*) lectionibus ad Genesin. quae omnia scatent erroribus turpissimis.

Omnium librorum nostrorum unus est idemque archetypus. id quod communes lacunae et uitia produnt. maxime initia multorum uersuum in Iudicum libro absumpta. et quod carent eis. quae post Iudicum u. 760 olim sequebantur.

[1]) Spicilegium Solesmense complectens Sanctorum Patrum Scriptorumque ecclesiaticorum anecdota hactenus opera . . . cur. domno I. B. Pitra. Tomus I Parisiis 1852.

[2]) Anecdota sacra tom. V = Analecta sacra et classica. Romae 1888.



Liber *C* neque ex *A* neque ex *B* deductus est. nam habet genuinos uersus qui in illis desiderantur. e. g. G 734—736 (*CG*). *N* 51/52. 250—253. 339. E 763 sq.. 908. 968. IN 257 in *A* omissos. N 306 omissum in *B*.

Liber *B* non descriptus est ex ipso *A*. sed ex detruncato libro X3. in quo Genesis et Exodus et Leuitici maior pars deerant. item N 63—172 et 229—284 nulla fenestra omissi: ipse autem seruauit IN 257 et N 339. qui non leguntur in *A*.

Vterque liber *A* et *B* artissime inter se coniuncti sunt. quod sexcenties lectiones *L* littera significatae testantur; nec tamen minus saepe *B* cum *C* consentit contra librum *A*. quae res facilem explicationem habet: nam quis non uideat libri *C* contextum originem traxisse ex exemplari non pleniore quidem (nam quod Iudicum uu. 10—69 habet. qui in *L* desiderantur. alia[1]) est causa. sed iam corrupto eodem. unde etiam *B*

[1]) qui fieri potuerit, ut *C* solus seruaret hos uersus. si deriuatus est ex atauo libri *B*, qui eodem archetypo usus est cum *A*. certo quidem nequeo dicere; sed, ut saepe, folium nexu suo solutum in causa fuisse uidetur: sunt enim sexaginta uersus, qui sine dubio duabus pagellis perscripti fuerunt, et nescio an interpolator Anglus inter fragmenta uetustioris

deriuatus est: sed a uiro docto permultis locis non sine ingenio emendatum erat et interpolatum Cypriani carmen, cum in hunc codicem transcribebatur, optimaeque huius libri lectiones non pro ueris ipsius poetae uerbis habendae sunt sed pro meris coniecturis.

In Genesi, quam alter et deterior Laudunensis liber *B* non habet, eius uicem gerere uidebis codicem *G*, ita ut mox cum *A* contra *C*, mox cum *C* contra *A* faciat.[1]) hunc autem codicem ita cognatum esse cum *B* censeo, ut unum habeant ambo patrem X^3, cuius ex priore parte abscissa et deminuta (nam Exodi et Leuitici particulae, quas cum Genesi sine dubio illa prior pars complectebatur, interierunt, quas tamen ab exemplari non prorsus afuisse subscripta in *G* uerba *Finit Genesis. Incipit Exodus* testantur) *G* sit transcriptus cum multis sane librarii et erroribus et inmutationibus, posterior autem pars in librum *B* defluxerit.

Maior tamen aliquanto libri *G* auctoritas est in Genesi, quam libri *B* in ceteris libris; nam cum librarius *A* saepius ibi quam postea a uero uideatur declinasse, *G* non raro egregiam medellam adfert[2]); *B* tamen, ubi recedit ab *A*, plerumque errat, ut in toto quidem Iudicum libro uix nouem locis leuiuscula, quae librarius *A* deliquit, in *B* correcta habeantur,[3]) atque ex multitudine uitiorum, quae *B* admisit, concluserim etiam plura membra intercedere inter X^3 et *B*, quam inter X^3 et *G*.

Liber *A* ut est omnium plenissimus, ita lectiones eius maiorem in uniuersum fidem merentur quam ceterorum.

et plenioris cuiusdam libri, quae bibliotheca monasterii possidebat, illud folium integrum inuenerit et transcripserit. Aldhelmus certe pleniore codice usus erat a Wigbodianis libris alieno et cum Laurissensi potius cognato; nam ex Regibus uersus aliquot profert, atque ex Numero uersum 503, quo agitur de aqua contradictionis, ab omnibus libris omissum solus seruauit. — eandem rationem in paucos istos uersus Iudicum ἀκεφάλους adhiberi nolim, quorum paulo pleniora initia in *C* apparent, neque in meliores aliquot lectiones: unus est Genesis u. 195^1, qui similem rationem admittere uidetur.

[1]) G 482, 557, 568, 632, 650, 662, 722, 771, 800, 826, 847, 851, 935, 936, 970, 1029, 1040, 1174, 1183.

[2]) G 138, 202, 261, 385, 477, 576, 786, 901?, 917, 952?, 977 1443, 1451.

[3]) I 73, 77, 132, 154, 392, 491, 583, 659, 747.

X *X* littera nuda significaui exemplar illud ex quo deducti sunt duo librorum omnium quos habemus ordines. non Cypriani illud ipsius, ut dictum est, neque etiam Nazarianus iste celeberrimus, sed Wigbodianae traditionis exemplar, si licet hoc nomen usurpare. atque haec recensio ab antiquiore traditione multotiens detorta fuit, quod ut menda innumera[1]) ita lacunae frequentes demonstrant. quarum partem tantum exiguam indicauimus, maior pars conlato graeco exemplari ipsisque saepe capitum uersuumque numeris cernitur. turbati ordinis rariora indicia adsunt: nam quod I 721 sq. ex Regum libris translati sunt, id ad exemplar plenius quoddam pertinet. ac dubito uehementer, num qui sequebantur post Iudices libri, eos etiam Wigbodus seu quisquis carmina Cypriani Wigbodianis quaestionibus interposuit, integros inuenerit: nam quas ipse Iudicum liber iacturas expertus est, tantus earum est numerus ut uix post Wigbodum natae esse possint.

Paginae libri X uersibus 30—32 perscriptas fuisse patet ex Iudicum libri omissis in *L* uersibus 10 ad 69 et abreptis uersuum 317—346, 407—436, 499—530, 595—624, 683—712 initiis. totus igitur Iudicum liber XIV foliis absolutus fuit, quorum singula hos uersus continebant:

f. I^r		f. I^u	1— 9
f. II^r	10—39	f. II^u	40— 69 (30+30)
f. III—VI	70—316 (8×30+7)	f. VII^u	347—376 (30+30)
f. VII^r	*317—346*	f. VIII^u	*407—436* (30+30)
f. VIII	377—406	f. VIIII^u	467—498 (30+32)
f. VIIII	437—466	f. X^u	531—562 (32+32)
f. X^r	*499—530*	f. XI^u	*595—624* (32+30)
f. XI^r	563—594	f. XII^u	655—682 (30+28!)
f. XII^r	625—654	f. XIII^u	713—742 (30+30).
f. XIII^r	*683—712*		
f. XIIII	743—760 (interierunt qui sequebantur).		

[1]) eorum, quibus nomina sacra corrupta sunt, partem tantum huc refero, maiorem partem antiquae interpretationis exemplari uindico, quo Cyprianus utebatur. sane in talibus, quale est *Habea* pro *Manoea* I 287 incusandus erit librarius *X*.

Aduertendae sunt prae ceteris duplices lectiones, quae in *X* fuerunt, uelut

G 261 *giptans A, girptans C, gestans G:* $\overset{\text{s}}{\textit{giptans}}$ (*s* litterae *r* similis ss.) *X*

G 482 *inhians gaudens A, imhiagaudens GC:* $\overset{\text{gaude}}{\textit{inhians}}$ *X*

G 1029 *humili A, ilico CG:* $\overset{\text{sicco}}{\textit{humili}}$ *X?*

E 583 *magis plus C, plus A*

E 698 *discitat A, dehoscitat C:* $\overset{\text{no}}{\textit{discitat}}$ *X*

E 1032 *perliquidus A, praelucidus C* (leg. *perlucidus*)

N 551 *perliquilucidus A, perlucidus BC*

N 48 *seruus serus A, serus BC*

N 235 *profatur praecatur A, profatur C*

N 434 *distinguit distringit A, distringit B, distinguit C*

N 536 *uiroso loetali* ω

N 672 *monuet A, mouet B,* $\overset{\text{m}}{\textit{donet}}$ *C*

D 93 *iuge & reteneri A, iuge ret. B, ire ten. C:* $\overset{\text{ret}}{\textit{iugeteneri}}$ *X*

D 160 *ridente gramina B, ridenter gramina:* $\overset{\text{er}}{\textit{rident}}$ *gramina X* cf. G 13

D 251 *protinus placidus sedabit L, protinus sedauit placidus C*

D 263 *ius est mihi* ω*: ius* $\overset{\text{ē}}{}$ *mihi X*

I 657 *nocuent L:* $\overset{\text{n}\ \text{n}}{\textit{uocent}}$ *X*

IN 182 *confestim dat turba AC, dat* om. *B*

IN 310 *iussi A, iussis BC:* $\overset{\text{s̃}}{\textit{iussi}}$ *X*

diuersas has lectiones[1]) non censuerim Wigbodianum librarium ex suo ingenio scripsisse, sed diligenter descripsisse quae inuenerat: propria erant Nazariani libri, uel eius ex quo Nazarianus descriptus erat, ex hoc autem anti-

[1]) non raro in *A*, quod falso scriptum erat, statim rectius ponitur altero non deleto, ut N 291 *uer me fero* N 298 *absoluit uere* N 745 *uirens iam germine uir molli*, et uideri potest librarius haec quoque in exemplari inuenisse, cum E 1222 scribat *diufortia*, pro quo si suum errorem correxisset, *difuortia* scripsisset. ceterum non raro *f* pro *u* positum est in *A*, ut G 1353 *adfectaque farra* al.

quissimo libro Cluniacensem. forsan et Bobiensem librum deductum esse suspicor. qui magno cum damno harum artium interierunt.

Iam igitur reuoluti ad exemplaria illa priora quae fuerunt in celeberrimis illis monasteriis Laurissensi. Bobiensi. Cluniacensi. quid de fontibus carminum. quae Cypriano adiecimus. statuendum sit uideamus.

Codices qui sola carmina minora a me adiecta Cyprianeis seruarunt, ex collectione. quae ante Wigbodum instituta erat. fluxerunt. eorum et plenissimus et optimus est

p Parisinus lat. 2772 (Colbertinus) s. X.

f. 1 Prosper f. 28ᵘ Q. Serenus f. 50ʳ Anthol. lat. 495 R. (*Sperne lucrum* —) 50ᵘ Senecae et Pauli epistulae 53ᵘ *uer(sus) Platonis ad quodam Tiberiano . . . translati* (Anthol. lat. 490 R.) 54ʳ uer(sus) sc̄i Cypriani (ad senatorem) 55ᵘ Iudicii signum 56ᵘ uersus XII sapientum (Anthol. lat. 567 R. sqq.) 58ᵘ argumenta Vergiliana (Anth. lat. 1 et 2 R.) 61ᵘ carmen Octauiani Caesaris de Virgilio (Anth. lat. 672 R.) 62ʳ *Qui latas uario* etc. (Anth. lat. Ries. II p. X. 62ᵘ de communibus syllabis („*Vir humilis mesto* —") 63 Hylarii de martyrio Machabaeorum 71ʳ opusculum Tertuliani de excidio Sodomae et Niniue 76 Ausoniani Technopaegni particulae aliquot 76ʳ de quaestiunculis nominum (disputatio inter M et Δ) 79ʳ Paulini Nolani aliquot carmina: de Niceta (c. XVII). de psalmo CXXXVI (c. VIIII), „*Beatus ille* —" (c. VII). 87ᵘ „*Bis duo nam niuei* —" (cf. ad Anthol. lat. Riesii c. 727) cum aliquot uersibus Martiani Capellae. 88ᵘ interpretationes de nominibus. 89ᵘ Cato. 103ʳ sententiae philosophorum. 107ᵘ de signis et mensibus XII (Ausonianum. Anthol. lat. 640 R.). descriptio ponderum. 108ᵘ Boetii phil. cons. II. c. 5. f. 3ᵘ „Iste liber est de conuentu paradisi" s. XIII uel XIIII adscriptum. librum ante me descripsit Riesius Anth. II p. X sq. in Sodomorum carmine Steph. Baluzius adhibuit (Cypriani opera Paris. 1717 repet. 1726 appendic. p. CLVII). ipse contuli.

ex Nazariano (Laurissensi) codice Io. Sicchardum editurum esse carmen de Sodoma dicit Beatus Rhenanus in praef. ad Tertulliani opera ed. 1528: poterat dicere de excidio Sodomae

et Niniue. nam utrumque carmen in codice fuisse atque Tertuliani nomine inscriptum luculentus testis est codex P, qui nescio an ex ipsis laciniis ueteris Nazariani libri descriptus sit.

Codex Pithoei, ex quo Iuretus ad Paulin. Petric. 1585 primus carmen de Iona et Niniue edidit Tertulliani nomine inscriptum. Colbertini apographum mendosum fuisse uidetur. *P*

Interpolatus textus duorum carminum. TERTULLIANI quae feruntur, quem tamen uerum putauit L. Mueller Mus. Rhen. XXII p. 332 sqq., post Muellerum Hartelius[1], ex Cluniacensium bibliotheca manauit: scilicet inter Cluniacenses libros in uetere catalogo codex 526 sic describitur:

> Volumen in quo continentur Iuuencus. Sedulius. Arator. Prosper. quoddam metrum Tertuliani. Cato. Auianus. quedam diuerse collectiones uersuum diuersorum actorum. libri Archini [leg. Alchimi] episcopi. ars Isidori de grammatica et de disciplinis aliarum artium.

Hic liber ad nostra tempora uenit: est enim nobilissimus liber Alcimi Lugduno-Batauus Voss. lat. Q 86 membr. s. VIIII, quem accuratius descripsi in prooemio Auitiano p. LXVI. ibi f. 81ᵘ ad 85ᵘ: in christi nomine incipit dictatus tertuli/ani metrica arte constricius in primis de incendio Sodomorum. — de Sodomis explicitum. de Iona. — de Iona explicitum. finit. *V*

contulit codicem L. Mueller Mus. Rhen. XXII (1867) p. 328 sqq. dubios aliquot locos meum in usum denuo inspexit u. d. de Vries.

alterum huius generis exemplar est Vindobonensis 16 s. VIIII, post Oehlerum (Tertulliani opera II 769) ab G. Hartelio conlatus, qui solum de Iona propheta carmen habet Tertuliano adscriptum. *T*

codicem Paris. 8321 (Colbertinum) s. XV, in quo Cypriani Sodoma, non uidi.

AD SENATOREM carmen praeter *P* hi libri habent:

[1]) quod minor est in *VT* numerus elisionum sublataque in eis sunt monstra quaedam et metrica et grammatica, inde non recte concludebatur ad auctoris uerba propius accedere hos libros. quo tamen priorum editorum non minuitur meritum, quorum sollertia factum est, ut nos rectius iudicare possemus.

F Parisinus 2832 s. VIIII f. 29ᵘ in quo legitur inter Eugenii et Prosperi Florique diaconi carmina. uid. E. Duemmler NA IV 297 sq. Colbertini libri est consors; in utroque desunt uu. 61—85; ipse contuli. plenum habet carmen

R Vaticanus Reginae 116 s. VIIII—X f. 114ʳ post S. Cypriani martyris opera. contulit L. Sternbach. ex hoc libro primus edidit Morelius in Cypriani operibus Paris. 1564. Baluzius Paris. 1726.

Optimus nostrorum est *L* in quem de Sodoma carmen, quod solum habet, ex Nazariano fluxit; Nazarianus enim, quamquam neutrum carmen catalogus commemorat, haut dubie utrumque habuit.

Ad eum proximus auctoritate accedit *P* (Sodoma, Iona), qui ex ipso Nazariano descriptus esse uidetur; aliquot tamen locis iam passus est correctoris manum (ut S 166 *caelestia* pro *caelo*).

Spernendi sunt libri *V T*, quorum alter utrumque carmen, alter solum de Iona carmen habet; nam textum praebent Carolinorum aeuo retractatum ab homine non mediocris ingenii, Cluniacensis ni fallor monasterii sodali, siue ei uerba tradita antiquitus minus placebant, siue quod mutila et corrupta situ (ut Maccabaeorum carmen in codice Corbeiensi) interpretem flagitabant. sed tamen in his quoque uestigia exigua uerae lectionis latitant, quia exemplar ab origine eximiae bonitatis erat, idem nimirum ex quo Alcimi Auiti carmina in librum *V* manarunt, cuius conparem ex Cluniacensi catalogo supra (p. I) commemorauimus.

In MACCABAEIS praeter *P* nominandus est uenerandae uetustatis codex, ex quo primum innotuit illud carmen:

C Corbeiensis, post Sangermanensis 598, nunc Petropolitanus F. XIV. 1. membr. s. VIII, in quo post Bonifatii aenigmata et selecta Fortunati carmina f. 104ᵘ carmen illud extat. sequuntur a f. 110ᵘ Aldhelmi de uirginitate et de Eliae historia carmina, deinde series sacrorum epigrammatum, postremo Aldhelmi et Symphosii aenigmata, quorum omnium accuratum recensum dedit F. Leo in prooemio operum poeticorum Fortunati p. VIII—XII. ipse contuli anno 1883 habuique conlationem a Carolo Schenkl accurate institutam in usum G. Brandesii.

Ex huius libri apographo Ioannes Sichardus primus de Maccabaeorum martyrio carmen edidit in libro „Antidoton contra diuersas omnium fere saeculorum haereses . . . Basileae excudebat Henricus Petrus, mense Augusto anno MDXXVIII“ fol., f. 79ᵘ—83ʳ [1]). Sichardi exemplar iterum typis describendum curauit, sed mendis inquinatum, Iohannes Herold in Haeresiologia, quam Basileae Henrici petri praelis expressit a. 1556 fol.; tertioqus Georgius Fabricius in Poetarum ueterum ecclesiasticorum operibue christianis, Basileae per Oporinum (M. D. LXIIII) 4° p. 443—453, qui non paucos locos coniectura mutauit [2]). qui postea ediderunt ex deterioribus codicibus aliquantum Corbeiensem textum emendare studuerunt. qui tamen, quamquam ab origine nonnihil bonae frugis inhaesit, tam corruptus est, ut ne in adnotationem quidem eius lectiones debuerint recipi nisi paucissimae, et praestare uisum sit Sichardiano textui subscribere.

Deteriores Maccabaeorum codices quam *P* et interpolati: [3])

Parisinus 8093 s. VIIII, ex parte s. X. continet Sedulium, *B*
Catonem, Eugenii Isidori Martini Dumiensis Damasi carmina, Theodulfi quaedam (E. Duemmler N A IV 245), Hilarii de Maccabaeis carmen, Vergiliana (uid. Naeke ad Valerium Catonem p. 344), Auieni fabulas alia. breui Riesius descripsit AL II p. XXI sq.

[1]) Gregorius Gyraldus in dialogo de poetis ubi Marium Victorium Afrum uersu heroico septem Maccabaeorum fratrum necem descripsisse dixit, pergit: „quod non multo ante poema legi, parum licet castigatum. praeter enim fenestras quae in eo patentes pleraeque existunt, uacillantes quoque syllabas et pedes offendimus.“ Sichardi non dubium quin exemplar ante oculos habuerit, non scriptum aliquem librum.

[2]) Sichardianum exemplar Fabricii manu correctum possidet bibliotheca regia Dresdensis.

[3]) „P. Labbeus in dissertatione historica de Victorino quosdam codices Hilarium praeferentes commemorat. Oudinus etiam tom. V. de scriptt. eccles. p. 1230 quatuor Mss. exemplaria Hilario idem carmen adiudicantia recenset, nimirum tria Colbertina 1512, 3892 et 4734 ac unum inter suos . . . suorum codicum praesidio ita se carmen hoc emendasse Oudinus monuit, ut nouum omnino opus uideri possit“. sic Ballerinii fratres in nota quam editioni suae praemiserunt (Leonis Magni opera tom. II p. 343). unde patet non Corbeiensem contextum in Oudinianis codicibus fuisse, sed qualem libri *PBL* praebent.

— folio 51[u] subscriptum est „*Nic. Fabri est*". Maccabaeorum carmen ex hoc codice edidit G. F. H. Beck in calce dissertationis de Orosii fontibus. Marburgi Hass. 1832 p. 37—60 (cf. Hallesche

f LZ 1836 n. 91).

Floriacensis liber, unde Ioannes a Bosco *carmen de Maccabaeis* edidit in libro „Floriacensis uetus bibliotheca . . . opera Ioannis a Bosco Parisiensis. Lugd. 1605. 8° uol. II p. 196 sqq. qui ait p. 197 „Cuiusnam Hilarii sint hi uersus Pictauiensis an Arelatensis, non ausim est (*sic*) affirmare, propius tamen ad stylum Hilarii Pictauiensis accedere uidentur: ut uersus de Creatione mundi in fine operum suorum ipsi adscripti indicant. Caeterum eos ut in ueteri exemplari legebamus, descripsimus: asteriscis tantum corrupti ubinam sint scriptorum errore, indicantes, et in margine aliquantisper restituentes." Haec tamen non prorsus uera; nam aliquotiens sine dubio Sichardi lectiones recepit, aliis locis quae in scripto libro erant, non recte legit. Tanta autem est inter *B* et *f* similitudo, non ut duo sed ut unum eundemque librum esse facile tibi persuadeas, non digni tamen sunt in quibus diligentius examinandis et conferendis opera conlocetur. Nec minus interpolatis est accensendus neque ullius pretii:

L Vossianus Leidensis lat. O 15 s. XI (sic Baehrens PLM V 31) uel VIIII—X (sic L. Mueller Neue Jahrb. LXVI p. 266. 563). inest a f. 4[u] Romulus thiberino filio . . ibidem laudes S. Benedicti „Ordiar unde tuos." (Pauli Diaconi est carmen), Simphosii enigmata. f. 5[r] Auianus f. 8 monosticha de aerumnis Herculis. Hilarii de martirio Maccabaeorum. f. 10[r] Remi Fauini epistola de ponderibus. f. 10[u] Prisciani periegesis. contulit G. Brandes.

Hilariano de creatione mundi carmini, cuius praeter egregium exemplar Laudunense pessimum Victorinum cum Colbertino, quibus solis editores a Ludouico Miraeo (Hilarii Pict. opp. Paris: 1544) ad Constantium (Hilarii Pict. opp. ed . . Sti. Mauri Paris. 1693) usi sunt, alios codices non inueni; adiunxi eiusdem carmen De Evangelio e cod. Sangallensi 48 s. IX (uid. Scherrer Verz. d. Handschriften der Stiftsbibl. v. St. Gallen 1875 p. 20) editum ab H. C. M. Rettigio (Prolegom. ad IV Euangeliorum Cod. Sangal-

lensis graeco-lat. Turici 1836) iterumque a Pitra Spicil. Solesmensis I p. 166—170. codicis nouam conlationem nostrum in usum instituit d. u. Dierauer professor Sangallensis. leguntur in pag. 1 uu. 1—26. pag. 2 uu. 27—60. in pag. 8 uu. 61—99. denique in p. 18 uu. 100—114: cetera interierunt.

Non est quod insulsam eorum sententiam refellam. qui Iuuencum historiae euangelicae auctorem Heptateuchum quoque nostrum condidisse censuerunt:[1]) cum quo nulla prorsus neque in ratione narrandi neque in sermone neque denique in re metrica appareat similitudo. uix quod horum carminum auctorem cognitum quidem habuisse ueterem Iuuencum eiusque aliquotiens uerba usurpasse demonstrauerunt.[2])

Noluit Cyprianus. quod ille uolebat. celeberrimarum et grauissimarum rerum sacrarum conspectum proponere ingenio et arte exornatum: simplicissima ratione sic egit. ut totum ordinem rerum qui erat in uetusta sua ueteris testamenti uersione. diligenter ac seuere sequeretur. in eligendis rebus non poeticae artis legibus parens sed necessitati. ut tamen. ne iusto maius uolumen existeret. recideret quae nullo negotio omitti poterant. passimque. ne legentium animi ariditate rerum fatigarentur. elatiore stilo floridioribusque uerbis communes quosdam locos exornaret (ut X 105—113. 205 sqq.). sermone autem eo usus est. qui medius quodammodo esset inter Vergilianum. quo pueri olim atque etiam post eum imbuebantur. et uolgarem sacrorum librorum. cuius neque deterrerentur alumni barbaria et adsuescerent in dies magis sacris litteris. similiter in re metrica se gessit: nam cum suauissimos uersus conderet atque elegantissimos. non hexametros solum sed etiam hendecasyllabos (neque enim metrum poetae erat uinculum molestissimum. quod ait Becker[3]). qui

[1]) rectum de hac re Areuali iudicum ad Gen. 266 M. et 499 M.

[2]) cf. quae Pitra conlegit p. XL sq.; inprimis notanda sunt quae adscripsimus ad G 713, 873, E 375, N 695, IN 40.

[3]) Carolus Becker, de metris in Heptateuchum diss. phil. Bonnae 1889 p. 12. Rectius C. Schenkl Z. f. österr. G. 1873 p. 37: Auch nicht Gewandtheit im Versbau (ist dem Dichter abzusprechen), obwohl er meistentheils in eintöniger Weise die Penthemimeris gebraucht und sich auch große metrische Freiheiten gestattet.

natum eum ad poetica studio ostendunt, tamen ab usu classico, quem bene norat, ad sui temporis usum declinauit, qui quid inter longas et breues syllabas esset discriminis parum curabat: quod autem in multis uersibus, qui horrerent barbaris nominibus, hexametri leges parum severe obseruauit, festinantiae tribuerim neque dubito quin, si ei licuisset retractare carmina sua, multo limatiores illi ad nos uenissent.

Galliam patriam esse Heptateuchi auctoris, quae erat L. Muelleri sententia, cum propter codices in ea terra scriptos, tum propter sermonem tenendum erit, quem alienum prorsus ab Africanis ad uulgarem usum Gallorum accedere C. Becker p. 18—26 probauit. quaeritur nomen num recte traditum sit atque qua ille scripserit aetate.

Cyprianus autem nomen quod libri praebent, non uideo cur in dubitationem uocetur: nam id ut aliis in gentibus sic apud Gallos erat frequens; cuius rei exemplum ut afferrem, in prooemio Auitiano p. LXIII Cypriani Tolonensis episcopi mentionem feci eumque etiam esse posse Cyprianeorum quae feruntur carminum auctorem dixi. hoc tamen multae sunt causae quae dissuadeant: itaque ego dudum eam suspicionem abieci nec praeter nomen quidquam de poetae Galli persona scire me confiteor, ne illud quidem, utrum fuerit clericus an profanus, rhetorem fuisse atque iuris peritum, quod uult Becker p. 45.[1]) ex sermone diiudicari posse negauerim, praesertim cum ab eis disciplinis ne clericos quidem eorum temporum alienos fuisse sciamus.

Non mediocriter tamen litteris latinis institutum eum produnt innumeri loci, quibus principum poetarum a Lucretio ad suam prope aetatem uersus imitatur, Vergilium prae ceteris: sed et Horatium cum Ouidio, Persium et Iuuenalem, Lucanum quoque ni fallor cum Statio et Silio in deliciis habuit, quibus ex pedestribus auctoribus Sallustium, Liuium,

[1]) in arte geographica satis rudem fuisse poetam Becker p. 45 coniecit inde quod Iordanem in oceanum fluere narrat IN 103, D 5 eam autem insipientiam magis saeculo quam poetae opprobrio esse dicit coll. eis quae Schenkelius de M. Victore p. 352 ait; sed illud sacram paginam secutus narrat, quam relinquere non opus erat.

Tacitum adiungas; eorumque poetarum non uerba solum sed totos uersus usurpat. accedit Hispanorum poetarum Iuuenci, Prudentii, Paulini Nolani studium. maximi autem haec res momenti est ad aetatem qua uixerit definiendam: nam cum Ausonii[1]) quoque locos exscripserit atque Claudiani non adeo multos quam graues, post hos scripsisse eum constat, uel ut accuratius tempus significemus post a. 398; nam Claudianus panegyricum de tertio consulatu Honorii, ex cuius uu. 97—99 Exodi uu. 474 sqq. IN 131 fluxerunt[2]), a. 395 ex. conposuit, a. 397 ex. de quarto eiusdem consulatu, unde Cyprianus hausit E 152 (*magnarum largitor opum, largitor honorum* Claudianus ait u. 118).

Vt autem tempus, quo poeta uixerit, aliquanto accuratius definiamus terminumque ante quem scripserit ponamus, uidendum erit, num Christiani poetae quinti uel sexti saeculi eum ante oculos habuerint. quorum principes sunt Cl. Marius Victor atque Alcimus Ecdicius Auitus, et ipsi Gallia oriundi: quorum alter paucis tantum innotuit, alter eximia laude potitus et aequalium et posteritatis ipsius Cypriani quasi patrocinium suscepisse uidetur. unde factum est ut utriusque carmina coniuncta propagarentur. Et Victor quidem, cum in uniuersum magnum intercedat discrimen inter eius atque Cypriani carmen, quod luculenter exposuit Schenkelius p. 352 sq., non dubitare licet quin Cypriani Genesin legerit multisque locis paene ad uerbum secutus sit, qua de re uid. Schenkeli uerba. Victorem autem cum mortuum esse dicat Gennadius Theodosio et Valentiniano regnantibus (quorum alter Valentinianus III imperator ab a. 425 ad a. 455 regnauit, alter Theodosius II obiit a.

[1]) Ausonii principalis locus est Mos. 47 quem imitatus est Cyprianus IN 89.

[2]) primus Manitius mihi hos locos indicauit, quos etiam Iohn E. B. Mayor inuenit The latin Heptateuch p. XLII et 92. non recte Mayor p. 92, 10 suspicatur non ex ipso Claudiano sed ex Augustino de c. d. V 26 hos uersus desumptos esse uel ex Orosio VII 35, 21; nam et omisit Augustinus totum uersum, quem Cyprianus usurpauit (*cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes*, unde noster *celsis cui misit ab astris munimenta deus*), et *cui militat*, quod Cyprianus ex ipso Claudiano scripsit, detorsit in *tibi militat*. praeterea accedunt alia ex eodem aliisque Claudianeis carminibus hausta: ex eodem G 357, 998, atque inprimis E 152 ex aliis minus certa ex bello Gildonico D 89, ex c. in Rufinum G 985, ex raptu Proserpinae E 861 et 1100.

450). medio saeculo quinto ipsum et scripsisse et obiisse suspiceris [1]). Cyprianum autem post eius saeculi initium poema suum condidisse. eodemque quo Victor tempore etiam Hilarius Genesis ad Leonem papam (consecratus is erat a. 440. obiit a. 461) conditor Cypriani Genesin legisse uidetur cf. G 13 conl. cum H 101) [2]).

Atque in hanc aetatis definitionem (quam olim suadebat L. Mueller Rh. Mus. 1866 p. 127) etiam illud conuenit, quod auctor uetustam uersionem latinam, qua ante Hieronymi tempora utebantur, strictim sequitur (quod idem L. Mueller primus uidit). nam sexto saeculo ex usu catholicae ecclesiae disparuit illa solorumque paene Arrianorum in manibus erat, quod, ut alia taceam, ex Auito satis elucet [3]).

Atque ab hac ipsa parte maximi momenti sunt Cypriana carmina. quod qualis fuerit illa uersio per totos octo libros continua oratione deducta melius ostendat quam codicum breuia fragmenta [4]) aut singuli loci quos Christiani auctores inde selegerunt [5]). atque olim quidem consilium erat in commentariis

[1]) non multo post a. 425 obiisse Victorem putat Schenkelius p. 348 sq., quem sequitur Becker p. 39 sq. Nescio quid difficultatis Iohn E. B. Mayor inuenit, qui p. XLII dicit Schenkelium, si Claudiani imitatorem esse Cyprianum nouisset, Victorem Heptateuchi debitorem facturum non fuisse.

[2]) multa ex Sedulio mutuatum esse dicit L. Mueller: sed si quid simile inter C. et S. est, uterque uidetur a prioribus hausisse, non alter ex altero. an Cypr. E 1144 Sedul. I 205 aliter explicandus sit? ego Sedulium post Cyprianum fuisse putauerim; post Cyprianum Sedulium Manitius quoque ponit Philol. N F. 1 (XLVII) p. 713.

[3]) cf. prooem. ad Auit. p. XXXII n. 40; non obstat meae sententiae, quod L. Ziegler apud Beckerum p. 38 in conciliis synodisque sexti quoque saeculi uetustam interpretationem adhibitam esse dicit.

[4]) Pentateuchi uersio antiquissima latina e cod. Lugdunensi . . par Vlysse Robert. Paris 1881. 4⁰ (Gen. 16, 9—17, 18. 19, 5—29. 26. 33—33. 15. 37, 7—38, 22. 42, 36—50, 26. Ex. 1. 1—7. 19. 21, 9—36. 25. 25—26. 13. 27, 6—40, 36. Lev. 1. 1—27, 34. Num. 1. 1—36, 13. Deut. 1. 1— 11. 4).

Par Palimpsestorum Wirceburgensium . . . eruit . . E. Ranke. Vindob. 1871. 4⁰.

Variae lectiones uulgatae latinae bibliorum ed. Vercellone. Roma 1860. 4⁰: Ottoboniani libri pauca t. I p. 182 sqq. et 307 sqq.

[5]) Sabatarii Bibliorum sacr. latinae uersiones antiquae seu uetus italica. Paris 1751 4 tomi.

subscribere cum locos, ex quibus consensus Cypriani cum LXX et Itala quam dicunt uersione appareret, tum ubi auctor ab Graecis Latinisque fontibus notis declinaret; sed cum alterum extra dubitationem esset [1], alterum anceps et lubricum, dum nondum edita multa in bibliothecis latent, satis duxi in nominibus propriis quid intercederet inter Cyprianea et Hieronymianum sacrae paginae contextum significare. caueant tamen, quicumque legent Heptateuchum, quidquid Cyprianus tradit, Italae adscribant omnia; nam multis locis auctor aut deprauatum textum Italae secutus est aut ipse errauit [2]. sed de his aliisque rebus, quae huc pertinent, diligentissime quantum potuit per editores priores Carolus Becker egit: ad hunc igitur et Johannem E. B. Mayor lecturos reicio [3]).

Quae adiunximus carmina de Sodoma atque Iona postquam diu haesitaui, num eiusdem Cypriani essent, nunc non esse eumque titulum Wigbodianae familiae auctori deberi pro

[1]) uid. etiam exempla quibus Mayor p. XLIII sqq. C. Becker p. 28 consensum Cypriani cum Itala probarunt. maxima similitudine poeta utitur cum Wirceburgensi codice, quem Ranke non esse Africanae originis contendit, contra Ottobonianum et Lugdunensem, neque consentit cum Tertulliano et Augustino magis quam cum Ambrosio et Hieronymo, unde uix dubium est quin carmen indole sua Gallicam originem prodat (Becker p. 36).

[2]) sic ex male intellecto Graeco textu in latinam uersionem uenerunt E 418 Paulaeum (τῆς ἐπαύλεως), E 27 Etonum. ex corruptis Italae libris non raro numeri deprauati, ut IX 585 N 129; inde alios permultos errores fluxisse suspicor, ut si I 74 (1, 33) Bethsamitae et Bethanitae inmunes dicuntur, cum tributarios dicant LXX et Vulgata. cf. etiam I 676 (ulnam non amplius unam). nescio an ipse Cyprianus errauisse credendus sit, cum Sethum Noe filium narret pro Semo G 225. multa nomina sine dubio uersui adcommodauit poeta ut Donibezelum, Thali (Esthaol I 537, Thamnam Thamnata), Ernadurum (Phenaeddor): alia Cyprianeis libris sunt tribuenda, ut si nomina in initiis uersuum posita prima littera spoliantur; sic Aredina pro Zaredina, Occodum pro Soccodum, aut mutatis initialibus: Iazera pro Sazera, Tabulon pro Zabulon, Iasuris pro et Asuris, Habali pro Nabali. utrum Cypriano an libris dandum sit, ubi *C* et *G*, *I* et *D*, *T* et *TH*, *N* et *M* commutantur, non certo constat; multa tamen id genus quae intacta reliqui, maxime dubia uidentur. aliquotiens Cyprianeorum librorum corrupta lectio emendari potest ex Itala, ut G 833 hordea (ubi conferatur Martenius).

[3]) C. Becker diss. p. 27—36. Mayor the latin Heptateuch p. XLIII sqq.

certo adfirmauerim; namque a Cypriani et sermone et arte uersuum condendorum plane abhorrent: in utroque longe superior est Cyprianus. qui ubi liberius tractandi uenia data est. nullam admittit obscuritatem nullisque difficultatibus impeditos uersiculos decurrere iubet. Sodomae contra et Ionae auctor minus est elegans minusque dilucidus, neque quae sunt obscura apud eum. a narrationis sacrae difficultatibus ueniam habent. sed distorto ingenio auctoris omnia debentur. sed si non Cypriani. eiusdem tamen aetatis et patriae fuisse auctorem eorum arbitror.[1])

De carmine quod ad Senatorem nescio quem scriptum perhibetur, ne tantum quidem me scire confiteor; prioris tamen aliquanto aetatis neque Gallicae originis esse crediderim.

Vt Cypriani, ita Hilarii multi fuerunt in Gallia etiam quinto saeculo. itaque cum Pictauiensi episcopo. cui in codicibus aperto errore adscribitur. indigna sit censenda Genesis. propterea sane non est cur Arelatensi episcopo (429—449) tribuamus cum Sixto Senensi et aliis. praesertim cum ne uitae quidem Hilarianae auctor praeter uersus fontis ardentis quidquam eum poetici generis scripsisse perhibeat.[2]) ceterum eiusdem auctoris.

[1]) post Hegesippum i. Ambrosium is scripsit, antiquam uersionem bibliorum secutus. in re metrica saeculi quinti alumnus. Cyprianus tamen etiam Vergiliana imitatione eum longe superat. — Tertulliani nomen quod est in optimis libris (praeter Laudunenses) unde inrepserit, non habeo dicere: sermonis similitudo quaedam non potuit in causa esse; nam solutae orationis et uinctae, quae ad Vergilianam imitationem conformata erat. rationes ita diuersas esse. ut conparari inter se et conferri non possent, ne illorum quidem temporum maxime in Gallia homines ignorabant. et clamant Alcimi opera.

[2]) Leonis Magni opera ed. Ballerini. Venet. 1756 II 327 cap. XI. — Pitra quidem in Analectis sacris et classicis p. 138 sqq. ex Mellicensibus libris edidit Orationem ad indiuiduam trinitatem tribus distichis compositam, quam tamen Arelatensis episcopi esse uix probari possit (ceterum in Mellicensi codice CLIX, ex quo Pitro eam se dicit descripsisse. non inuenitur) hymnumque notissimum qui incipit *Ad caeli clara non sum dignus sidera.* quem alii libri Pictauiensi episcopo tribuunt; inter Paulini Aquilegiensis carmina edidit E. Duemmler PAC I 147 cf. 125. Propter sermonis quandam similitudinem cum Maccabaeorum carmine C. Oudinus (Comm. de script. eccles. antiquiss. Lips. 1722 I 1230) Hilario tribuebat poema de prouidentia dei. quod legitur inter Prosperi carmina (Mign LXI 617).

qui Genesin scripsit, de Euangelio carmen est, cuius Sangallensis liber particulam seruauit. eidem auctori adscribi posse de Maccabaeis carmen, quod eiusdem sane aetatis est, non tam certo adfirmare audeam, cum praesertim dubitari possit, num Hilarii nomen ex Genesis inscriptione per errorem huc sit translatum.

ADDENDA ET CORRIGENDA

maximam partem lectiones libri Cantabrigiensis, quas a me neglectas u. d. Mayor roganti subpeditauit *).

GENESIS.

50 *add.* paradysus *C*
52 *add.* laetabilis *A. Oxé, cf. Vulg. et LXXII*
56 *l.* undante (undanti *GC*)
68 *l.* solliciti: ti *ex* te *pr. C (non A)*
74 *add.* spirus *C*
101 euam *A (non L)*
103 *l.* loquellis
135 *l.* genitricis *GC*
179 *l.* pec^r^ulit *C (non AC)*
186 *add.* subiit *C*
202 *l.* dep^h^utat
212 *l.* fas (ius *GC*)
214 *add.* uatum] iratum *ut uid. C*
234 *add.* lectat *C*
261 *add.* dispexit *C*
264 *dele* cymbam *A?*
272 *l. adscr*
274 *l.* defundere (*sic A*, diffundere *GC*)
280 *l.* perpetuo *A (non AC)*
288 *nescio an* atque *ante* abyssus *delendum sit*
316 *add.* adq. *GC*
340 *add.* mutis *Mayor*
343 *add.* dent *Mayor*
369 *l.* Amorreus (amorrus *C*)
370 *l.* Gergeseus
382 *l.* Acalam
391 *l.* coquntur *GC*
397 *add.* ciuia *C*
398 *l.* discendit *AG (non CG)*
415 limena *G (non* lemina*)*
445 *l.* actu *cum libris ut u. 825*
445 *add.* inluseret *C*
464 *dele uerba* „*an* qua" *etc. (coll. Exod. 1004* quas)
481 *l.* Arioch. Adachar
482 *l.* adque *GC*
488 *l.* retractans *AC* retractant *G*
526 *l.* atmonitus *C*
540 *l.* aegipti *AC*
550 *l.* Euphrates
583 *add.* exi,^i^t *C*
594 *l.* quicquid *AC*
605 *l.* ipsa (*sic A*, ipse *GC*)
614 *l* ceptas *A (non B)*
620 *l.* timit *GC*
644 *l.* delitigat (dil. ω)
655 *l.* genitricē *C*
696 *l.* m^i^lle *C*
706 *add.* tempore *C*
708 *add.* mandat *C*
723 *l.* iuratio *AC*
758 *l.* efremo *AC*
761 e] ē *G*
776 itere *A (non G)*
788 *dele uerba* „infoecunda *C?*"
807 *add.* patris *C*
838 *l.* irriguos *A*
839 *add. syll.* sor *al. ss.*
840 *add.* timide *C*
842 *l.* demitteret (dim. ω)
843 *add.* scatebro *C*
851 *l.* habundanti *GC (sed* ab. *G)*
857 *l.* inuicto *AC* inuincto *G*
859 *l.* dominum *A (non* dominem)
877 *add.* corpori C
886 *add.* sucessit *C*
917 *l.* puro *GC* pure *A*
938 *l.* calente *A* calenti *GC*

*) maioribus litteris, quae in ipsis uersibus, minoribus, quae in adnotatione mutata uelim, expressi.

964 *l.* atuolat *C*
967 crearit *G*
972 *l.* largitus *GC*
973 *l.* iosephum *A*
989 *l.* que *C* (*non* quem)
990 *l.* prestaret *A* prestarent *C*
991 *tolle interrogandi notam post o*
1016 *distingue* tribuat pacemque petenti.
1003 *l.* .VI.
1040 *nunc legerim* praestitit ac missum
1046 *add.* contegerat *C*
1079 *l.* illicet ω (*non CG*)
1096 *l.* neptalimus *A* neptalinus *C* nepthalimus *G*
1115 *an* auctus?
1128 *l.* teneros *C*
1131 *l.* destringunt (distr. ω)
1163 *l.* camellos (*sic A.* camelos *G*)
1174 *add.* strepitū *C*
ibid. *l.* colinae *GC*
1311 nequeat] *an* queat ne f. l. *uel* nequeat ceu f. l.
1300 ut tum rep. *A* (*non G*)
1410 relinqunt *G*
1464 *l.* expletae *G* explaetae *A*
1477 *l.* uates (uatis *A*)

Subscriptio] *add.* Incipit Exodus *G teste Martenio, om. A.*

EXODVS.

1 *marg. sin.* dim̄. *A* (*cf. Deut. 1*)
100 *l.* hae
108 *l.* prumptim *A*
191 „faraon *A*" *pertinet ad u. 291*
287 *l.* nubibus π *A*?
344 *l.* ipsi (ipsi *A* ipsis *C*)
390 *l.* necquisquam *C*
407 *adde* pubis *A*
410 *l.* dexteramque *C* (dextreamque *A del.*)
412 *l.* thothum *AC*
419 *l.* bellis efoni *AC*
433 *adde* uaris *C*
439 *l.* cernit et] cerneret *C*
477 *l.* hinc] huc *C*
508 *l.* cui ⟨sit⟩ gloria *infra p. 348 scripsi. et sic I. T. Hatfield (American Journal of Philology XI No. 1). idem* dum honore *proposuit.*
564 *l.* quaeque] quae *C*
621 *praefig.* „cf. 16, 31"
629 *l.* parasceua (*ex A*, parasceue *C*)
687 *l.* gesta. deo mandante propheta
690 *l.* conpellans] *A*
703 *l.* legiones *C* legionis *A*
704 hae (*non* hac) *C t. Mayor.*
711 *add.* monit'q. *C*
732 *add.* linquentibus *C*
747 *add.* terribilis *C*
757 fingas *G. Schepss* (*Berliner phil. Wochenschrift 1890 p. 602*), *at cf. E 1087.*
765 imo] *an* uno? *C*
812 *add.* næc *C*
829 *l.* saxoque] saxoue *A*
848 *add.* ædax *C*
871 *l.* claudet (*sic A*, claudat *C*)
874 *l.* carnes] crines *A*
876 *l.* prętiumq. *C*
929 *l.* daemonum
922 *add.* prętio *C*
953 *add.* ędat *C*
957 *deleas uerba* „inter 957— in *C*"
973 *add.* modo *C*
987 *add.* sola] pone *C*
997 *l.* loquelis *C*
1009 *l.* saeculum *C*
1010 *add.* adclinis *C*
1014 *l.* tremescunt
1035 *l.* Aaronem
1035 *add.* Aronem moysenque *G*
1044 *l.* diffudit (diffundit π)
1086 *an lacuna post h. u.?*
1098 *f.* topaza adiuncta, smaragdus;
1100 *l.* uiret (*sic Mayor,* uiget *AC*)
1126 *f.* ad maxima (ad *C* et *A*)
1129 *l.* clarigenus ortus (origo *AC*)

1139 *add.* hac *C*
1217 *l.* exsortem *C*
1248 *add.* socio *om. C*
1267 *l.* quaeque] q.que *C*
1309 *l.* eluderet
1306 *l.* post bella populus *C*
1311 *l.* iam] nam *C*
1328 *l.* limine uallum *C*

LEVITICVS.

5 *l.* daret quae] quae *om. A*
33 *l.* ore miluus unco
34 *add.* mætato *C*
41 *l.* pelliculam (*sic C*, pellicu-lum *A*, *non C*)
51 *f.* quoque <et> effigies
67 *l.* miscet
78 fas] *l.* ius (*sic AC*)
80 *l.* deducere
83 *add.* ope *C*
110 mutorum *Mayor* (*cf. G* 340)
96 *l.* Aronis (*sic AC*)
97 *l.* diuisa (dimissa *AC*)
117 *l.* acõmoda *C*
122 inspecta] *l.* suscepta (*sic AC*)
124 *l.* iun^c^tior
128 *l.* carorum (*sic AC*)
163 *l.* i. rebus et c. *C*
191 *tolle lineolam post* aeuo
210 *l.* haut (aut *C*)
211 *add.* haud] aut *C*
218 *add.* sin *C*
224 *l.* flammiatum *A* (*non C*)
260 *add.* optuto *C*
277 *l.* ambiit *L*
285 *add.* promet *p Mayor*
308 *add.* pendet *C*

post 309] FINIT LIBER LEVITICUS (*f. 127^u^ col. 2*) INCIPIT M. S. N. (*f. 132^r^ col. 2*) *A*

NVMERVS.

1 secursibus *Sirmondus in notis ad Auitum: an* solitis de cursibus *ut Exod. 1284*?
7 *add.* certe *C*
43 *l.* ex] e *C* (*non B*)
66 *l.* exprobrat
104 *l.* pucla *C* (*non A*)
134 *l.* siligine *C* (*non A*)
164 *l.* occultim *C* (*non* π)
192 *add.* cõmorant *C*
196 *add.* at *C*
197 *l.* Raguhele (raguelę *B*, raguele *C*)
211 *add.* arenis *A*
264 *l.* proceris *sic A*, proceres *C*
275 *add.* inclytę *A*
301 *l.* percutit (*sic A*, perculit *C*)
330 *add.* uitæ *C*
332 *l.* diue *A* (*non BC*)
360 *l.* som^n^o (*ex* samo) *C* (*non A*)
362 *l.* nolo *C* (*non A*)
364 *l.* nostra π (*del.* „*C*?")
365 *l.* sequutus *L* (*non BC*)
375—379 *haec male turbata praebis:*
375 *l.* praecantur *B*
378 calebus *L* („tante *B*" *del.*)
379 conmitante *B* (*non* commicantur)
409 *l.* fidentes (*sic L*, uidentes *C*)
447 *add.* ignã *C*
448 *add.* temtant *A*
490 *l.* iudęea *A* iud^a^ęa *B* iudea *C*
534 *deleas uerba* „Canopum *Mayor*"
537 *add.* q̃quã *C*
549 *l.* cultura moenae *B*
555 *add.* penitus *C*
557 *l.* domini *B*
563 *add.* pauidas *C*
570 *l.* semen *ut uid. B*
588 *l.* aut *B* (*non* ut)
591 *add.* responso *C*
605 *add.* et effodicat *A*
638 *add.* uerbera *L*?
646 *add.* horsis *B*
647 *l.* moab^o^a

664 *l.* et uatem] ut uatem *B*
683 *add.* captet *A*
749 *l.* beatus *BC*[1] (beatas *AC*[2])
751 *l.* cepto *B*
755 *l.* finaeus *B*

DEVTERONOMIVM.

29 *add.* brachia ω
93 *l.* ire tenebunt *C*, *deleas* iuge *ante* ire).
106 *l* inhibete
116 *add.* nec *C*
141 *add.* Læuitis *C*
172 *l.* ..*ante* meritis
198 *add.* plebis *C*
212 *add.* molestec *C*

IESVS NAVE.

64 *add.* solus *A*
125 micantem (*coll.* *N* 713
130 *l.* delapsus (dilapsus *L*)
152 *add.* sequntur *C*
182 *l.* merentum *AC*
192 *l* seruitum *BC*
189 *l.* numen (nomen ω)
251 *add.* exosa *B* ?
256 *add.* equm *C*
267 *l.* simul-Eueusque *om.* *B*
273 *add.* que *om.* *C*
279 *l.* discripsit *C*
299 *l.* deprensos *C* (*non* *B*)
301 *l.* uēres *C*
311 *l.* amice *BC* amicis *A*
329 *l.* tœla *C*
333 *add.*. milite *B*
355 *l.* tellis *B*
362 *l.* negat *B* (*non* *C*)
385 *add.* ferezeus *L*
393 *l.* propterea quas *B*
412 *add.* fasgam *L*
475 *l.* inoffenisa
512 *add.* perpetua *B*
547 *l.* *f.* *96*[u]

IVDICVM.

368 *l.* momenta (monumenta ω)
425 *turbata haec et sequentia praelis*: *l.* Imperium ω
430 *l.* Sed prius *p*π alloquio (*sic* *BC*) paratus *del.* *A*
611 iuuenis (iuuenes *L*

SODOMA.

81 conscindere *M. Haupt Herm. V 316 Opusc. III 539*

HILARII GENESIS.

30 *f.* promsti *uel* prompsti | 187 *l.* castorum (*sic libri*)

HILARII DE MART. MACCAB.

277 *del.* *uerba*: heu *h. l. disyllabon.*"
344 *an* sic q. tamen p. ?

HILARII DE EVANGELIO.

35 *lineola post, non ante* potenter *ponenda.*

p. 54 *ante u.* 1436 *reponas capitis numerum* 46

MAYORIANA

Emendationes quas proposuit Iohn E. B. Mayor professor Cantabrigiensis in libro inscripto *The latin Heptateuch,* Londini et Cantabrigiae edito a. 1889.*)

GENESIS.

27 nostri f. in oris Vultus adsimilem *cf.* *C*
33 metitus . . curas. Ilicet
85 mollitus *cf.* *79* mellitos uictus
89 ergo nudatum . . . Quaeque
ante 98 *excidisse suspicatur uersum ut* uultu confuso trepidans respondit Adamus)
147 gelidu] rigida *uel* rabida
240 longam] lentam (*Ouid. her. 3, 22. 16, 249*
241 dolens
260 gestans] gyrans *cf.* *C*
340 multis] mutis (*cf. Leuit. 110)*
342 faxint
423 suscitat] excitat *ex Vergilio*
435 turba z. noxamue
450 illuc (*sed uid. Roensch p. 409)*
464 utrimque (*sed uid. Exod. 1004*)
466 tanto e genitore
post 463 *uersum excidisse putat* (accipit hanc longum domino donante per aeuum)
468* dicet
482 inhians] gaudens
post 496 *excidisse uersum suspicatur qualis est* tum Sodomae rector uatem submissus adorat)
582 placitas
594 credes] ridens
602 *ante* 601 *sic:* utque pedes g. f. p. u.
603 dignetur] contingere
607 tosto c. torquere
613 gerat
655 sequente
686 *non tamen
710 promere] ponere
744 uacantem
981 monumenta] fomenta
989 esse socer multis quae merces creuerat (*uel* cesserat) annis
990 alitas
1075 maius] grauius *uel* mage iam
1084 nullos] uanos
1089 perfudit
post 1092 *excidisse putat uersum* (*ut* quam coniunx lugens titulo decoratque sepulcro). *deinde sic ordinat uersus* 1098—1100, 1093, 1094, 1097
1120 sq. quos g. progenuit] ex se quos genuit
1169 *inter* 1166 *et* 1167 *ponendum censet* (Iudas-Discindit-Celatum-Perspiciens-)
1171 *ante* 1170 *cum Areualo sic:* Adflictus l. g. circumdat amictus Nigrantes cilicum sibi, tum perquirit amissum.
1221 1227 fundos] truncos
1239 loquendo] locutus
1240 diro
1278 tonante] tenore
1298 exegit uates
1331 trina] triduo

*) Inter plagulas corrigendas paucas tantum uiri doctissimi et honestissimi emendationes easque certissimas inferre in textum aut saltem subscribere licebat. hoc igitur loco quae restant recensebo, omissis plurimis, quas non nisi prosodiacarum rationum gratia ille excogitauit, stellula * praefixa ubi cum eis quae ipse inueni consentiunt.

1367 consertus] conpertus
1398 apponere
1410 quaesitumque poclum *uel* quaesitum et poclum
post 1420 *uersiculum supplet:*
et tota cum prole nouas sibi quaerere sedes
1459 *quo
1490 in nocuos
1493 uenturis

EXODVS.

6 *dilecta (*sic etiam Becker*)
7 *numerosa
15 capessat
29 *feriata
31 *uouet
79 praesente] pressante
97 Madiam
141 se rex (*sic etiam Becker*)
144 toto quoque lumine
161 coepto referare *uel* retrahare
168 super aethram
172 *hoc fare
176 dicetis
180 *pestem
197 at olli
203 quid c. s. uelint
213 *sibi *add.*
219 seque
244 *ue deo
281 olido s. aceruo
283 *simul *add.*
288 *haut
336 haec tum deinde (*cf.* 418)
350 *censum
355 *a solio
389 festinos
390 *nec quicquam
418 P. tum deinde (*cf.* 336)
467 prouentus dicta secutus
477 *uirgam
483 pauefactis aequore
533 *suis parauit
555 *fontem
560 sedet
580 *quaeue
614 suco
670 male ductri quamo concipit ira
680 *duci *add.*
698 *excidisse quaedam ratus sic legit*: urgentisque ducem turbae numeroque carentis Excitat ergo aras hospes magnumque precatus
736 *monte
737 agetue
755 duroque labore
764 grandia] gaudia
773 acerbus] agendus
797 *locetur
806 *ipsam
807 iustam
808 promissa sibi et quis m.
810 fit nota
819 grassatur
820 requiret
848 expiet
849 sedentur
862 dudum—excors] uitulum dominus non uinxerit excors
906 *qui dempsit
916 *enormi
964 cura] causa
972 perpetuo
990 p. noctem et
1047 *docilis
1058 *Hurum
1098 *prima
— topazae
1100 uiret
1157 despuit
1162 suae] fore
1200 a tergo
1238 *felicia
1271 quolibet
1316 *fulgenti a lumine
1318 fulsisse] nituisse.

LEVITICVS.

22 incerto
45 concepta . . puella (*abl.*)
— *laxarit
51 quoque et eff.
55 quia] quae
110 mutorum
124 *in Venerem
185 membris] punctis *uel.* inurens
210 ⟨officia hic⟩ haud d. e. qui sancta c.

217 *sub iura
218 sin
238 reddet
281 *confundet
285 *promet
309 *indunt

NVMERI.

8 grandius aeuum
22 aucta
23 *sed milibus
27 se] sed
29 *at qua
57 *illam
86 *obita
129 *quingenta
132 fuluo] puro
138 leuet
139 iuuent
143 a munere
155 manu
158 domino
161 *et acuti
173 detractet
181 sinum: *coll. corp. gloss. II 261, 47* γαῦλος· ποιμενικὸν ἀγγεῖον, hoc si[g]num
189 *quae
190 *post quas uasa
211 *dimissam mediis
212 *mouit
277 ira
278 *abolere
299 *ediderat
395 per quam praeditibus
495 tosta
550 *et opimo
568 dixerunt
573 furebat *uel* fremebat
576 *Iazera
578 **uel* tradidit *uel* dedidit
597 emissus
615 *uector
646 *euoluens
653 hoc igitur
656 genti
668 *demitte
672 subnixum
675 repellet
714 facesset

DEVTERONOMIVS.

24 ille etiam
27 rubranti a litore
70 *aeratas educunt
149 iram . . ponit
173 factis
214 *qui caelum
242 *ferent
263 ius mihi est ferire
286 *fracta

IESV NAVE.

12 conferta in proelia
26 percepto in rure
34 mediae
107 tepore] uapore
139 *atque
140 uidit
153 turresue
188 *sqq. sic ordinauit:* 188. 191. 192. (seruitio) 189. 190.
208 dixit] luxit
210 sepelita
211 quae cito] quaesita
216 adiuuit] adulatur
261 dirempta] erepta
281 quam] quae
282 alma] alta
327 ualidasue
335 Apaphum] Gabaon
340 *conferta
343 *et* 344 *post* 356 *transposuit*
393 *Maronis *cf Pitra*
436 Enachim
439 adlega] adsigna
493 *Fagorus
501 patens
525 *tardentur
545 *deo
547 *deuicta
551 *noceant neuana

IVDICVM.

27 *quoque . . casu
32 Cenezae
67 *natas
68 nec Ieblaam
73 quem Idfa (= Χεβδά)
86 Idume
110 *lectae
121 nec] haud
130 *respondet
169 *sub ueste recinctus
187 *Aotus
post 195 *sequi iussit uu. 721 sq.* (Semada *ex uoce* Semegras Samgar corruptum ratus
210 metibile] in limite
215 *profetin
219 *delectas
223 motat
228 *casuram
239 *parenti
284 *tendens
332 medii
339 ollas] *tela tubas
341 *solu]entes *uel* pro]mentes
342 carp]ere
364 *Soccotum
379 uictum
380 nocentum
389 *proderet
394 *dare te
397 Iairus
415 *moderarier
421 mox abi]it
422 instit]uit
— *rapto
428 at iuuenis]
456 que] ue
— sed parua
475 Zabulonius
478 *mascula
483 iamque
489 titulo
494 *et* 495 *inter* 491 *et* 492 *conlocat*
501 haec uxor] confessa uiro est
506 si uates] fuerit
516 *expon]at
517 legib]us
— paribus] grauibus
519 neu] ne
520 *ulla]
524 poscunt]
525 scitari]
537 fuit] agitat
544 *optatori
572 *uenere
581 septenae (septena *Peiper*)
595 *colloc]at
597 dat laeso si] forte uelit
599 scrutatus]que
602 ad caudas] caudis binas ex o. (que *del.*)
603 nectit] perque
605 sil]uis
610 *tam]
613 fit cum]ulus
623 t]ollitur
627 ministrat
650 stridente *a cardine
652 atque] fitque
654 *adiere
681 *reicit
682 toties
684 discere quae]siuit *qua sit felicior arte
685 rursus con]fictos
688 *sq.* omnis uis] in crine m. e. n. lamna c.
689 ulla meos] mucrone secat
694 eradit]que
706 *coiere
710 longi
719 *cuncta
723 praegrande
727 *teraphim
741 *iussos
752 *dedita cessit
754 *auolat
755 *reuocare
758 *blandeque

Conspectus notarum.

Cypriani Heptateuchos:

A Laudunensis I (n. 279)
B Laudunensis II. (n. 273
C Cantabrigiensis
G Corbeiensis s. Germanensis (in Genesi)
R S.Victorianus (in Genesi 1—174)
L consensus librorum *AB*
ω consensus librorum *ABC* uel *ACG* (in Genesi)
m Morelii exemplar in Genesi 1—165
π Pitrae emendationes π^1 in Specilegio, Solesmensi, π^2 ín Analectis exhibitae
p R.Peiperi emendationes
pπ posui, ubi Pitrae emendationes in Analectis propositae cum eis, quas ipse dudum inueneram, consentire uidi.

de Sodoma et Iona:

L R m ut supra
P Parisinus 2772
V Leidensis Voss. lat. Q 86
p, p[1] Pithoeanus Iureti (editoris nomen plene scriptum est)
T Vindobonensis 16

ad senatorem:

R Vaticanus Reginae 116
P ut supra
F Parisinus 2832
ω *RPF* consentientes
υ uulgata lectio

Hilarii Genesis:

A B m p idem quod in Heptateucho
b Basiliense exemplar a. 1570
f G Fabricii exemplar.

Hilarii de Maccabaeis:

P Parisinus 2772 ut supra
B Parisinus 8093
L Leidensis Voss. O 15
f Floriacensis liber Iohannis de Bosco
C Corbeiensis nunc Petropolitanus
ω consensus librorum
p R.Peiperi.

Hilarii de Euangelio:

G Sangallensis 48
r Rettigii } lectiones
π Pitrae } lectiones
p R Peiperi } lectiones

Quantum praesidii ab aliis mihi praesto fuerit, cum ex prioribus appareat, tum praecipua laude efferendi sunt Guilelmus de Hartel, qui huius quoque poetae edendi patrocinium suscepit, M. Manitius, qui similium locorum ex auctoribus a se conquisitorum mihi copiam fecit, G. Brandes, qui Maccabaeorum carmen quod ipse susceperat mihi concessit edendum cum toto apparatu in corrigendis plagulis ut C. Beckeri et Iohannis Mayor ita Alberti Winter collegae carissimi sollertia me comiter adiuuit. quibus omnibus officii sui sinceraeque beneuolentiae gratias ago debeoque plurimas.

LIBER GENESEOS.

1 1 Principio dominus caelum terramque locauit:
2 namque erat informis fluctuque abscondita tellus
immensusque deus super aequora uasta meabat.
dum chaos et nigrae fuscabant cuncta tenebrae;
4 has dum disiungi iussit, a cardine fatur:
3 „Lux fiat!“ et clare nituerunt omnia mundo.
5 cum dominus primi complesset facta diei,
7 condidit albentem nebulis nascentibus axem.
accipit inmensus errantia litora pontus.
multiplices rapiens ualidis cum tractibus amnes.
9 tertia lux faciem terrarum fulua retexit.
10 arida mox posito narratur nomine terra.
11 florea uentosis consurgunt germina campis
pomiferique simul procuruant brachia rami.
14 quarta die generat solis cum lampade lunam.
17 et stellas tremulo radiantes lumine figit.
18 haec elementa dedit subiecto insignia mundo,
tempora quae doceant uarios mutanda per ortus.

INCIPIT LIBER GENESEOS METRICUS CIPRIANI *A* INCIPIT 1—324 *ACG*
LIBER GENESIS FELICITER *C* S. Cyprian ..... Genesis *rec. m. G*
(in tabula fol. 1b: liber Iuuenci *man. antiq.*, historia Genesis *m. rec. G)*
Cypriani Genesis *m* (= *Morelius)*

1 locauit] creauit *m* 2 iamque *Riuinus* 3 inmensus] *AC* 4 tum *Mayor* 5 has] ast *C* a] de *m* Has dum sidereo disiungit // (a *eras.)* cardine fatur *G* 6 et *del. Iunius ap. Riuinum* clare et *m* clare] laeto *G* claro *Fabricius* 7 cumque deus *G* primo *G* 8 ňascentibus axem ňebulis *(pr. corr.) G* 9 *ante u. 8 positus A* inmensus] *AC* uerrentia *m* 13 flårea *(m² corr.) G* 14 bracchia *G* 15 dies *m* lunana *G* 16 figit *p* (posuit *Vulg.)* fingit *AC* pingit *G* 18 doc^{e}tant *(m² corr.) G* ortŏs *(al. c.) A*

21 quinta die accipiunt liquentia flumina pisces
et uolucres uarias suspendunt aere pinnas.
25 sexta pater gelidos in spiras lubricat angues
quadrupedumque greges totos diffundit in agros
cunctaque multiplici mandauit crescere passim
germine et inmensis errare et pascere terris.
26 Haec ubi constituit diuina potentia iussu,
rectorem inspiciens mundanis defore rebus,
haec memorat: „Hominem nostris faciamus in unguem
uultibus adsimilem, toto qui regnet in orbe."
et licet hunc solo posset componere uerbo,
ipse tamen sancta dignatus ducere dextra
2 7 inspirat brutum diuino a pectore pectus.
21 quem postquam effigie formatum ceu sua uidit,
metitur solum mordaces uoluere curas.
ilicet inriguo perfundit lumina somno,
mollius ut uulsa formetur femina costa
atque artus mixta geminos substantia firmet.
23 inditur et nomen, uitae quod dicitur, Aeuua.
24 (3 20) quapropter nati linquunt de more parentes
coniugibusque suis positis cum sedibus haerent.
2 2 septima luce deus factorum fine quieuit,
sacratam statuens uenturi ad gaudia saecli.
19 ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,

19 quinta die| at quinta (die *om.*) *m* linquentia *C* 20 uarias s. corpore pennas *ACm* (pinnas *A*) uaria s. corpora pinna (penna *m*[2] *corr.*) *G* (*cf. u. 290*) uariae s. aere pennae *Gronouius* (aere *cum Cauchio*) 21 sexta praegelidos *m* in spiras *m* in spira *A* inspirat *CG* lubricat *Am* lubricas *CG* 22 quadrup. *A* quadrip. *C* quatrip. *G* defundit *A* 24 inmensis| *AC* 26 diffore *C* 27 memoras *G* nostris hominem *m* in unguem| in oris *C* ad unguem *Fabricius* 28 assimilem *G*[2] 29 hunc| uno *AC* hunc uno solo *m* componere| complere *A* 33 metitur| non patitur *Baluz.* solum *bis scriptum G*[1] (*eras. G*[2]) 34 illic et *C* irriguo *G*[2] sompno *C* 36 mixtu *m* gemino (*A ?*) *m* 37 aeua *AC* euua (u *post* e *expunxit m*[2]) *G* 38 quapopter *G*[1] linquant *C* mor e (t *eras.*) *A* 40 luce| quando *m* 41 sacratam *G* sacratas *A* sacrata *Cm* ad *om. m* 42 illic et *C* /exhibitis *G*

20 uiritim cunctis nomen, quod permanet, indit
Adamus, donata sibi prudentia sollers,
quem deus adloquio, iunctam dignatur et Aeuuam:
1 28 „Crescite multimodo uentura in tempora partu,
ut polus et plenae uestro sint germine terrae,
heredesque mei uarios decerpite fructus,
quos nemora et pingui reddunt de caespite campi."
2 8 Haec ubi disseruit, laeta paradisus in aula
instruitur primique adspectat lumina solis.
9 gignitur haec inter pomis letalibus arbos
coniunctum generans uitae mortisque saporem.
10 aedibus in mediis puro fluit agmine flumen,
quod rigat insignes liquidis de fluctibus hortos
11 quadrifidosque secat undanti ex fonte meatus.
Phisonus auriferis praediues fluctuat undis
12 conspicuasque terit rauco de gurgite gemmas —
prasinus huic nomen, illi est carbunculus ardens —
11 perspicuisque uadis terram praelambit Euilam.
13 post hunc Aethiopas Geon adlapsus opimat,
14 tertius est Tigris, Euphrati adiunctus amoeno,
Assyriam celeri discretim flumine sulcans.
15 hic positus custos Adamus cum coniuge fida
atque opifex tali formatur uoce tonantis:
16 „Ne trepidate simul licitos praecerpere fructus,
quos nemus intonsum ramo frondente creauit,
17 solliciti, ne forte malum noxale legatis,

43 uiritim] uirtutem *Riuinus* 44 Adami a domino donata pr. s. *m* solers *C* sibilers: *litt* bi *in ras. m²* *G* 45 alloquio *C* aeuam *AC* euuam *G* 46 uenturi *C* partũ *G* 47 germinę *C* 49 cespite *AC* 52 laet. *C* loet. *A* arbor *C* 54 sedibus *Mayor* 55 quod] quo *Marten.* fluentibus *C* hortus *A* ortus *CGm corr. Riuinus (cf. u. 72)* 56 quadrifidas *C* undante *A* 57 fisonus *CG* fissonis *A* Phison *m* 58 gurgitę *G* 59 prassinus *C* 60 perspicuis *C* perspecuis *G* perspicuus *A* terram: am *ex corr. pr. m.* *G* aeuilam *C* euilam *A* euillam *G* Euilat *m* 61 hęthyopas *C* 62 est] et *A* eufrati ω 63 assiriam *A* 64 hic] huc *C* Adam *Junius (ut u. 192)* 65 adque *CG* 66 dimul *G* pcerpere *C* 67 nemŏs *G* 68 solliciti: ti *ex* te *corr. pr. A* ne fors malum *Barthius coll. u. 97* legatur *G*

quod uiret ex gemino discreta ad munia suco."
25 nec minus interea caecos nox alta tenebat,
ac modo formatos uestis non texerat artus.
3 1 Has inter sedes et bacis mitibus hortos
spumeus astuto uincens animalia sensu
serpebat tacite spiris frigentibus anguis;
liuida mordaci uoluens mendacia sensu
femineo temptat sub pectore mollia corda:
„Dic mihi, cur metuas felicia germina mali?
numquid poma deus non omnia nata sacrauit?
atqui si studeas mellitos carpere uictus,
aureus astrigero ridebit cardine mundus."
2 illa negat uetitosque timet contingere ramos:
3 sed tamen infirmo uincuntur pectora sensu.
4 ilicet ut niueo iam mitia dente momordit,
adfulsit nulla maculatum nube serenum.
tum sapor inlecebram mellitis faucibus indens
perpulit insueto munus deferre marito.
quod simul ac sumpsit, detersa nocte nitentes
emicuere oculi mundo splendente sereni.
7 ergo ubi nudatum prospexit corpus uterque
quae pudenda uident, ficulnis frondibus umbrant.
8 Forte sub occiduo domini iam lumine solis
agnoscunt sonitum trepidique ad deuia tendunt.
9 tum dominus caeli maestum conpellat Adamum:
„Dic, ubi nunc degas?" respondit talia supplex:
10 „O domine, adfatus pauido sub corde tremesco,
magne, tuos, nudusque metu frigente fatigor."

69 e^x *C* 70 interea] .ẽ.ea *C* 71 non] ne'/ *al.* *ex* non *corr.* *A* nec *m* 72 hortos *G* hortus *A* ortus *Cm* *(cf. u. 55)* 74 tacitẹ *C* angues *A* 76 tentat *G?* 78 nata *CG* nota *A* secrauit *G* 79 adqui *CG* (adquis *G. t. Martenio)* equis *A* e queis *m* uictŏs *G* 80 redibit *R* *unde* remeabit *m* mundũ *C* 83 illic& *C* neueo *G* lam *C* 84 atfulsit *C* 85 in faucibus *G* 86 compulit *m* insuetum *Cauchius* 87 sumsit *G* deter// (ra *uel* sa *eras.)* *G* nitenitentes *G* 90 quae] cumque *m* quaeque *(i.* quaecumque) *Areualus* 93 conpellat] *A* adhamum *C* 95 o doẽ *ex* o duẽ *ut uid.* *C* ut fatus *C* 96 rigente *G*

11 tum dominus: „Quis poma dedit noxalia uobis?“
12 „Tradidit haec mulier, dum dicit lumina promptim
candenti perfusa die liquidumque serenum
adfulsisse sibi solemque et sidera caeli.“
13 protinus ira dei turbatam territat Aeuuam,
auctorem uetiti dum quaerit maximus acti.
illa sub haec pandit: „Serpentis suasa loquella
accepi, fallente dolo blandoque rogatu.
nam sua uipereis intexens uerba uenenis
14 haec mihi prae cunctis narrauit dulcia pomis.“
Ilicet omnipotens condemnat gesta draconis
praecipiens cunctis inuisum uiuere monstrum,
pectore mox fuso prorepere, tum sola morsu
15 mandere, mansuro quaecumque in tempora bello
humanos inter sensus ipsumque labentem.
uertice ut abiecto pronus post crura uirorum
serperet et calces, dum labens comminus instat.
16 femina fraudigeris misere decepta suadellis
praecipitur duro discrimine ponere partum
seruitiumque sui studio perferre mariti.
17 „Tu uero, cui uisa fuit sententia uerax
coniugis, inmiti cessit quae uicta draconi,
deflebis miserum per tempora longa laborem.
18 nam tibi triticeae surget pro germine messis
carduus et spinis multum paliurus acutis,
19 ut cum uisceribus lassis et pectore maesto
plurima sollicitos praestent suspiria uictus,
donec in occiduo uenientis tempore mortis,
unde geris corpus, terrae reddare iacenti.“

98 promtim *G* 99 cadenti *G* 101 protenus *G* aeuam *C* euam *L* euuam *G* 103 serpentis *om. A* loq.ıa *C* loquellis *G* loquentis *A* 104 efallente *A* falente *G* (l *suprascr.*) 107 illicet *C* condempnat *C* dragonis *G* 108 uisere *m* 109 pro//repere *(duabus litteris erasis) G* 110 mandare *G* pandere *m* tempore (a *suprascr.*) *C* 111 labantem *m* 113 et| ut *A* calcet *m* calcent *Oehler* 114 suadelis *C* loquelis *m* 118 inmiti| *AC* quae| q. *GC* 121 pinis *G* 123 plurima: a *ex* i *pr. corr. G* sollicitus praestet *Riuinus*

23 His actis dominus trepidis dat taedia uitae
deiectosque procul sacratis dimouet hortis
24 obuersosque locat medioque eliminat igni.
in quo perceleri Cherubin euoluitur aestu.
dum calidus deferuet apex flammasque uolutat.
21 quis dominus, pigro ne frigore membra rigerent,
consuit euulsas pecudum de uiscere pelles.
operiens nudos calidis de uestibus artus.
4 1 Ergo ubi coniugio sese iam fidus Adamus
(3 20) esse uirum sensit. nomen genetricis amatae
2 exhibet uxori: binos e germine fetus
continuo genitor diuersis nuncupat orsis:
Cainis hic nomen habet. cui iunctus Abelus
innocuas multa seruabat cura bidentes:
ast alius curuo terram uertebat aratro.
4 hi cum perpetuo ferrent sua dona tonanti,
dissimiles fructus sensu suadente dedere.
nam prior uberibus fuerant quae prosata glaebis.
obtulit. ast alius miti se deuouet agno.
exta gerens sincera manu adipemque niualem.
confestimque placet domino pia uota tuenti.
5 quod propter gelida Cain incanduit ira.
6 quem deus adloquio dignatus talibus infit:
7 „Dic mihi. si rectum uiuas et noxia cernas,
degere non possis contracto a crimine purus?

127 disiectos *nescio quis* di///uet *duabus litteris,* mo *ut uid., erasis G* 128 obuersus *G* aeliminat *C* 129 aeuoluitur *C* euolabitur *G* 130 calidis *A* 131 frigerent *A* 132 pecodum *A* 133 opperiens *A* 134 fidōs *G* 135 genetricis *GC* 136 bino seu germine *A* binos eugermine *C* binos e germine *G* bino qui *m* foetus *Martenius* factus ω . 138 Cainis hic *G* Cainis huic *C* Cainus cui *A* atque Cain hic *m* 139 multa] huius *m* 141 hii *C* 143 uperibus *G* quae] q. *CG* glaebis *G* glebis *AC* 144 optulit *G* deuouit *C* 145 manu sincera gerens *m* 146 domino *om. C* 147 gelida] rapida *aut* grauida *Iunius* calida *Riuinus* incanduit] *litt.* canduit *al. m. in ras. A* 148 deus] dñs *C* alloquio *C* 150 non *AC* num *G* contracta a cr. *C*

desine mordaci fratrem disperdere sensu,
qui tibi ceu domino subiectus colla praebebit.
8 nec tamen his fractus fratrem deducit ad arua
atque. ubi deprensum deserto in gramine uidit,
elidit geminis frendens pia guttura palmis.
9 quod factum dominus caelo speculatus ab alto
disquirit, quonam terrarum degat Abelus?
ille negat positum custodem se fore fratris.
10 cui deus effatur: „Nonne uox sanguinis eius
ad me missa sonat celsumque ascendit ad axem?
11 nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto;
nam modo quae maduit germani sanguine terra,
12 inuiso maledicta tibi conmissa negabit
semina et absumptis fructum non proferet herbis,
torpidus ut multo conlidens membra tremore
funere ceu iuncto semper suspiria ducas.
14 territus ille gemit mortemque a numine poscit:
15 quae tamen infenso non est concessa tonante;
nam mala promeritus signo fit notus inusto,
sternere ne ferro liceat cuicumque nocentem,
ne maius septena parent discrimina funus.
16 ilicet a facie domini ceu perditus exit,
aedibus obuersis Naidae in caespite terrae.
17 nec minus ex natis, genetrix quos fida creauit,
nomine primaeui sublimem condidit urbem.
18 Enochus Gaidada creat, hic deinde Malelum
quo Mathusalamus sensim genitore sub auras
exiit et longae produxit tempora uitae.

151 mortali *Martenius* desperdere *G* 152 pr/ebebit (a *eras.*) G prebebit *AC* daturus *m* 154 ubi *C* ibi *AG* deserti *Martenius* 155 frendens] fraudens *A* fraudans *m* frangens *Pamelius* 159 affatur *C* nonne] nunnam *Fabricius* 163 conmissa] *A* 164 semina et: *litt.* ae *ex corr. G* absumtis *G* adsumptis *m* erbis *C* 165 turbidus *Riuinus* conlidens] *AG* collidens *C* et m. collides *Iunius* 169 malo *G* 171 septena *C* septina *AG* 172 illicita facie *C* 173 naide *C* cespite *AC* 176 naida *AG* naidã *C* Gaidada *p* hic *p* ac ω malechun *AG* melechun *C* Malelun *p* 177 matusalamus *AG* genetore *G* 178 longe *G*

23 ast Lamech. dirum qui perculit ense Cainem,
perpetitur caeso multum grauiora nocente:
24 crimina nam meritum decies septena cohercent.
23 coniugibus hic facta gemens sese increpat ultro,
quarum prima fuit Ada atque altera Sella.
20 Iabelum sed prima creat. qui pastor in aruis
gramineis laeta pecudes pascebat in herba.
21 Iobalus quem deinde subit. qui musica plectra
repperit et uario concordes murmure chordas.
22 Tobelum mox Sella parit. cui fundere riuos
aeris erat moris ferrumque incude subactum
diuersis formare modis stridente camino:
quem Noemma sequens uno genitore creata est.
25 Haec inter uegetis Adam non languidus annis,
Sethum progenerat post mortem mitis Abelis.
26 Enochum is deinde creat. cui candida corda
largitus dominus. hoc se poscente rogari
adnuit et placidae suscepit munera mentis.
5 5 nongentos igitur postquam conplerat Adamus
ter denosque annos. sopitus morte quieuit.
11 longaeuusque dehinc nongentos quinque per annos
Enochus uixit. quem Cainanus adaequans
14 quinque fuit tantum protentis longior annis.
17 iunior hoc iterum ter quinis decubat annis
Malaleela senex: ter denis deinde Iaretus
20 atque tribus uixit longo constrictior aeuo.

179 Lamech *p* Amalech *CA* amalec *G* peculit *AC* percutit *Marten.* 180 caeso] cesso *C* caeso (*al. ss.*) *A* notante *A* 181 septina *G* coercent *G* 183 adque *C* 184 Iabelum *p* Aelum ω 185 herbas *A* 187 uario] neruo *A* cordas C 188 tobellum *G* 191 genetore *G* creata est] creatae *G* 193 sedum *A* *f.* Abeli 196 annuit *C* suscipit *C* 197 cō (*uel* com)plerat *CG* conpleret *A* 199 longeuus *A* longeus *C* dehunc *G* .v. *C* 200 cainnanus *A* 201 potentis *C* 202 iŏnior *G* ter denis *Marten.* decubat *G* deputat *C* deducat *A* 203 malaleela *AG* maleleela *C* se// *al. c. A* iarelus *C* 204 adque (d *ex* t *pr. c.*) *G* constructior *A*

23 Enochus, cui cura fuit seruire potenti
et mentem sociare deo, sat iunior istis.
ter centum explicitis si quinque adiungere cures
sexies et denos, subita caligine tectus
24 abditur et domino multum miserante remotus
felicem placido uiuit cum tempore uitam.
27 at Mathusalamus nongentos porrigit orbes
septies et denos, unum quis iungere ius est.
25 Lamechus, hoc patre satus, Noele creato
29 talia disseruit, dum uatum more futura
praeuidet et sensus uenturum mittit in aeuum:
„Hic secura dabit nobis commercia uitae
et dūrum remouebit onus pacemque reducet,
quae factis est pulsa malis nostroque reatu
tristibus et dextris, quarum sulcata labore
terra negat fructum, domino maledicta loquente."
31 septies hic centum uixit septemque per annos,
septuaginta super positis, ut summula poscit.
hoc generante probis Noelus nobilis actis
editur, innocuo daturus semina saeclo,
(6 10) tresque creat natos, Sethum Chamumque Iaphetumque,
in numerum solitos mollitum tundere ferrum
et scintillantes promptim procudere massas.
(7 6) sexies hic uates centum iam uixerat annis,
6 5-7 cum dominus, diri pertaesus crimina mundi
multimodosque hominum longa sub luce reatus,
constringit miserans prolixae incommoda uitae,

205 cura: c *in ras. al. A* 206 saiunior *G* sed i. *Marten.* 207 .x.[e] *C* 211 matusalamus *AG* 212 unũ *ex* unus *pr. c. G* quis] *an* si ? (demere *pro* iungere *Areualus,* stringere *Mayor)* ius] fas *A* 213 lamachus *A* hạc *C* 214 talia: i *ex* e *G* desseruit *G* 216 conmercia] *A* 220 loquente] dicente *A* 221 centum] .c. *C* 222 septugenta *G* 223 probis Noelus] pro nobis noeius *G* 224 iacturus *Mayor* 225 canũq. laf&hq. *C* iafetumque *AG* 226 in numerum *Areualus* innumerum *ω* tundere *G* tondere *AC* 227 promtim *G* 228 uatis *ω* 229 pertaessus *A* 230 raetus *G*

3 inposuitque modum bis sexaginta per annos,
uincere quem nullus posita sub lege ualeret.
2 Haec inter sanctos lactat terrena uoluptas
4 captiuosque tenet caelesti ex arce meantes:
dum facies pulchro ridentes corpore cernunt
femineas placitisque nimis conplexibus haerent,
progenuere sibi torua cum mole gigantes:
6 quorum criminibus domini patientia tandem
cogitur offendi: longam dum concipit iram
atque dolet hominem dextra formante creatum
siderea, sancto permotus pectore fatur:
7 „Ius delere mihi mundi peccata nocentis
fluctibus aequoreis totamque inuoluere terram
humanumque genus uastis mersare fluentis
omnigenasque simul pecudes, quae laeta per agros
gramina detondent, celsis dum collibus errant,
serpentes nex una premat uolucresque ferasque,
ut mea deletis mitescat fraudibus ira."
14 accipit ergo dei mandata ingentia Noe,
duplicibus cameris arcam conpangere iussus,
quae teneat uolucrum mansura ad germina nidos,
ac, ne fissilibus dissultent robora rimis,
unguine praepingui linuit bituminis arcam.
15 ipsa fuit plenas ter centum longa per ulnas,
quinquaginta patens transuersam lata per aluum,
at qua sublimi surgunt fastigia tecto,
edita ter denis in caelum tollitur ulnis,
14 assere quadrato, nullis cessura fluentis,
16 ad medium gestans facili cum cardine postes.
7 1 haec perfecta deus postquam despexit ab astris,

232 inposuit] *AC* sexagenta *G* 234 scos *C* 237 animis *A* conplexibus] *G* 238 turua ω gygantes *G* 241 adque *G* 242 sancta *A* 246 q. *C* 247 detondetondent *A* detundent *C* 248 serpente *G* praemat *G* prẹmat *C* 250 mandata dei *C* 251 conpangere] ω 253 fisilibus *C* robur aremis *C* 254 lininit bitumine *A* 257 at qua *G* atque *AC* 259 censura *G* 260 gestans *G* giptans *A* girptans *C*

talibus adfatur mittendum in aequora uatem:
(6 18) „Scande citus, natique tui nataeque, fluentem
fluctibus in tumidis cumbam, quia pectora uidi
iusta tibi dudumque mihi tua nota uoluntas
emeruit maiora praesentibus; atque coactas
2 claude simul pecudes omni de germine mites
septenis paribus; inmundo de grege bina
(6 21) esse sines tecum, escamque his omnibus infers
atque tibi suetam, ne, cum per uasta fluenta
cultio destiterit, pariter patiare molestam
prouisis non ante cibis per glauca uehendus
4 salsa famem; nam clara polo cum lumina solis
septima prodierint, totos diffundere nimbos
cardine ab aetherio cunctosque euoluere fontes
adlapsu maiore paro, quo grandior undis
aestuet oceanus spumosos largius amnes
accipiens fusoque oblimans omnia tractu.
namque quater denis iuncta cum nocte diebus
grandine perpetua nubes complebo madentes,
ut, quidquid uiuit, tumidis mergatur in undis.
5 haec ubi dicta, fiunt domini mandata uolente
festinoque sene, longo qui nobilis aeuo,
6 sescentos agitans annos, se credidit undis
7 coniunctosque simul natos natasque recepit,
confisus tenui quamuis foret abditus antro.
11 interea totos laxarunt nubila nimbos,

262 affatur *C* aequore uatum *C* 263 natq:tui *G* 264 cymbam *A?* 266 presentibus *A* 267 ex omni de g. *A* mites] mundo *Areualus* 268 inmundo] ω 271 desteterit *C* molesta ω *corr. Mayor* 272 uehendis: i *eras.* u *supra adser. antiq. m. G* uehendus *C* *deest uox A* *u.* 273 *om. sed marg. superiori add. pr. m. G* lumine *C* 274 prodierunt *C* prodierin *G* totos: os *ex* us *ut uid. G* deffundere *A* 275 aethereo *A?* cunctosque *G* cunctos (que *om.*) *AC* 276 adlapsū *C* adlabsu *G* undis *om.* *A*[1] *(al. add.)* 277 aestuat *C* spumosis ω *corr. Areualus* ãpnes *C* anis *A* 278 que] quae *G* 279 note *G* 280 perpetuo *AC* 281 quicquid *AC* 284 sexcentos *C* 285 recipit *G* 286 confixus *Martenius* 287 nymbos *C*

atque abyssus riguos dimisit in aequora fontes.
12 iamque quater denis stagnantur cuncta diebus.
21-23 non uolucres leuibus suspendunt corpora pinnis,
nec fera celsiiugo deuitat marmora colle.
omnia conduntur pelago. mors omnibus una est.
18 nec minus interea tumidum suspensa per aequor
arca fluens clausum munibat pendula uatem
uenturisque parens seruabat semina saeclis
8 2 naufragio secura suo. mox rarior aether
nubibus in piceis coepit constringere nimbos.
3 iamque relabenti decrescit in aequore pontus
ac, postquam modico fluitabat flumine cumba,
6 emittit senior nigrantem pectora coruum.
qui leuibus pinnis uolucri dum flamine fertur,
7 non rediit, iusti suspendens uota prophetae.
8 post hunc albentem mittit per stagna columbam,
9 quae super aequoreum campum defessa uolatu,
nusquam nancta solum, uati se reddidit almo.
10 cumque recurrentis fulgerent septima solis
lumina, dimittit pinna plaudente uolucrem.
11 quae nemore inuento ramis praepinguis oliuae
ora referta tulit. cum iam per sidera uesper
surgeret ac tremulo noctem praecurreret igni,
12 inde iterum septem transcursis rite diebus
mittitur in pelagus ales, quae lapsa meatu
perceleri numquam sociae se reddidit aulae.
13 sescentos igitur iam tum transgressus et unum
orbes erat uates, primo iam mense secuto
atque die mensis primo, cum libera tellus

290 pinnis *G* pennis *AC* 291 diuitat *AG* marmore *A* 293 intereat *G* 294 minabat *A* 295 seclis *G* 296 s|o *C* rario raether *C* 297 confringere *A* nymbos *C* 298 aequora *A* 299 flumine *AC* flamine *G* 300 nigrante *G* pectore *C* 301 pinnis *AG* pennis *C* 302 redit et iusti suspendunt *A* profetae *G* 305 na cta (n. *eras.*) *G* 307 pinna] penna *A* 309 tolit *G* 310 ac] & *A* ig is *A* 311 .vii. *C* 312 paelagus *G* q. *C* labsa *G* 313 reddit *G* 314 sescentus *G* 315 uatis ω 316 diē *C*

uisa aperire procul montes ac uoluere fumum.
(7 20) quos super undarat ter quinas pontus in ulnas:
14 decurso iam mense dehinc cum trina secundo
lumina restarent, toto iam libera fluctu
terra fuit propriumque ostendit laeta uirorem.
4 ergo ubi nudatis consedit montibus arca,
Araratum qui nomen habent sermone uetusto,
laxat claustra senex reddens noua semina terrae
20 exstruxitque libens sacraria festa tonanti Exod. 1—54 Pitr.
atque memor uoti adolet dum altaria flammis,
21 hostia digna fuit, mites dum gignit odores,
qui dominum coram laetis cum flatibus halant.
tum, ne consimili pereat discrimine terra,
diluuium dominus uentura in tempora tollit,
festinos menses et tempora mobilis anni
22 inrequieta iubens consuetos uoluere cursus;
9 13 sed croceum tantum curuandum in nubibus arcum,
14 candida cum sudo praerorant sidera nimbo.
prosequitur uatem domini benedictio mitem,
9 1 scilicet ut cunctis, quae tellus et mare gignit,
imperitet fidus, cum sint subiecta regenti;
admonitus pecudum carnes secernere mensis,
4 quae non laxato uitam liquere cruore:
idcirco quoniam multis haec indita mens est.
5 „Ast homo si ferro fuerit uel dente ferino
perditus, inquiram," dixit, „qui talia faxunt;
6 similibus dant colla modis fusura cruorem."
19 diuidit hinc dominus placiti mox pignora uatis
fecundasque iubet discretim sumere terras,
ut uacuum denso conplerent germine mundum.

319 decursu iam mens edehinc *A* secundo *C* secando *A* secceindo *G* 320 restaurent *C* 322 nudatis] undatis *G* 323 araracum ω *corr. p* 324 reddens *om. G* *uu. 325—378 desunt G* 325 extruxit *A* 326 adque *C* 328 alant *AC corr. π* 329 consimile *A* terrae *A* 337 imperet et *A* 338 pecodum carnem *A* 342 dicit *A* faxunt] *AC* 344 placidi *A* 346 complerent *A*

325—378 *AC*

20 accipit hoc meritum domino donante propheta,
vitis ut inuentor delibet candida uina.
21 quem propere expletum cyathis somnoque grauatum
22 derisit Chamus. de quo Channana iuuentus
nascitur et proceris dixit de nomine gentem.
fratribus ostentans nudatum membra parentem.
23 qui pariles pietate tegunt uelantque iacentem:
tergoribus studio iunctis dum lumina uertunt.
sopitum gessere senem. nec turpia dictu
membra uident. tenero flectentes colla pudore.
24 id pietatis opus postquam iam mente serena
25 cognouit uates. grassatum damnat in aeuum,
germanis faciens ut sit postremus et acro
subditus imperio fortesque exterritus oret.
29 inde senex functus nongentos transit in annos,
quinquies et denos. ut legis formula cauit.
cuius progenies. properat dum ducere muros,
condidit eximias uastis suspectibus urbes.
dumque operi instantes certatim moenia condunt.
10 4 nominibus signant Tharsum Citiumque Rodumque,
exstantes portis. fluctu quas adluit aequor.
15 Channanus hinc nomen habet. hinc Sidona surgit,
16 inde Iebusaeus, Cethaeo adiunctus Amorrus.
17 Gergessus ueget. Euaeus. Arucus. Asennus.
18 Samarus. Aradius Orusque, et moenia quisquis
19 Gaza colit, Gomorra quibus Sodomaque iugantur
atque Adama et Sebona, quis iunctim Lasa cohaeret.

349 cyatis *C* cratis *A* sompne *C* 350 channana *A* canana *C* iuentus *C* 351 properis *C* dicit *A* 354 studia *C* 358 uatis *AC* grasatum dampnat *C* 359 et acro *A* et acri π aetati *C* 360 fortes| forti *A* 361 in annos| in *om.* *C* 364 uastis| latis *A* 367 abluit *AC* *corr.* *p* 368 cannanus *C* hic *utrobique* *C* sidonia *A* 369 iebuseus *A* lebussus *C* cetheo *C* cettheo *A* amorreus *A* 370 gergessus *C* gergeseus *A* eueus *AC* amennus *AC* *corr.* *p* 371 samarus *A* sãmarus *C* 372 iungantur *C* 373 adque *C* iuncti malasa *A* coheret *C* coercet *A*

30 quin etiam et Massam faciunt similemque Sopheram 50
celsiiugum et collem, nimbosas qui leuat arces,
qua primum albentis prorumpit flamma diei.
8 corpore de quorum Nembrodus nascitur. acro
9 venatu adsuetus et membris grandibus exstans 54
atque deum gaudens contra se adtollere sanctum,
heroum de more ferox, quos ardua ceruix
inmensumque caput sublimes tollit in auras.
10 hic Babylona locat Orichamque Archata et Acallam
11 Sinnacheros inter saltus; Assura deinde
condit et eximiam tectis Nineua locauit
12 et Robotham, Calchamque dehinc, Dasemata quarum
distinguit saltus medioque in limite surgit.

11 Dumque alacres certant et nomina moenibus indunt,
1 in campum ueniunt Sennarum nomine dictum,
4 molitique cauas ad sidera tollere turres
3 non calcem faciunt, qua saxa inserta ligantur,
sed lateres tosta lutei fornace coquuntur,
4 ut prius inmensis fulgerent moenia tectis,
quam noua discretas faceret migratio gentes.
3 bitumen pro calce fuit, quod uellere molli
ducitur et lento constringit corpore cautes.
1.6 namque penes cunctos sermonis conscia lingua
per similes fatus et ciuica uerba locuta est.

374 et Massam π et sam *CA*, *post* sam *spatium uacuum trium uel quattuor litterarum A* soferam *AC* 375 leuit *A* 377 nēbrodus *C* nebrodus *A* acro *A* acri *C* 379 adque *G* gaudens deum *C* attollere *G* 380 ferox] foret *G* 381 immensum *G* capud *G* tollit *p* tollet *AG* tollat C 382 babilona locat *AC* babylon colocat (co *ex* cu *uel* ca) *G* oricham *G* orycam *C* origam *A* et archata (arcata *C*) acalam (acalla *CG*) ω et *transpos. p* 383 sinnacherus *AC* symacheros *G* 384 condidit et *C* ninneua *C* nineueua *G* nineua *A* 385 robot^{h}am *G* robtham *A* robtam *C* calc^{h}am *C* dehinc] dein hinc *G* 387 nomina] nōa *C* mę^{n}nibus *C* 388 senarum *G* 389 molliti *A* ad siderato tollere *C* 391 testa *C* luteis *A* coquntur *G* 393 quas *G* noua *cum spatio trium uel quattuor litterarum uacuo A* nouas *CG* faceret] trans *A* 396 sermones consona *G* 397 factus *C*

379—1183 *ACG*

7 denique descendit dominus et moenia uidit.
praecipiens uarias raptim prorumpere uoces
diuersosque sonos. quis gentes quaeque locuntur.
8 ilicet impletur positis cultoribus orbis
9 diuiduusque locus mox est Confusio dictus.
31 Hos sequitur. domino multum qui credidit. Abram.
quem genuit prisco de nomine Thara uocatus.
iungitur et Lothus iuncto de sanguine frater.
29 hi cum iam ualidi fierent pubentibus annis.
coniugium iunxere sibi: Lod foedere Melchae
gaudet. et Abramo ditescit coniuge Sarra.
30 quae tamen ad senium duxit sine pignore uitam.
31 hos Thara sollicite Chaldaeo de grege dempsit.
dum Channana placent frondosis collibus arua.
12 sed deus. electi qui sensum nosceret Abrae.
1 imperat. ut sedes alia regione capessat:
„Heia age. festinans patriis te dimoue terris
cognatasque domus et limina sueta relinque;
2 nam procerem inmensae faciam te iam fore gentis.
3 insuper his addam. ut. te quicumque malignis
uulnerat eloquiis. domini maledictus ab ore
tristia quaeque ferat; at qui sermone benigno
commoda denarrat. sit laeto grandior actu.“
6 mutantur sedes. Sychemis castra locantur.
7 quae dominus uati longum despondit in aeuum.
illic deproperans sacratas suscitat aras:

398 discendit *CG* 399 praecepit *A* 400 diuersusque sonus (sonos *ut uid. corr. m. pr.*) *G* *post* quis *spatium uacuum trium litt. A* 401 Illicet *AC* 403 qui multum *A* 404 tharra *A* 405 lotus *C* 406 hii *C* 407 lodh *A* melche *AC* melciae *G* 408 abram odescit G 409 ducit *A* uita *G* 410 caldeo *A* demsit *AG* dēpsit *C* 411 channana *C* chananna *A* chanana *G* 414 heia *A* heiet *C* hei *G* demoue *AC* 415 domus ω domos *Marten.* lemina *G* relinque] linque *G* 416 procere *C* inmensae] *AC* telam fore *C* 417 malignus *A* 418 eloquis *G*¹ 419 tristitia *C*¹*G* at qui] ad qui *G* adq: *C* 420 sit *C* fit *A* poscit *G* laeto *p* laetus et *AC* laetos et *G* actu *C* astu *AG* 421 sychimis *C* sychemis *G* sichemis *A* casta locuntur *A* 422 dispondet *C* despondet *Mayor*

8 conscendens montem. fractas qui respuit undas
et rubicunda tumens prospectat lumina solis, . . .
hic etiam positis fundatur molibus altar
9 oraturque deus. sola cum deinde per arua
uates agit, qua terra iacet disiuncta colonis;
10 quae dum perpetuo uenis sitientibus aret,
incussit ieiuna famem. cui cura cohaeret.
hoc fecunda metu Nilotica rura petuntur.
11 et quia conspicuo canderet corpore Sarra,
12 mandatur nullo nuptam se dicere uinclo,
13 sed fore germanam, ne fors inmanibus ausis
effrenis turbae zelum noxale marito
gigneret atque aemulum tristis riualis haberet.
14 hunc mirata quidem uenientem turba Canopi.
omnimodis Sarram cupido de lumine lustrat.
15 atque ubi per proceres laudata et tradita regi est,
16 dulcibus accipitur uotis uerbisque propheta.
17 non tamen inpositum uoluit rex aetheris illi;
nam multis magnisque simul terroribus actum
proturbat regem. noxalis qui reus ausi
18 19 obiurgat procerem. germanam cur magis esse
dixerit uxorem falsoque inluserit astu.
20 inde iubet laetum nuptam deducere secum,
armenti et quidquid patriis adduxerat oris.
16 namque deus seruo semper concordia fanti
ingentes census et maxima quaeque dicarat.
13 1.5 accipit et Lodus, quaecumque aduexerat illic,
et reduces patrias tandem sistuntur ad oras.

424 respicit *(sed marg. al.* respuit) *A* 425 sumens *A excidit uersus* 426 huc *C* positus *A* possititis *G* 427 oratus *A* 428 uatis *CG* uastis *A* qua] quae *G* iacit *A* 429 sentientibus *G* aret *Areualus* ardet ω 433 uinclo] cunclo *C* 434 germanum *A* inmanibus] *A* 436 adque *C* 437 mirat *C* 438 sarram *A* sarra *CG* 440 profeta *G* 441 non tā enī posita īuoluit *C* ille *A* 443 noxialis *G* 445 falsu *G* astu *Martenius* actu ω 446 loetum *C* secum] sarram *A* 447 armenta ω *corr. p* quicquid *AC* horis *G* 448 fanti] facti *A* 450 adduxerat *A* 451 horas *CG*

atque ibi dum gregibus intercursantibus errant,
7 pastores pecorum sese certamine pulsant.
6 pascua quod fetas artarent parua duorum.
8 sed pater. indomitas cupiens conponere rixas.
9 optulit. ut frater. quae uellet. sumeret arua.
10 ille libens paret. Iordanis litora poscens.
qui fluuius dudum. Nili vice dum tumet undis.
amne superfuso campos ditabat opimos.
12 Channanaea senex uenienti iugera sorte
accipit et uirides sistit armenta per agros.
14 sed non perpetuas licitum conponere sedes:
namque pater iussus terram lustrare tuendo.
flammeus e celsis quam sol utrumque recurrens
aspicit aut gemini despectant usque triones.
15 promissam generi tanto genitore creando.
16 cuius qui numerum gestit conprendere fatu.
stellarum citius turbas uel dicet harenae.
quas pelagus dubio nonnumquam litore nudat.
18 tendit et ad quercum prisco de nomine Mambram
perpetuoque deo praecelsum dedicat altar.
14 nec mora. diuiduos postquam concordia fratres
fecerat optatos conponere regna per agros.
1 consurgunt reges numerosa ex gente quaterni
et Sodomam multo pugnaces milite uastant.
quaternaeque acies bino bis principe fultae
3 ualle tenus Salsa ferrum per nubila torquent.

455 conponere] *AG* 456 obtulit *A* 457 iordannis *G* littora *C* 458 tumit *G* 459 ditat *G* *(unde* perditat *Martenius)* opimus *C* 460 channança *C* chanannea *AG* *finitur f. 9ᵘ* (.Q̃. I). *sequuntur in folio 10ʳ uu. 895 sqq.* (Inde irae et lacrimae *et q.s.), sed ante f. 10 extant reliquiae folii cuiusdam exscissi. uu. 461 sqq leguntur in f 18ᵃ (imo in marg. signato .Q. III) manu secunda scripti. G* 462 conponere] *A* 463 iusus *G* 464 *an* qua *ex Vergilio?* 466 genetore *G* 467 nomerum *G* conprendere *(cõ C) AC* comprehendere *G* fatu *AC* factu *G* 468 dicet *p* dicit *ω* arenae *G f.* harenas *(cf. 513)* 470 prico *G* 473 Facerat obtatos *G* conponere] *A* 474 nomerosa *G* numero sexaginta *C* quaterni] terniqua *G* 476 quaeternae *G* 477 salsa *G* falsa *AC*

8 quinque fugam capiunt linquentes bella tyranni
10 praecipitique fuga frondosis montibus abdunt,
quod potuit superesse neci; qui nomine uero
1.9 dicuntur Ariocha, Dachar, Godolla Gomurus
atque etiam pulchris inhians Amarphalus armis.
haec inter, quae multa fiunt discrimine belli,
12 Lod etiam capitur tota cum stirpe domoque.
13 quod ubi tristifico narrauit nuntius ore,
14 consurgit uates, seruorum de grege multo
ter centum famulos, nouies bis auctius addens,
ad bellum dux ipse ciet ferrumque retractat.
15 nocte super media nil iam metuentibus instat
uictoresque fugat multosque interficit hostes.
16 quin etiam fratrem tanto discrimine demptum
accipit et praedam lato trahit agmine secum.
17 excipitur laeta Sodomorum laude procorum
18 pontificisque dei, sancto qui nobilis actu, —
Melchisedechus erat. princeps rectorque Salemae —
⟨et benedixit ei⟩ panem uinumque praesentans
20 et decimos fructus Abrami ex munere sumpsit.
21 is petit, ut captos dignetur reddere uictor,
cetera pro meritis belli sub lege laturus.
22 23 sed contenta suo uictrix moderamine uirtus
accipit optatum toto pro munere fratrem.
15 1 mox sopita deus inlustrans corda prophetae

478 quique *A* tiranni *G* 479 fugā *C* 481 arioc hadachar godulla *G* gomurus *G* gomurrus *A* gomerus *C* 482 adque *G* pulcris *G* inhians gaudens *A* inhiagaudens *CG* amarfalus ω 483 discrimina *A* 486 uatis *AC* 487 famulus *G* autcius *C* 488 retractant *AG* retractans *G corr. p* 490 interfecit *C* 491 f^{r}atrem *C* demtum *AG* 493 præcorum *C* 495 Melchisedechus erat panem uinumque praesentans (tant *G) AG* Melchisedecus erat panem uinumque praesentans Princeps rector quæ salemae *C*: *excidit prius hemistichium secundi uersus, posterius autem, quod restiterat, expulit in libris AG alterum prioris uersus hemistichium: corr. p* et benedixit ei *suppl. Mayor* praesentans *C* presentans *in ras. A* praesentant *G* *u.* 496 *deest G* decimas *A* Abram ω Abrami *p* ex] lex *C* 497 His *C* captus *G*[1] 498 bellis *A* 499 modoramine *G* 501 profetae *G*

praecipit. ut cuncta uacuet formidine pectus,
quandoquidem inuictae tutus sit tegmine dextrae.
2 ille alacer concessa sibi licentia fatur:
„Quid mihi pro tanta praestant tua dona loquella?
3 nam coniuncta quatit fessum longaeua senectus.
nec datur emeritum post mortem linquere natum.
et quia nobilibus thalamis mihi germina non sunt,
degener heres erit nobis, quem serua creauit.“
4 confirmat uatem dominus. dum talia fatur:
„Ne time confidens: seruus tibi non erit heres.
5 nam si nosse ualet numero carentia quisquam
sidera uel totas pelagi percurrere harenas,
is poterit prolem solus numerare putando,
quae praestanda tibi est, totus qua tenditur orbis,
nasceturque tuo de semine. qui tua cernat
filius atque etiam natus sit regis aeterni:
7 namque ego sum dominus caelorum conditor, et te
auxilio tutum Chaldaea ex gente reduxi.“
6 credidit ista senex nec quidquam defore uerbis
metitur domini sincero acumine cordis
8 subnixusque rogat. placidis dum supplicat orsis,
signa dei quae mente gerat, quae corde sequatur,
munere pro tanto, quo natum gignat inerti
corpore, iam gelidis decursa ob tempora membris.
9 admonitus uitulam trimi iam temporis aptat,
coniungens alacrem torua cum fronte iuuencum,
uerbecem caprumque dehinc hirtamque capellam,
columbas pariles, simili cum turture iunctas.
10 corpora mox pecudum gemina in diuortia findit,
inlaesas tota dimittens carne uolucres;

503 totus *G* 505 loquela *C* 507 meritum *A* 508 talamis *G* 509 degener] deger *G* 510 dum] cum *C* 511 nec *A* 512 nomero *G* 514 nomerare potando *G* 515 tutus *G* 516 *hinc f. 19ª m. secunda scriptum G* 517 adque *G* utque *A* 519 chaldea *AC* 520 quicquam ω 521 sincro *G* 523 q. corde *C* 524 mune pro *C* 525 tempera *G* 526 atmonibus *C* iam trimi *C* 527 coniugens *A* turua *A* 528 uerbæcem *G* berbecem *A* capram *A* 530 pecodum *A* 531 illaesas *G*

omnia disponit sacrisque altaribus aptat.
11 seque locat propter. sensu uersutus et aure.
12 ecce autem prima sub tempora noctis opacae
candida sanctifici terrentur pectora uatis
nigrantesque ruunt confusa luce tenebrae.
13 his super attonitus domini solacia sumit.
dum noua uenturae praenoscit semina gentis,
per uarios casus duro sub rege locandae
Aegypti, cui nomen erit Pharaonis acerbi.
„Namque quater centum dominis subiecta per annos
seruiet. ad terras rursus reuocanda feraces;
14 ac uice mutata, quae quondam serua tremebat,
sceptra reget. ualida gentes uirtute cohercens.
15 at tu, cum fuerit metati terminus aeui,
sedibus in patriis functus mandabere busto.
16 nam populus infensa sibi de sede reuulsus
huc ueniet, domibus ueterum donandus auorum.
18 nam qua Niliacis gaudet nunc incola terris
et celer Euphratis Syrorum praenatat orbes,
19 Cenaeos populos Cenezaeosque tenebunt.
20 Chedmoneos, Chettos iuncta cum gente Phereza
et Raphana, cui manus est Iebusa cohaerens,
21 dilectaque sibi pellentur sede Chananni.
quin et Amorraeus, Gergesso extrusus amico,
semianimis possessa dabit uenientibus arua."

532 disposuit (l' nit *pr.ss.*) *C* 535 pectura *G* . 536 Nigantes (Ni *ex* n *al. c.,* r *om.*) *G* queruunt] quae runt *A* 537 attunitus *G* solatia *G* 538 semine *C* 539 casus] cursus *A* 540 aegipti *A* erit] erat *Areualus* faraonis *AG* acerui *A* 541 domini *G* 544 coercens *AG* 546 sedibi *G* mandauere *C* mandere *A* 547 infessa *C* tibi *Areualus* reuulsos *C* 549 niliaces *G* 550 eufratis ω sirorum *AC* urbes *AC* orbis *G*[1] orbes *G*[2] 551 geneos ω *corr. p* populus *G* genezeos *AG* genzeos *C* *corr. p* tenebant *C* 552 Chedmoneos *p* Chalmoneos ω chetos *C* cethosi *A* chettosque *G* (que *om. AC*) fereza *AG* ferezea *C* 553 raffana *AG* rafana *C* iebosaco haerens *G* iebosa cohercens *AC* 554 pellantur *A* channani *C* 555 amorreus *AC* 556 simianimis *CG* possessa] posse (*in marg. pr. m.* a) *A*

quae cum sancta dei prompsissent uerba prophetae,
17 sole sub occiduo clarum dat fulmine signum.
nam uelut undanti ferueret flamma camino.
caesarum pecudum uisa est delambere carnes.
16 Interea steriles iam pridem fessa per annos
2 perdiderat etiam uotum iam Sarra parentis.
et quia praegelida partum non poneret aluo,
ad secunda suum coepit lactare maritum
gaudia et inflexum cogit consortia seruae
noscere. quo saltim genitor sit pignore uili.
3 ilicet in thalamos Aegyptia ducitur Agar.
Ismahelumque nothum fecunda gignit ab aluo.
4 quae cum seruili dominam contemneret astu.
6 uerberibus duris adflicta et saucia fugit.
7 ac dum uicino tegeret se deuia fonte.
nuntius aetherio descendit culmine caeli
9 consultamque prius dominorum mittit ad aedes.
quin etiam multo gaudentem munere donat.
14 quae quia conspicuo fulgentem lumine sanctum
uiderat. a simili narrauit nomine fontem.
17 1 iamque nouem denos nouiesque exegerat annos
Abramus uates. cum se iam iamque parentem
agnoscit nati magno de munere dandi,
2 testamenta dei cui sunt concordia summi.
4 gentibus innumeris genitor ductorque futurus.
8 percipiens placidas per grandia tempora sedes.
5 quin etiam solito de nomine grandior exit.

557 dei *A* deus *CG* promisisent *A* promisisset *G* promississet *C* promisit *uel* prompsisset *Areualus* profecte *C* 558 signo *G* 559 uelud *C* 561 steriles *G* sterilis *C* sterelis *A* 562 etiam *om.* *C* 563 non] prae *A* 564 at *C* fecunda *LMueller* lactare] latere *A* 567 illicet *AC* (a)egiptia *AC* adducitur *G* 568 Ismaelum *G* aluo *A* aluc *(sic)* *CG* 569 contempneret *AC* 570 afflicta *C* 571 hac *C* se] per *A* 572 aethereo *C* discendit *A* aculmine *C* 576 uiderit *A* a simili *G* a *om.* *AC* 577 nouiesque *p* nouemque ω 578 uatis ω se lam *C* 580 sunt] sint *G* 581 innomeris *G* 582 tempora . . . . edes *spatio trium uel quattuor litt. relicto* *A* sedes *Martenius* edes *AG* ædes *C* 583 solito *C* solita *A* solido *G*

dum decus adiectum uocalis littera ducit.
15 et Sara quae fuerat, mandatur Sarra uocari.
20 quin etiam patris Ismahelus pro prece diues,
bis senos princeps populos generatque regitque.
12.23 post haec gesta senex, cum sol octauus adesset,
maribus exhibitis adimit praeputia ferro,
adiungens pariter quoscumque ex plebe seorsa.
17 inde ubi iam tempus promissi muneris instat,
soluitur in tremulos uultu crispante cachinnos,
dum tacitus secum promissa ingentia uoluit:
„Posse deum credes, quidquid non extitit umquam,
condere et infractos robur generare per artus?“
18 1 Scandebat medium iam sol flagrantior axem,
magnificusque senex frigus captabat in umbra,
2 cum subito iuuenes pariter tris adfore cernit.
3 sedulus in cunctos unum plus ambit et orat,
ne puerum celeri linquat, dum praeterit, actu
4 pacificusque suae dignetur tegmina quercus
atque pedes geminos frigenti ut perluat unda
5 ac positos panes mensae dignetur amicae.
adnuitur iussaque citus ueneranda facessit.
6 ipse etiam properans sese dat Sarra uideri
mensurasque libens ternas ex polline profert,
quas dederat tosto cinerum torrere uapore.
7 tum uitulus tumida procuruans cornua fronte
deligitur, nullo fuscatus tergora naeuo.
8 et modo constricti ponuntur fercula lactis.
9 dumque deum trina positum sub imagine pascit,

584 adiectus *G* 585 sara *G* sera *C* sacra *A* 586 patris *A* patri *C* patria *G* smaelus *G* praece *G* 587 principes *A* 589 matribus *A* exibitis (h *above*) *G* praepotia *G* praeputio *C* 590 adiugens (n *above*) *C* 591 inde iam (ubi *om.*) *G* promisi *A* 593 tacitos *G* 594 credes *p* credens *ω* quicequid *AC* exstitit *C* 595 rubor *A* 598 sobito *G* tres *C* cernit: c *ex* i *G* 599 ambet *G* 600 celiri *G* preterit *AC* 602 fringenti *C* 604 annuitur *C* facesset *G* 605 ipsa *A* 606 libans *Martenius* 607 terrere *C* 608 tumuida *G* fonte *G* 609 delegitur *C* 611 dumque deum *CG* dum dñm *A*

dulcia sanctificis delibat gaudia dictis:
„Quid rerum nunc Sarra gerit?“ (namque abdita tectis
tunc erat) et coeptas iterat lux uera loquellas:
10 „Euge memor uates, pleno non setius anno
mater erit:“ cum laeta procul sub talia risit
11 12 femina et annoso desperat corpore partum.
13 quaeritur haec inter, fuerit quae causa cachinni?
15 illa negat facili concussam se fore risu,
dum timet et tacito uoluit sub pectore culpam.
16 consurgunt iuuenes parili fulgore decentes
et Sodomam toto subiectam lumine uisunt.
17 tum dominus uati nil promptum non fore passus,
eloquitur, quae causa graues se ducat ad urbes:
20 „Clamore immodico Sodomae iunctaeque Gomorrae
21 excitus ueni uerumque inuisere curo,
ut, quod turba nocens, quod nox horrenda laborat,
oppida bina simul caelesti ex fulmine flagrent“.
24 hic trepidus uates famulo sermone poposcit,
noxia qui numerus sanctorum moenia seruet?
quinquies ex denis capiens primordia summae,
32 a bis quinque uiris cognoscit tegmine forti
oppressum uitiis populum uitare ruinam.
19 1 ilicet ad Sodomam ueniunt duo, Natus et Altor,
hesperus umenti cum iam prorumperet igni.
illic pro foribus Lodus de more sedebat,
cumque uiros simili lustrasset corpore claros,

626] Mico: Excitus-curo . binancius *(i. Venantius)* Alchimus

614 ceptas *B* iterat] ita dat *A* loquelas *C* 615 uatis ω setius *CG* sentius *A* serius *Martenius* *post h. u. spatium trium uel quattuor litt. uacuum A* 617 annosum *A* disperat *AC* deperat *G* 619 concussam se] concussa in se *G* risum *G* 620 timit *G* 621 pari *C* 622 lu/// mine *G* 623 promtum *AG* 624 eloquitur passus causa (passus *in rasura scriptum,* quae *om.) G* grauis *G*[1] 625 inmodico] *A* onmodico *G* iuctae *G* iuncta *A* 626 que] quę *C* 628 opida *G* 629 uatis ω 630 sanctorum] sacratū *C* 632 a bis *A* ab his *CG* 634 illicet *C* sodam *A*[1] humenti *C* umeti *G* ingenti *A* 637 clarus *G*

2 pronus adoratos consueta ad limina duxit,
optantes media potius habitare platea.
3 azyma quos tenui de polline candida pascit.
4 sopitaque dehinc conponunt membra cubili.
ecce furens tota procurrit turba Gomorrae,
seditione truci circumdans atria Lotis,
5 atque uiros poscens tumido dilitigat ore.
7 ille memor pacis temptat mollire frementes
8 atque etiam natas cupide dementibus offert,
ut licito potius luxu peruersa uoluptas
aestuet, a simili disiungens turpia sexu.
9 sed nil dicta mouent, franguntur limina ferro.
ac dum se glomerant, dum fortia claustra reuellunt,
11 lumina saepta sibi piceis gemuere tenebris.
12 his actis, auferre procul sua pignora iussus,
14 inuitat generos sensu torpente negantes.
quod tamen adsiduo potuit mens blanda rogare,
16 eduxit natas coram genetrice sequentes.
30 ac dum progreditur, dum scandit culmina collis
oppositi secumque putat, quid deinde sequatur,
26 femina postergum positas dum respicit arces,
diriguit speciemque salis pro corpore sumpsit.
23 ille subit celsae securus tecta Segorae.
24 mox fragor horrisono de sidere fulmina torquet
sulpureaeque ruunt olido cum turbine flammae,
quae pariter muros atque ardua culmina lambunt.
28 omnibus in cinerem celeri cum labe reuulsis
27 cernebat rutilo surgentes uertice flammas

638 adoratus *G*¹ 640 azima *AC* azym *G* 641 sopit *G* conponunt] *AG* 642 gomurrae *A* 643 lotis *C* lutis *in ras. m*² *G* lothis *A* 644 tum^i^do *C* *post* tumido *spatium quinque litt. uacuum A* 647 lusu *Areualus (coll. u. 829)* 648 Estuet *CG* aestuat *A* as simili *C* flãgruntur (~ *al. ss.) A* 650 refellunt *A* reuellant *G* reuelant *C* 651 septa ω 655 coram *A* carã *C* cara *G* genetricẽ *C* 656 scandet culmine *G* 657 Ipposit *G* oppositis *C* potat *G* putet *A* 658 post tergum *G* posita *C* 660 segorrae *A* 661 flumina *G* torquot *G*¹ 662 sulpurae *G* sulphurae *C* sulforeae *A* 665 surgente *G*

29 eminus Abramus. memori cum pectore tractans
in uerbis domini numquam se adiungere mendum.
30 nec minus et Lodus tuta conpostus in aula
solamen tenero natis praestabat amore,
31 quae sine coniugibus nequibant edere prolem.
hae. cum perspicerent sublatum germinis usum
maternumque decus solo genitore relicto,
32 conponunt epulas ac promunt uina parenti,
nescius ut uetitum natarum nosceret usum.
nec mora. femineis concrescit sarcina fibris
37 et parili ambarum uitalia fomite turgent.
prima creat puerum patrio sermone Moabum.
38 altera disparibus Ammanum nuncupat orsis.
hic pater Ammorum. genitor Moabitibus ille est.
20 1 Interea excedit positis de sedibus Abram
et Gerarum ad terras socia cum coniuge transit.
2 hic Abimelechus cupiens consortia Sarrae
principis arbitrio (germanam nam fore uates
dixerat eximius. fraudem ne forma pararet
coniugis innocuo. riuales dum cauet iras)
3 nec tamen eualuit ualidis terroribus actus.
qui mentem adficiunt. quotiens peruersa libido est:
nam deus inmisso torsit lictore tyrannum,
qui cum terrifico rupisset somnia uisu.
9 prosequitur trepidus uatem uix mente reuersa.
cui Sarra sit dicta soror. ceu nulla mariti
uincla ligent nuptam. quae sit coniuncta prophetae.
12 ille docet causas seseque a crimine purgat,

667 mendum] m̃daciũ *C* 668 conpostius *A* compostus *G* cõpositus *C* 670 ædere *C* 673 prumunt *G* 676 fomite] sumite *G* 678 ammonum *A* 679 ammonum *G* 680 sidibus *G* 681 gerarum *C* gererum *G* generarum *A* 683 principes *CG* arbitrii *G*[1] uatis ω 685 innocui *Areualus* 686 *an* non tamen? eualuit *AC* ualuit *G* 687 quoties *C* 688 inmisso *AC* *u.* 689 *post* 700 *positus G, hoc loco AC* sumnia *G* 691 cui] cur *Martenius* sacra *G* mariti] maritu *G*[1] marito *Martenius* 692 quae] cum *Martenius* sint *G* c̃iunctã *C* profetae *G* 693 seseque] que *om. G*

mentitus nihilum; patris nam germine creta
Sarra fuit, iuncta deducens linea sanguem.
16 haec ubi constiterant, rector dat mille talenta 640
14 et famulos; his molle pecus armentaque iungit.
15 iugera quin etiam latos diffusa per agros,
dummodo promeritum lenirent dona reatum.
18 namque domus regis admissa piacula pendens, 644
agmine morborum pariter grassante per omnes, 646
germina femineis dudum decusserat aluis.
17 uerum ubi pacificus uates pro rege poposcit
procubus ante deum, promptim se laeta per omnes
reddidit ubertas aluosque impleuit opimas. 650
21 ipse etiam insuetis postrema in tempora uotis
2 fit pater, et laeti reputans solacia risus,
3 nuncupat Isacum, mandata et numinis alti
4 efficit, octauo decerpens lumine tegmen
8 e ueretro, stabilesque uidens iam promere gressus 655
coniunctos inter socia de stirpe propinquos
uescitur et mensis genitor gratatur opimis;
7 nam desperatis maior fit gratia uotis.
9 iamque puer puero iunctus dum ludit alumno,
conpulit ignito matrem turgescere felle, 660
ut famulam inuisam pariter cum pignore pellat, —
11 et tamen inuitus senior, dum maxima iussa 661
12 obseruat domini, pariter detrusit utrumque.
at mulier postquam domini de sede remota est,
14 auia dimoto lustrat secreta recessu.
15 iamque panes cunctos uinumque insumpserat omne. 665

694 patris *p* fratris ω 695 deducens *A* diducens *CG* sanguen *Areualus* 696 mille *C* 698 defusa *A* 701 grasante *C* 703 uatis ω 704 promtim *CG* se laeta| saeta *C* 705 redidit *G* 706 insuetis: is *ex* us *statim corr. pr. A* 707 solacia| ω 708 nominis *C* 710 gressos *CG* 711 coniunctus *G* socia| propria *Martenius* 712 gratator *G* grat[i]atur *C* 713 disperatis *A* 714 puero| pero *G* alumpno *C* 715 turgiscere *G u.* 716 *deest G* 719 ad *G* 720 dimutu *G* recessu *AC* regressu *G* 721 iamque| iam *Areualus* uinum| unum *A* undam . . omnem *Areualus* insumserat *AG*

exanimem lasso suspirans pectore natum:
19 31 deuenit ad puteum, cui tum Iuratio nomen
indiderat, maestoque inpleuit deuia questu:
cum deus adflictae lacrimis trans aethera motus
confirmat trepidam natoque ingentia dicit
18 regna parata suo, cuius tum clade gemescat.
19 ilicet inriguo scatebras de gurgite libans
erigitur natoque simul gaudente laetatur.
20 procedunt pia iussa dei; iam paruulus arcum
tendere et aligeras coepit torquere sagittas.
22-32 interea uates, ne quid clam forte pararet
ductor Abimelechus, conectit foedera pacis,
25 ut, quia de puteis fuerant certamina mota,
reddita securam firmarent otia uitam.
27 iuratur placitaeque manent concordia pacis.
33 inde senex curuo terram dum sulcat aratro,
ingentem laetis compleuit messibus aulam
sublimemque deum supplex per uota precatus
34 Philistinorum placidus consedit in aruis.
22 1 in quibus aetherii temptatur numinis orsis,
2 unicus ut natus gladio decumbat ad aram.
3 nec mora, cum tumidi conscendit culmina collis,
cornipedem ducens famulis natoque uadentem,
4 tertia iamque die, cum sol candentior axe
fulgeret medio, totas dum contrahit umbras,
5 dimittit pueros senior natumque capessit.

722 exanimen *CG* 723 iuratis *AC* miratio *G* 724 qụe] quae *Martenius* impleuit *AC* infleuit *G* quaestu *AG* 727 gemiscat *G*[1] 728 illicet *G (non C)* inriguạs catebras *C* 730 iam] nam *C* 632 uatis ω nequit *CG* 733 abimelus *G* 734—736 *hi tres uersus desunt A* 735 sẹcuram *C* 736 manet *Mayor* 737 solcat *G post h. u. rasura sex litterarum pro uoce* aratro *quae est in AC, apparentque uestigia litterarum* . . rram (terram ?) *G* 738 mesibus aulum *C* 739 suppex *G* praecatus *G* 740 Filistinorum *G* Fhilist. *C* 741 aetherei *A ?* tentatur *G* nominis *G* 742 unicus] Vicinus *C* 744 cornipedum *G* *f.* uadente 745 tercia *G* iamque] iam *C* dies *G* 746 dum] cum *G*[1] *(recentior manus corr.)* 747 capescit *G*

6 ut sarmenta gerens, flammarum pabula, collo
scanderet oppositi pariter fastigia collis.
9 iamque adeo flammis surgentibus altar ad ipsum
sistitur, euinctus manibus posterga retortis.
10 dumque pater natum properat diffindere cultro,
13 eminus albentem prospectat sedulus agnum,
qui melius fuso compleret sacra cruore.
23 2 His actis uetulo decedit corpore Sarra.
5 cumque locum busto praestarent pignora Cetis,
13 dissensit uates, pretio taxare paratus.
15 sq. quadringenta dedit sestertia diues Ephrono,
17 dum sociam duplici gaudet mandare sepulchro.
nomen Mambra loco ueterum narrauerat aetas.
24 ilicet e famulis quendam, quem uita fidesque
2 fecerat insignem, conceptis dicere uerbis
et iurare iubet, dextram dum subdit amicam
3 conectitque femur, nullam de gente Chananna
iungendam nato, quoniam de stirpe parentum
4 sit ducenda magis; quae si fortasse resistat,
7 mittendum caelo, facile qui molliat iram.
10 ille alacris tumidis inponit dona camelis
Assyriamque petit, iam cernens tecta Nachorae.
12 dumque silens secum domini mandata reuoluit,
15 conspicit eximiam uenientem fonte Rebeccam,
18 quae non tarda uiro frigentes porrigit undas
23 inuitatque domum, cuius sit filia, fatur:
22 iungitur hospitio iuuenis, mox munera promit.
61 omnibus explicitis uadit nuptura marito.

748 pabula] paula *G* collos G^2 *ex* colli *uel* collis G^1 750 ipsum ad altar *C* 751 euinctus *G* euinctis *A* *uox deest C* post terga *CG* 754 cruorem *G* 756 coetis *A* 757 uatis ω pretio *C* 758 quatringenta *G* quadraginta *C* sestercia *G* ephreno (no *in* mo *corr. al.?*) *G* effremo *AC* *corr. p* 759 socia *CG* 761 illicet *C* 764 femor *A* chanana *C* 766 si *om. G* 767 caelu *G* facilem ω *corr. p* 768 tumidissimponit *G* inponit| *AC* camilis *G* camellis *A* 769 assiriam *A* 770 sil/ens (i *eras.*) *G* 771 fronte *CG* 774 hospicio *G* 775 explecitis *G*

62 iamque iter emensos prospectat comminus Isac,
64 quem Rebecca uidens dorso defluxit ab alto
65 obstipumque caput tenui uelamine condit.
67 iunguntur taciti dominoque auctore laetantur.
25 7 sed postquam senior centum transcenderat annos,
septies et denos, largitus munera cunctis
8 decessit, gemini donatus sede sepulchri.
9.11 interea patrias indeptus filius aedes
ad puteum degit, fuerat cui Visio nomen.
20 iamque quater denos illic transegerat annos:
coniuge cum dicta patriam ditauerat aulam:
21 quae cum praecipuo canderet sidere formae,
infecunda diu nesciuit gaudia matris.
sed cum sanctifico dominum deposceret ore,
heredem ut iustum coniunx grauidata crearet,
22 auditur: geminis turgescit feta Rebecca.
quae mirata diu crescentis pondera uentris,
23 consulit aetherii supplex responsa tonantis
agnoscitque suo populos in pectore binos
disparibus meritis ad lumina surgere uitae,
nam qui prima tenet meritae primordia lucis,
subditus imperiis agitur seruire minoris.
24 ergo ubi iam facili gignuntur pignora partu,
25 corpore puniceo senior se promit ad auras,
nigrantes toto consertus corpore saetas,
quem pater Esau placito de nomine dixit.
post, fraterna tenens manibus calcaria pressis,
nascitur insigni praediues mente Iacobus.
27 lustrabat seniór uacuos uenatibus agros,

776 iamque *G* iam *AC* itere *G* prospecta *G* 777 refluxit *G* 778 capud *C* 779 taci// *A* 781 cunctus (*m*² *corr.*) *G* 782 sepulchro *A* 785 Iiãq *C* 786 conducta *AC* cum dicta *G* 787 siderę *C* formae] pomae *G* 788 infoecunda *C*? 789 deposcerat *C* 790 coniux *AG* 791 foeta *C* 793 subplix *G* 800 consertus *A* consertas *CG* corporis a&as *C* setas *A* 801 placido *A* 802 praessis *G* 803 iacubus *G*

bucina raucisono dum conplet saxa tremore.
ast alius, blandi conseruans pectoris acta,
gaudebat patriis inlaesus uiuere tectis.
28 maiorem genitor tenero palpabat amore.
ast alium toto mulcebat pectore mater.
29 qui cum Niliacam lentem soluisset in unda,
conpositos fratrem nitentem sumere pastus
30 perpulit, ut primos sibimet deferret honores.
26 1 haec inter malesuada fames et prima malorum
conpulit a patriis uatem discedere terris.
Philistina petit rura. mox Gargara transit.
Abimelecha suo quae tum sub iure tenebat.
2 incedens claro dominum cum lumine uidit
arguentem dictis, adeat ne regna Canopi,
sed teneat solum, dominus quod praestitit, aruum.
3 „Nam licet ignotos inter uideare morari,
attamen inmensum genitor mansurus in orbem
4 semine multiplici gaudebis crescere gentes,
testamenta mei sument quae maxima uerbi.“
6 ilicet in Geraris socia cum coniuge degens,
7 germanam potius paterno edisserit actu,
ne commota leui cupidine turba Philistim
coniugium uatis correptis tolleret armis.
8 at rex, dum patula lustrat secreta fenestra,
ludentem niuea cernit cum coniuge uatem,
10 conubiumque uidens cunctos sub lege cohercet,
11 ne sociam quisquam temptet raptare prophetae.
12 iamque famem dudum patriis qui fugerat oris,

805 conplet] *AC* 807 inlesus *AC* tectus G^1 809 toto] tot *C* 810 niliacam] nihil iam *G* 811 conpositos] *AC* nidentem *G* 812 primus *G* 813 malasuada *A* famis ω 814 conpulit] G^1A a] e *C* uates *G* descende// *A* 815 filistina *CG* Gargara] *immo* Gerara *cf. 824* 816 amimelechau suo *G* 818 nē *A* 821 adtamen *G* 822 multiplic *C* 823 quae] q. *C* 824 illicet *C* 825 fraterno *A* 826 nē *A* filistim *A* filisti *CG* 828 ad rex *G* 830 coercit *G* 831 profetae *G* 832 horis *CG*

hordea mollitae dum spargit credita terrae,
centenos laeto carpsit de caespite fructus.
13 nec minus interea placido ditescit in actu
14 multimodas inter pecudes terramque feracem.
continuo infelix torquet dum pectora, liuor
15 inriguos turbat puteos atque aggere conplet,
ut procul abscedens possessos linqueret agros.
17 euitans igitur tumidae discrimina rixae,
discessit mansitque diu conualle Gerarum,
18 et cum sollicito puteos dimitteret actu,
19 inuenit gelidas scatebroso e fomite lymphas.
20 exceptusque dolo pastorum deserit iras
inuisosque locos Litis de nomine signat.
21 promouet inde gradum rursusque egesta profundo
terra cauo gelidos in lucem protulit amnes.
et quia mordaci fuerat certamine trusus,
conpellat meritis liuentia pectora dictis
22 ac, postquam tetricas fregit pax aurea lites,
nomen Habundantis studuit transcribere terrae.
dumque sagax mutat celeri noua gramina passu,
23 deuenit ad colles, quibus est Iuratio nomen.
24 illic perspicuo dominum cum lumine cernit,
tempore quo medios euoluunt sidera cursus,
admonitus tristes e pectore trudere motus,
inuicto tutante deo per bella, per hostes.
excitus gelidos post somnum colligit artus
25 et uenerans structa dominum mox supplicat ara.

833 hordea *Martenius* horrea ω molliate *C* 834 cerpsit *A* cespite *AC* cepide *G* 836 multimodos *C* 838 irriguos *L* conplet] *A* 839 possessos *CG* pos ses (: sor ss.) *A* liquerat *A* 841 gerarum] gesarae *G* 842 puteus *G* 843 e *ex* i *G om. A* uomite *A* limphas *C* lymfas *AG* 844 exceptas dolo *A* 845 inuisos ω inausos *Martenii ed.* 846 aegesta *A* profundũ *C* 847 lucem *A* luce *CG* ampnes *C* 849 conpellat] *AC* 850 tetricas] trificas *C* litis *G* 851 habundanti *G* transscribere *A* 855 medio uoluut (ẽ *al. ss.*) *G* sydera *C* 856 ẽ *G* 857 inuicto *C* inuincto *AG* 858 exitus *G* sompnum *C* 859 domino] d,õ (n ss.) *C* dominem *A*

26 interea reges ueniunt Abimelus et Ozas,
Phicolo comitante simul ferrumque gerente,
28 ut, quia pacifico uellet se adiungere uati,
necteret insertis concordia foedera dextris.
30 excipitur placide mensaque expletus eadem
31 optatam reuehit posito discrimine pacem.
27 hinc inter medios surgit discordia fratres;
namque pater longo iamdudum grandior aeuo,
amissum cum sole diem oculosque sepultos
mente ferens placida mortemque instare recordans,
maiorem natum, pietas quem sola uidebat,
3 inpellit, sumat pharetram celeresque sagittas,
exhibeatque sibi carnes de more ferinas,
4 sumpturus patriae confestim munera linguae.
5-8 id Rebecca uidens carum dat scire Iacobum,
9 conpellens, geminos ut promptim deferat haedos
ac pro fratre uago studeat mactare parenti.
11 et, ne forte dolos nudaret corpore leui,
16 pellibus obtegitur, hirsutum quae fore praestent,
15 fraternaque toga praeuelans pectus et artus,
19 optulit indeptas uelut in uenatibus escas.
21 nec tamen occuluit penitus praenuntia corda.
22 namque senex, iuuenem totum dum dextera lustrat,
noscitat Esaum saetis, sed uoce Iacobum.
25 ac postquam conpressa fames dimotaque mensa est,
26 admonet, ut propius sese sistatque locetque.
27 ille ubi demisso successit uertice dextrae,

860 abimelus *A* abemilus *G* amelius *C* et Ozas] Ochozas *p* 861 ficolo ω 863 necterit *A* fędera *C* 864 que *om.* *C* 866 hinc *p* hic *Mayor* haec ω 868 die *G* 869 placidā *G* 871 inpellit] *AC* faretram ω 873 sumturus *A* 874 ^{c}arum *G* iacob *A* 875 prumptim *A* promtim *CG* hedos *AG* 876 studiat *G* mutare *A* parente *G*¹ 878 quae] q. *C* 880 uelut in *AC* ueluti (in *om.*) *G* aescas *C* 881 paenitus *G* 882 senex *AC* senes *G* senis *Martenius* 883 noscit at *G* nosciat *A* æsaum C setis *A* 884 conpressa] *A* compraessa *G* famis ω 885 atmonit *C* *post* propius *spatium duarum litt. uacuum A* sésé *AC* 886 illi *G*¹ dimisso *ACG*² demisso *G*¹ demissa *Martenius*

candida sanctiloqui percepit dicta parentis.
oscula dum pressis delibat dulcia labris.
nam post optata longae commercia uitae
29 anterior frater minimo seruire iubetur.
30 interea Esaus, longis discursibus actus.
uiscera iam saturo portabat capta parenti.
37 et licet officio multum placuisset et actu.
intercepta tamen non quiuit sumere dona.
41 inde irae et lacrimae et fraus quaesita nocendi:
42 quam Rebecca uidens fraterno in pectore prodit
43 Iacobumque monet cognatas uisere Carras
Labanumque suae germanum quaerere matris.
44 donec longa dies conceptas mitiget iras.
28 1 iungitur et matris monitis sententia uatis.
dum tranquilla docens natum communiter ornat:
„Ne pete conubium. iuuenis. de gente Chananna,
sed memor eloquiis cari genitoris adhaere.
2 est locus Assyriis. gemino qui cingitur amne.
(10) hic pater est matris nobis Bathuelus amicus
Labanusque gener. totis qui praedia Carris
laeta tenet natasque fouet pubentibus annis.
illa tibi coniunx. moneo. de stirpe petatur.
quae genus egregium nostro de sanguine ducit.“
5 10 at iuuenis. monitis gaudens seruire paternis,
egreditur linquens patriam multoque labore
11 defessus dulci declinat lumina somno.

892] Mico: Viscera—parent. Ouidius

887 percipit *C* 888 praessis *G* p̃ses *C* delibans *A* 891 intere[a] *C* Esaus] saus *G* 892 uiscer& *C* satoro *G* parent *Mico* 895 indie *A* inde et *C* irae *AC* ira *G* fraus est *Areualus* q.sita *C* 897 carras] terras *A* 899 concȩptas *C* mitiget] mitteret *G* 901 conmunit et *A* cõmonet et *C* communiter *G* 902 p[e]te *al. corr. G* conouium *G*[1] (ou *in* ub *al. corr.)* 903 cari] sacri *C* adhere *AC* 904 assiriis *C* ampne *C* 905 bathuelus *C* batuelus *AG* 908 coniux *AG* de stirpe moneo *C* styrpepâetatur *G* 910 ad *G* 912 defusus *G* sompno *C*

et dum praegelido consternit saxa cubili.
praeduram fesso subponit uertice cautem.
12 ac dum securo refouentur membra sopore,
aspicit intrepidus toto de lumine mentis
haerentem scalam puro trans nubila caelo,
e gradibus cuius sublimis turba ruebat;
ast alia e terris superas scandebat ad arces.
13 ac dum praecipiti uoluuntur corpora casu,
omnipotens prona spectabat fronte ruentes,
haec super adiungens: „Ego sum rex magnus olympi,
iampridem dominusque tuus dominusque parentis:
pelle metus tristes; tellus, cui membra dedisti,
certa tibi sedes et cunctis te duce natis.
15 tu nunc perge memor coeptumque haut desere munus.
me duce dimissas iterum remeabis ad urbes."
16 illi somnum ingens rumpit pauor ossaque tota
concutit umenti perfundens membra fluore.
17 et super haec memorat: „Domus est hic magna tonantis
portaque, quae gemino reserat de cardine caelum.
18 mox lapidem, capiti fuerat qui subditus, unguit
19 atque Domum domini conpellans indice saxo
22 promittit decimos daturum se fore fructus.
29 iamque iter inceptum celerans, qua semita duxit,
2 peruenit ad puteum, qui uasta per auia solus
molle pecus riguis semper palpauerat undis.
hic gregibus trinis pastores sole calente
libabant tenues latices aestumque leuabant;

914 supponit *A* 915 sȩcuro *C* 917 puro *G* pure *AC* 922 ma^{g}nus (g *m. rec. add.) G* olimpi *G* olymphi *C* olymfi *A* 924 tristes] praestes *G* 925 sedes G^1C sedis AG^2 te] et *G* 926 ceptum *AG* cȩptum *C* haud *Areualus* aut *G* a *AC* desere] dissere *A* 927 duce/// (m *eras.) G* 929 concutit] Cutit *C* Concuti tumenti *A* 930 hic] haec *A* 931 que *om. C* 932 unguet *A* 933 domini] dī *C* conpellans] *AC* 935 iamque] Atque *C* qua *A* quo *CG* 936 poteum *G* per auia *A* in deuia *CG* 938 hic regibus *G* calenti *A* 939 astum *C*

5 hisque salutatis disquirit singula uates.
6 incolumesque uidet cunctos, quos mente quaerebat.
9 haec inter niuea gradiens Rachela figura
urgebat patrias ad pocula nota bidentes.
10 quam promptim iuuenis fraterno e limine uisam,
11 castus in amplexus cognata ad pectora iungit.
10 deuoluens lapidem, putei qui texerat ora,
12 seque simul iuncto germanum sanguine pandit.
13 quem procul intuitus sensu gaudente Labanus
aduolat et sueta iuuenem conponit in aula.
15 nec patitur gratis uatem seruire propinquum
19 proque labore uiri natam despondet amanti.
20 ergo ubi mercedem septenis traxerat annis,
21 desponsam thalami deposcit foedere iungi.
23 nec mora, mentito donatur munere Lia,
17 luminibus grauidis, primo sed prosata partu.
sed fraudis commenta dolens concepta Iacobus
25 uerba canit soceris, frustratus uirgine pacta.
30 rursus in alterius pretium mercede seorsa
perpetitur longae Iacobus munia uitae,
percipiens meritam pulsa iam fraude Rachelam.
31 sed deus aetheriae regnator maximus aulae
pignore multiplici dempsit dispendia formae.
32 Rubenum nam Lia creat, tum deinde Simonem;
33 34 tertius egregio Leuitis pectore natus
possedit domini sacrata altaria nostri.
35 hunc sequitur Iuda, tribui mox inditus auctor.

940 uatis ω 941 incolomes *AC* q.rebat *C* 943 bibentes *G* 944 promtim *G* prumptim *A* e] *tollendum putabat Areualus* limine *p* lumine ω 945 castus *p* castos *CG* castof *A* in amplexus (ōs *al. c. G) CG* conplexus (in *om.) A* 946 desoluens *G* ore *C* 949 atuocat *C* conponit] *AG* 950 gratias *G* proprinquum *A* 951 labore/// (m *eraso) G* dispondet *A* dispondit *C* 952 mercedem *AC* iam mercem *G* septinis *G* 953 disponsam *AC* talami *G* fędere *C* 954 munera *G* 957 uirgini *G* 958 praetium *G* seorsū *C* 959 Perpetur *(et post h. u. duarum litt. spatium uacuum) A* longe *CG* longaeua *A* 962 demsit *AG* 964 le////uitis *G* natus: us *ex* is *al. c. G* 965 possedet *A* possidet *CG corr. p*

30 1-8 ast alios partus, utero quos Balla creauit,
scire licet; claros nunc ius est dicere natos.
18 post hos Issacharus paritur iam germine quino.
20 sexta subit proles nomen Zabulonis adepta,
21 nascitur et uirgo germanis congrua Dina.
22 tandem sera deus largitur dona Rachelae:
24 aetherias tenerum Iosepum gignit ad auras.
25 ergo ubi iam proles utraque ex coniuge parta est,
discessum a soceris et, quae quaesiuerat, orat:
28 qui cum pro meritis mercedem soluere uellent,
deponunt animos genero poscente rogati:
31 qui nihil externum cupiens, ditescere sese
muneribus domini solis testatus, abiuit,
coniuge percepta tantum contentus utraque,
enitens, ut longa sibi monumenta pararet.
37 decerpit uirgas rupto de corpore matrum.
myrtea prima fuit, storaci mox altera dempta est,
tertia uulsa nuci, quo sensim lana colores
diuiduos raperet uirgarum perlita suco.
38 nam per stagna pecus properans mersare balantum
signauit uario tinctum discrimine fuci,
31 8 inuidiam propter, uariam quia dixerat eius
esse socer mercem, multis quam dempserat annis.
1 hic cum diuitiis alitus praestaret inemptis,
inuidiam laeuo mouit liuore dolentum.

967 Castalios *C* alias *Areualus* partus] nŏthos *A* crearet *C* 968 claros nuntius .ē. (est *G*) dicere natos *CG* non claros nunti edicere natos *A* 969 issacharus *A* issaccharus *G* isacharus *C* quino *AC* quinto *G* 970 prolis *CG* nomine *CG* 972 largitus *G* 973 iosephum *A* 974 prolis *CG* 975 a] o *C* et quae *Martenius* et *om.* ω quęsui erat *C* 976 mercede *C* 977 animos *G* animo *AC* 980 perceptæ *C* 981 monumenta *AC* momenta *G* 983 myrtea] mistea *G*[1] mystea *G*[2] demta *G* 984 sinsim *AG* coloris *G*[1] 985 reparet *C* 986 pęcus *C* 987 *an* uarii? suci *G* 989 quem *C* dempserat *A* tempserat *C* temserat *G* 990 sic *Mayor* diuitis *(post h. u. spatium sex litt. uacuum) A* alitos ω *corr. p* prestaret *AC* inemtis *AG* 991 leuo ω uŏmuit, *in marg.* m̃ouit *A* liuore: i *ex* o? *C*

19 dumque socer dirus lanarum uellera tondit.
libertas permissa uiro, qua commoda ferret
omnia et incoctos tosta fornace penates,
quos Syrus in patriis credebat numina Carris.
30-34 haec tamen inuolucris cohibebat cauta Rachela,
ne pater inuenta puniret crimina noxa.
21 digressus uicto conscendit flumine collem,
quem Galatum indigenae patrio sermone loquuntur.
22 tertia iamque die soceri peruenit ad aures
discessus generi pariter pariterque natarum.
23 ilicet auxilium fraterno ex agmine poscit
quaesitumque diu sexto iam lumine nanctus,
24 ne noceat, sancto domini terrore uetatur.
30 mitificusque suis, quae credit numina, poscit,
33 et cunctis quaesita locis non cognita maeret.
44 postquam depositis rediit pax certa querellis,
46 congeries struitur saxis crescentibus alta,
52 ut locus exstructo maneat munimine testis
ac positus limes litem discerneret agris.
32 2 ecce uiae medio uates uidet ardua castra,
quae deus astrigero ductat moderamine rector,
indidit et nomen testatus: „Haec deus implet.“
3 interea electos iuuenes praecurrere iussit
5 muneribusque graues, germanum quae iubet uti,
ut reditum placidus tribuat: pacemque petenti
6 adnuit ille libens; sociis atque agmine multo
stipatus fratrem contra nil turbidus exit,
cumque quater centum terreret turba uirorum,

u. 992 *deest A* 993 Vbertas *C* que cōmode *C* 994 paenates *CG* 995 carris] terris *A* 996 cauta] cantu *A* 997 noxa *CG* noxae *A* 998 degressus *A* 999 galatum *G* galatã *C* galactuen *A* indiginae *G* locuntur *A* 1000 auras *in* aures *pr. corr. G* 1002 illicet *AC* 1003 die *A* .VI. *C* nanctus *A* nanctōs *C* nangus *G* 1005 suis] suo is *G* sua is *Martenius* nomina *G* 1006 cognitã aeret *C* 1007 quaerellis *A* q.relis *C* 1009 extructo *G* 1010 litem] limen *G* 1011 uatis ω uidet *G* uidit *AC* 1012 ducat *A* 1015 quae] q̃. *G* q; *A* q. *C* uti] ut is *G* 1017 annuit *C* 1019 terreret] terret *G*

plus species, quam tela nocent famulantibus armis.
discretis igitur gregibus haec prima locauit,
quae donata sibi dignetur sumere frater,
9 atque simul flexa dominum ceruice poposcit:
„O deus, inmensi spes et substantia regni,
qui deus es semper genitoris solus auique,
cuius ab exilio faciunt me iussa reuerti,
grandia ditato largitus commoda seruo
10 iussisti lenta fluuium transmittere uirga
Iordanemque tuum humili transmittere gressu.
et nunc diuiduis cernis me degere castris,
ut uarios casus gemino munimine uitem.
11 eripe me his, inuicte, malis et spicula fratris
infracto placidus quam primum decute ferro,
ne rapidus duro feriat mea pectora telo.“
13-23 ergo ubi conposuit socios somnosque petiuit,
24 luctantem superare deum sub nocte laborat:
25 femine nam presso stupuit pars corporis illa.
cumque diu uellet membrorum soluere nexus
is, qui pulsarat ualido certamine uatem,
26 praestita dimissum dominus post dona remisit.
28 nomine mutato Iacobus desinit esse.
ac „Dominum cernens“ cunctorum dicitur ore,
29 ausus quin etiam domini condiscere nomen,
non potuit, soli quod ius est nosse tonanti.
30 ipse locum Domini conpellat nomine uisi,
contigerat cuius sublimes cernere uultus.
31 atque ubi se dominus pulsa iam nocte remouit,
egreditur longa sustentans cuspide gressus.

1023 dominum flexa *C* 1024 inmensi] *C* 1025 es semper] esse per *C* auique] aeuiquae *C* auque *G* 1029 humili *A* ilico *CG* gressũ *(leuis uirgula super u) C* 1031 uitem] casus *G* *(unde Areualus:* ut uarios caueam g. m. casus) 1034 pectora] pignora *(sc. matrem cum filiis) Areualus* 1035 conposuit] *A* somno[s] *G* sompnos *C* 1037 praesso *AG* p̄sso *C* 1040 praestita dimissum *CG* praestitit admissum *A* 1045 conpellat] *A* 1047 se dominus] sed nom̃ *C*

32 hinc Iudaea memor deuitat mandere neruum.
qui femur adstrictum rigido munimine fulcit.
33 1 iamque uidens fratrem uallatum congrege turma,
3 procuruus prona dominum ceruice salutat:
4 congressi multo coniungunt pectora fletu. . .
5 et iam iamque magis uario sermone requirit,
qui ueniant comitante manu, quae turba sequatur.
ille docet, nuptae quo sint genitore creatae.
diuersique greges qua sint mercede parati.
6 confestimque nurus curuo cum poplite fusae
admorunt teneros cognata ad basia natos.
8 9 at senior praelata pie dum munera uitat.
mitificus mulcet concordis pignora uatis
12 atque libens fratre pariter comitante recurrit.
ut uice sermonum sensim sua gesta referrent.
13 sed quia lentigrado serpebant agmine fetae,
subsedit uates gregibus famulisque regendis
17 paruaque frondoso posuit mapalia tecto.
nomine quae fixo placuit uocitare Tabernas.
18 deuenit ad Sicimas, quae sunt regione Chananna,
mercatus pretio confinis praedia terrae.
20 atque deum exstructis properans altaribus orat.
34 2 illic inprobius Dinam Correus amatam
polluit et tenerae praecerpsit uirginis usum
19 coniungique uolens soceris praeputia dempsit,
grandia dona ferens rapta pro coniuge uati.

1049 iudea *CG* 1051 ẽgrege *C* cum grege *AG corr. p* *post* 1053 *excidit uersus* 1056 genetore *G* 1057 gregis *G*[1] 1058 fussae *C* 1059 atmorunt *C* teneris *G*[1] ad basia] a basi *G* 1060 ad *G* praelata *AC* prolata *G* pię *ex* pie *al. C* 1061 mulcit *C* 1062 fratri *A* 1063 sinsim *G* 1064 lentigradu *AC* serpeba"t *G* foetae *C* 1065 uatis ω 1066 que *om. C* fondoso *G* frondosa *C* mappalia *A* 1068 sichimas *C* q. *C* channₐna *C* 1069 precio *G* confisus *A* 1070 extructis *G* 1071 inprobius] *G* inprobus *A* cur reus *A* 1072 pulluit *A* precepssit *C* 1073 coniungi] coniugium *A* praepudia *G* demsit *AG*

25 tertia luce dehinc, maius qua uulnera feruent. 1037
26 oppressus tota pariter cum pube necatur. 1019
30 natorum ferro doluit haec gesta Iacobus, 1020
infractum foedus socia cum gente locutus.
35 ilicet omnipotens monuit discedere uatem
1 atque domum fidam Betheli in sede locare.
2 festinat paretque deo natosque precatur,
ut delubra deum rigido formata metallo 1025
conminuant niueoque togas sub tegmine sumant.
4 ipse deos nullos Terebinthi abscondit in antro
9 ingentemque uidet dominum depromere sueta
uerba sibi uatemque fore se numinis alti
12 ditibus in terris, dominus quas uouerat Abrae. 1030
14 ipse loco nomen posuit saxumque sacrauit,
quod uenerans liquido totum perfundit oliuo,
21 erexitque domum turris sub tecta Gaderae.
18 haec inter Rachela, graui confecta dolore,
funere facta parens Beniaminum fudit ab aluo. 1035
namque praeter natos iustis de matribus ortos 1036
pignora subposita uates genetrice creauit 1038
25 agnouitque libens socio de germine Ballae
conspicuum Danem, quem Neptalimus adurget. 1040
26 ast alios mox Zelpha creat, Gadumque Aserumque.
27 optinet hoc etiam, meritis quod defore norat,
ut patrios uultus tanta cum prole uideret;

u. 1075 *hoc loco deest in G (legitur post 1093)* 1076 oppraessus *G* pube] plebe *A* negatur *G*[1] 1078 infructum *C* locatus *A* 1079 illicet *CG* discedere] descere *G* 1080 fidem *C* fida *Areualus* locaret *A* 1081 festinet *C* praecatur *C* praecator *G* 1082 furmata *G*[1] firmata *G*[2] 1083 conminuant| *A* sumant *AG*[2] *in marg., (in contextu post* tegmine *rasura, in qua uestigia litt.* sum/n/ *apparent)* humi *C* 1084 deos . . nollo *(cum spatio uacuo duarum litt.) A* ter/ebinti *(altero* r *eraso) G* anthro *C* 1090 caderae ω (cader/e, a *eraso G) corr. p* 1092 Beniamin *Areualus* 1093 preter *AC* notos *Martenius* ortos *Areualus* ortus ω *inter* 1093 *et* 1094 *legitur* ***u. 1075 in G*** 1094 subposita ω uatis ω genitrice *C* 1095 balae *C* 1096 neptalimus *AC* nepthalimus *G* 1097 zelfa ω /serum *(a eraso) G* 1098 optinet ω 1099 uederet *G*

ut. qui iam uetula fuerat genetrice creatus,
bis seno insignis posset gaudere nepote.
28 ergo ubi iam tandem bis nonaginta per annos
uita fuit proceris et longum ducta per aeuum.
29 soluitur et lasso de corpore candidus exit.
uisurus sanctas. quas dat prudentia. sedes,
in quibus astrigero recubans per saecula fulchro
inuitat niueos secura ad gaudia iustos.
36 iamque iuuat fratres metatas didere sedes:
7 nam quia non poterant angusto in limite terrae
crescentes gregibus multis cohibere colonos.
8 anterior Sirum montem post arua Chananna
accipit et laeta praediues pascua sumpsit.
37 1 Chanannaea sequens non linquit regna Iacobus.
ut patrio semper gauderet mens pia ritu.
2 illic conspicuos Iosepus suscipit actus.
effulgens inter tanto discrimine fratres.
quanto luna nitet parua inter sidera caeli.
qui cum iam septem decemque adtingeret annos.
seruabat patrias herboso in gramine fetas.
3 omnibus incedens natu minor. quos generosis
progenuit thalamis genitor uel paelice serua.
4 et quia conspicuus germana in classe uirebat,
fraternos sensus liuoris frigore mouit.
3 hunc pater ex toto conplectens stirpe natorum
mulcebat tenerum ualida inter corpora fratrum,
quoque magis cunctos inter conspectior esset,
uelabat uario uestis circumflua fuco.
is cum iam teneris domino inseruiret ab annis,

1100 fuerit *A* 1101 bis sino *G* 1106 saecula] *G* fulcro *C* fulchro *A* pulchro *G* 1107 sæcura *C* 1108 dedere *A* 1110 multis *A* multi *C* multos *G* colones C 1111 syrum *C* post arũ achannana *C* 1112 sumpsit *AC* sumit *G* 1113 chanannea ω 1115 illico conspicuos *A* iosepus *CG* iosephus *A* suscepit *G* 1118 ĩam c̃um *A* attingeret *C* 1119 foetas *C* 1120 natum *G* 1121 pelice *C* paellice *G* pellice *A* 1124 tota *CG* conplectens] *A* naturum *G* 1128 tenero C seruiret *A*

5 forte uidet placido sopitus lumina somno
7 fratribus admixtum sese uincire maniplos,
dum medias inter distringunt farra nouales,
atque suum recto sublimem surgere cono,
quem iuxta prona fratrum ceruice ruebant.
8 id postquam iuuenis placido sermone retexit,
commouit trepido pauitantia corda tumultu;
murmure terrifico regem dominumque loquentes,
prodebant sceleri secretum defore solum.
9 quoque magis gemina tristes disrumperet ira,
10 somnia doctiloquo pandit perspecta parenti,
omnibus admotis, quos linea sanguinis artat.
9 namque uidebatur roseum sibi cernere solem
coniunctamque simul tremulo cum lumine lunam
hisque decem stellas unamque adsurgere iunctas
et sibi ceu domino procurua inflectere colla.
10 haec postquam obliquo genitor cognouerat ore,
fassus adorandum trepidis mox fratribus esse.
12 ilicet excedunt iuuenes, gregibusque paternis
disquirunt laetas per florea gramina ualles;
14 ad quos missus abit dumisque silentibus errat,
15 edoctus quodam iuuenum monstrante recessus,
gramine mutato fratrum quos legerat agmen;
18 quem procul ut uaria licuit praenoscere ueste,
20 consilium infaustum linguis discordibus aptant.
omnibus inuisum constat sententia fratrem
perdere et extinctum morsu narrare ferarum,
dum rapidi secum uentoso murmure mussant:
„Somnia, cernamus, poterunt si pellere letum."
21 respuit hoc placidis Rubenus mitior orsis

1129 uidit *AC* 1130 uincere *C* 1132 sublimem *AC* sublimen *G* 1134 id *om. G* 1135 tumultum *G* 1136 loquentes *A* loquentẽ *C* loquentum *G* 1138 tristes *om., spatio uacuo relicto A* 1143 unam] una *G* 1145 ore] orat *C* 1147 illicet *AC* 1149 ad] at *C* 1154 fratrum: *sed* um *in* em *corr. pr. G* 1155 f^{e}rarum *G* 1156 musant *C* 1157 loetum *C*

22 frendentesque monet praedurum condere ferrum,
stagnanti memorans melius mersare palude.
24 ilicet exuitur nudusque inuoluitur ulua.
25 haec inter solitus merces mutare Sabaeas
Ismahelita graui trudebat mole camelos,
dum properat Arabum messes deferre Canopo.
26 ergo ubi germani spes est adflicta minoris,
27 Iudas ait melius Iosepum uendere nummis.
31 celatur genitor uestemque in sanguine tinctam
33 perspiciens nulla metitur fraude necatum.
30.34 discindit manibus uestem Rubenus aduncis
nigrantesque sibi cilicum circumdat amictus.
adflictus luctu genitor perquirit amissum,
36 quem dudum acceptum semiuir Pharaonis habebat,
auratas solitus mensas onerare tyranni
lancibus et strepitu magnae gaudere culinae.
38 27 haec inter Thamara parit, dum gaudia culpae
laeta placent, geminoque impletur pignore uenter,
quorum prima puer meruit qui lumina uitae,
exeruit prompsitque manum, quam femina sollers
punicea de reste ligat; mox conditur aluo
29 et uice mutata confestim nascitur alter,
anteriora tenens, fuerat qui sorte secundus.
30 hic quoniam fuerat discretus limite quondam,
Zarae nomen habet, alium dixere Pharetem.

1160 stagnanti] siccata *Areualus* 1161 illicet *AC* exsuitur *A* induitur *A* aula *C* 1162 solitus] silitus *G* *(unde* Syricus *Martenius)* sabeas *CG* 1163 ismaelida *G* 1165 germano *A* 1166 melius] mulius *C* iosephum *A* uindere *G* 1168 perpiciens *G* nullam *G* 1169 discendit *AG*[1] descendit *C* *corr. rec. m. G* Rubenus] *immo Iacobus (Rubenus scissis uestibus ad fratres perrexisse antea u. 30 narratum est).* 1170 amictum *G* *„uidetur sequens uersus huic praeponendus esse.“ Areualus* 1171 atflictus *C* amisum *C* 1172 simiuir *G* faraonis ω 1173 mensus *A* 1174 colinae *G* 1175 inter·⁊· *G* 1176 laeta] quieta *C* 1178 exseruit *G* promsit *G* promisit *A* prompsit *C* 1180 motata *A* confestim·⁊ *G* 1181 interiora *C* 1182 limite] lumine *A* 1183 Zare *CG* Zares *A* duxere *G*[1] faretem ω

39 2 Seruabat domini custodia fida Iosepum,
non passus durae subiectum uiuere legi.
anterius nam dictus erus dat cuncta ministro.
3 nec spe cassa quidem: dominus nam mitis ab alto
5 omnia, quae iuuenis seruabat, largius auxit.
nec tamen optinuit Petaphretae inmitis amorem;
7 nam quia conspicuo fulgerent lumina uultu,
exorat coitum domina male saucia serui.
8 sed uitat iam foeda puer seseque recusat
sacratum culpa inmodica pressare cubile.
femina sed uetitis nequiquam perdita flammis
explorat molles aditus et tempora captat.
11 forte domum uacuam solumque ut repperit, instat
consertumque manu cogit decumbere secum.
12 exilit ille alacer uestemque a corpore demit
atque inter dominae geminas dilabitur ulnas.
14 femina proclamat uiresque a crimine sumit,
uociferans praedulce decus temerasse pudoris
fidentem forma iuuenem, dum lubricus aeuo
feruet et erilem molitur scandere lectum.
16 quin etiam tristi conpellat uoce maritum
innocuumque reum placitae uult subdere poenae
19 20 quae ceu uera putans Iosepum carcere claudit,
in quo iam regis cohibebat poena ministros.
21 carceris hunc custos blando mox pectore mulcet
22 innocuumque uidens conmissa ergastula legat.
40 2 illic forte duo, celsa quos toruus in aula
condiderat nigro permotus felle tyrannus,
inclusi poenam trepido sub corde pauebant,

1184—1498 *desunt C* 1187 spes *Areualus* 1188 quae iuuenis] i *post* quae *ex* q. *corr. G* 1189 petafretam mitis *AG corr. p* amorem *A* amore *G* 1190 ultũ *G* 1192 foeda: d *ex* t *G* 1194 né quiquam *A* nequicquam *G* 1195 moles *A* 1201 podoris *G* 1203 aerilem *G* herilem *A* 1204 conpellat] *A* 1205 penae *G* 1206 potans *G* clausit *A* claudit *G* 1209 conmissa] *A* egastula *G* 1210 quus *G* turuus *AG* 1212 poena *G*

1184—1498 *AG*

4 ac dum sollicitis furantur lumina curis,
5 somnia uenturis uiderunt nuntia rebus.
6 hos cum perspicuo lustrasset lumine maestos,
perquirit causas cogitque occulta fateri.
9 continuo, qui uina dabat consueta tyranno,
eloquitur, quae uisa forent sub nocte sopora:
10 „Cernebam uiridi frondentem palmite uitem,
dum serpit nexaque suo de uerbere pendet,
pampineos inter flexus tris adfore fundos,
uuaque nectareo pendebat flaua racemo.
11 inde calix regis, quo mitia pocula libat,
spumabat tenero, quod pressit dextera, musto,
quem dominus prompta susceptum palma tenebat.“
12 omnia tum iuuenis signanter clausa reuelat,
13 tris fundos tris esse dies, quibus ille secutis
amissum rursus relegat repetatque fauorem,
mixturus placido, quae uidit, pocula regi.
14 „Hoc tantum meritis pro talibus effice,“ dicit,
„ut, cum sumpta tibi fuerit fiducia fandi,
dimoueas nostram nullo de crimine poenam.
15 Hebraea gens dicta mihi, nam uenditus exul
crimine fraterno seruitum nobilis iui.“
16 post haec uisa sibi pistorum maximus infit:
„Vertice trina meo uisus gestare canistra
regificis dapibus lautoque inpleta paratu,
17 unguibus innumerae uolucres quae rapta ferebant.“
18 his dictis sat uera quidem, sed dura loquendo
19 mactandum duro testatur mox fore ferro
auulsumque caput figendum in stipite celso,
quod uolucres toruo discerpant protinus ore.

1216 oculta *G* 1220 nexu *Areualus* pendit *A* 1221 tres *G* 1222 racemu *G* 1223 pucula *G* bibat *A* 1224 praessit *G* 1225 promta *A* 1226 tum] tãntum *G* 1229 pucula *G* 1230 dicit *A* dixit *G* 1231 sumta *A* 1233 aebraea *G* ebrea *A* uinditus *G* 1237 laudo *G* inpleta] *G* 1239 loquentem *A* loquente *G corr. p* 1241 in stipite] in *om. G* 1242 turuo *A* curuo *G*

20 conplentur cuncta, iuuenis quae dixerat, et mox
21 22 redditus ille loco, caesus hic corpore trunco est.
41 1 interea geminos iam tempora lapsa per annos
rursus ad eoos torquebant sidera cursus.
somnia cum ductor uidit Niloticus ista:
namque uidebatur, fluuium dum spectat amoenum,
2 corporibus nitidis septem spectare iuuencas,
tondentes uiridis pubentia gramina ripis:
3 his alias turpes macie subiungere gressus
dumque suis pigrae (mirum!) uix ossibus haerent,
4 eximias patulo sorbebant ore iuuencas.
5 somnia iunguntur paribus non dissona causis:
ecce uidet spicas fecundo e germine septem,
6 atque alias tenues et farris semine cassas
(horrendum dictu!) grauidas ceu mandere fruges.
8 id uisum maestus nequaquam mente cohercet,
sed trepidus cunctos, qui callent, adfore iussit
disquirens, clausis quae sit sententia rebus.
atque ubi consultus tacuit Memphiticus augur,
9 carcere qui dudum laxatus uina praebebat,
eloquitur iuuenis sese pandente Iosepo
13 amisso rediisse loco sociumque necatum.
14 mittuntur propere, uatem qui crimine toto
exutum turpi celeres de fornice tollant
informesque genas et crines carcere pastos
tondentes prisca facerent reuirescere forma.
25 ergo probus dictis consultus talia reddit
26 atque docet uaccas annorum nuntias esse,
27 atque leues spicas septenos disserit orbes.
namque ita digestis uentura insignia formis,

u. 1243 *adest AG, neglexit Martenius* 1245 iam] in *A* 1247 uidit *om. spatio uacuo relicto A* nilioticus *A* 1250 tondentes: o *ex* u *corr. G* uiridis *A* uiridi *G* pupentia *G* ripis *A* ripa *G* 1251 macies *G* 1257 grauides *A* 1258 coercit *G*¹ coercet *G*² 1261 memfiticus *G* 1262 praebabat *G*¹ 1265 toto *G* tanto *A* 1266 celeris *G* 1267 genes *A* carpere pastus *A* 1268 reuiriscere *G* 1272 de gestis *AG corr. Areualus* insinsignia *G*

29 ut septem fecunda satis sit terra per annos,
30 atque famem diram parili cum tempore signat,
quis penitus tellus sitientibus arida uenis
pallida puluereo consumat gramina sulco.
32 nam quae duplicibus iunguntur somnia uisis,
certa deus iuncto mandat constare tonante.
33 „Quin potius dum tempus adest, dum cura medendi est,
elige de cunctis procerem, qui praescius horum
34 iudicibus positis totam sublimis Aegyptum
temperet et quintas quacumque ex messe reposcat,
35 ut quae prima datur fecundis copia terris,
36 sustineat steriles consumptis frugibus annos.“
37 accipitur plausu procerum sententia uatis.
39 ipse etiam tandem sedato pectore rector
uera renarrantem celso sublimat honore
41 praefectumque iubet totas se ferre per urbes.
42 inde anulo digitum uatis fulgente coronat,
byssina mox croceo circumdat pallia peplo,
flexilis induitur per collum circulus auri
43 atque nouus rector curru sublimior extat
clamosusque praeco terrorem iudicis auget.
45 quin etiam legitur coniunx, cui nomen Asennes,
quam genuit claro Petaphras ⟨de⟩ stemmate uates,
50 ex qua confestim genitor fit pignore bino.
51 52 dicitur anterior Manasses, iunior Ephrem.
47 exigit ⟨hinc⟩ uates suggestu nobilis alto,

1290] Mico: Bissina—peplo. Prosper.

1274 signat *A* gignat *G* 1275 paenitus *G* setientibus *G* 1276 gramine *G* 1277 namquae *A* namque *G* 1278 iuncto *G* cuncto *A* 1280 elege *A* 1281 egiptum *A* 1282 quintos *A* 1283 utque *A* datus *A* 1284 sustineat *A* ius teneat *G* stereles *G* consumtis *A* 1290 bissina *AG Mico* 1292 exstat *A* 1293 preco *A* 1294 legitur *om. nulla lacuna A* coniux *AG* 1295 petafras *AG* de *add. p om. AG* uatis *G* fratris *A* 1297 manases *G* effrem *A* 1298 exigit *cum spatio duarum litt. uacuo A* exgit *G* hinc *add. p om. AG* uatis *AG*

quidquid uix potuit ieiunum adsumere tempus,
horrea plena tenens, ut cum res posceret uti,
proferret cunctis poscentibus abdita farra.
54 post ubi dira fames totum diffusa per orbem
cogebat trepidos. poterat quod mandier. esse,
55 conclamat populus regemque efflagitat escas.
ille iubet procerem maestis dare farra Iosepum
56 57 parentem monitis: cunctos qui expleuit ouantes.
42 Interea Iacobus, fleto iam funere nati,
3 bis quinos iuuenes numeroso e germine mittit,
qui longinqua ⟨sibi⟩ pretio frumenta pararent:
4 ac minimum cunctis Beniaminum non sinit ire,
inualidus durum nequeat ne ferre laborem.
5 atque ubi iam Phariae peruentum ad moenia terrae est.
6 submissi petiere solum fratremque salutant,
mirantes celsa sublimem sede sedentem,
8 nec tamen agnoscunt longo post tempore uisum.
7 quos ubi perspexit memori cum mente propheta,
increpat et multa proterret uoce pauentes.
9 scitatum uenisse ferens. quae copia frugum
quique uiri pingues teneant moderamine terras.
11 adlegant nescire dolos seseque fatentur
13 bis senos quondam fratres genitore sub uno
conspicuam tenuisse domum; his omnibus unum
postremum natu patrios seruare labores.
ast alium celebri iam pridem defore leto.
10 se diram uitare famem terramque Chanannam

1299 quicquid *A* adsumere *AG* „*forte* absumere. *sed uidetur deesse aliquis uersus ad sententiam exprimendam*". *Areualus* 1300 ut tum reposceret *AG corr. Martenius* 1302 famis *AG* 1306 qui *Mayor* que *AG* 1307 iacob *A* fletu *G* 1309 sibi *Martenius, om. spatio trium uel quattuor litt. uacuo relicto A nulla lacuna G* praetio *G* 1310 ac] at *Martenius* benaminum *G* 1312 fariae *AG* 1314 sublimem *A* sublinen *G* 1316 profeta *G* 1319 quiue *G* modoramine *G* 1321 genetore *G* 1322 his] ex his *susp. Areualus* 1324 celibri *G* celeri *A* laeto *A* 1325 se] sed *A* channanam *G*

exosos. tenui damnantem semina fetu.
poscere uenales species licitataque farra.
16 eloquitur uates. rectoris nomine iurans
15 claudendos dura iuuenes custodia, donec
germanum exhibeant. genitor quem mitis habebat.
17 nectuntur trina pariter sub cura tuentum
18 19 laxatique dehinc unum liquere tenendum.
21 nec minus occulto rumpentes corda dolore
commemorant. quam iusta sibi discrimina surgant,
quod fratrem inmeritum uetito transcribere pacto
conisi sero poenas sub iudice pendant.
22 ingrauat haec dictis Rubenus uera renarrans,
ac scelus inmensum sese nolente peractum.
24 flectitur his uates germana et iurgia noscens
luminibus tacitis conuersus flebile plangit.
25 haec inter media fratrum Symeona corona
accipitur. fidus cunctis obeuntibus obses.
26 tum petita sibi iuuenes frumenta capessunt
inuentoque graues urgentur pondere muli.
27 iamque uiae medio. dum soluit uincula sacci,
fratribus inuentos quidam dat uisere nummos.
id cuncti faciunt. pretio mox deinde reperto
mirantes summo procerem certamine laudant.
29 iamque adeo patriae subeuntes limina sedis
gratatur reduces genitor unumque requirit.
omnia cognoscens nummosque et dona capessit.

1326 exosus *A* *post h. u. spatium trium uel quattuor litt. uacuum A* fetu *p* fotu *G* fatu *A* 1328 uatis *G* 1329 duro *A* 1330 genetor *G* 1332 tenendum] tuendum *A* 1334 surgunt *G* 1335 inmeritum] *A* uetito] uendito *A* transscribere *A* pactu *A* pace *G* 1336 *post* conisi *spatium uacuum sex litt. A* 1337 ingrabat *A* 1338 ac *A* a *G* nollente *G* 1339 uatis *AG* 1340 fleuile planget *G* 1341 symeona (e *ex* i *corr.*) *G* simoena *A* 1342 obeuntibus *A* rediuntibus *G* 1343 capissunt *AG* 1344 inuento *A* imento *G* immenso *Martenius* 1347 precio *G* praetio *A* 1348 summo *A* suumó *G* procerem *A* procere *G* 1349 limina] lumina *A* 1350 requiret *G* 1351 capissit *A* capisset *G*

36 conquestus grauiter alium iam defore natum.
(43 2) accisi cum deinde cibi aduectaque farra
cogebant rursus pretiis alimenta parare;
sed reuocare gradum Memphis mens non erat ulli,
ni minimum fratrem secum pater ire iuberet.
37 quem cum plura gemens nollet dimittere quoquam,
Rubenus fido germanum postulat ore,
securus gemina committens pignora patri.
43 3 5 prosequitur Iudas sese nec posse reuerti
proclamat, rigidi testatus uerba Iosepi.
11 haec ubi grandaeuus genitor iam mitior hausit,
13 14 dat iuuenem, largo perfundens flumine uultum.
15 11 illi abeunt secumque uehunt leue olentia tura,
incensum et guttam iungentes cum terebintho,
inter odoratos portantes mella uapores,
12 et geminum pretium, consertus ne foret error,
condita quod clausis fuerant nomismata saccis.
16 quos ubi conspicua uidit Iosepus in aula,
imperat, ut laeta celebrent conuiuia secum.
18 mussantes uenere tamen trepidoque reatu
coniciunt sese structa cum fraude uocatos,
19-22 quod numerata prius sestertia dataque uati
sarcinulis inposta suis non reddere quissent,
se tamen exsortes furtorum cuncta referre,
nec consuesse prius subpressa uiuere gaza.
23 talia dicentes cohibet sermone minister
seque docet nullis fraudatum noscere nummis:
uerum siqua uiris donarint commoda lucrum,

1352 conquaestus *G* 1353 accissi *A* adfecta *A* 1354 praeciis (t *al. ss.*) *G* 1355 memfis *AG* *an* Memphim? illi *G* 1360 sese nec *G* se nec non *A* 1361 taestatus *G* testatur *A* iosepi *AG* 1362 Haec ubi *A* Vbi (Haec *om.*) *G* grandeuus *AG* 1364 leue] bene *Areualus* 1365 terebinto *A* terrebinto *G* 1367 praetium *G* herror *G* 1368 nomismata *G* nummismata *A* 1370 laeti *Mayor* 1371 uenire *A* 1372 conitiunt *G* 1373 nomerata *G* sistertia *AG* 1374 inposita *AG* 1375 furtorum *A* futurum *G* 1376 consuisse *A* suppraessa *G* 1379 donarent *G*

nec sua, nec uatis, nec regis dicere quemquam.
occurrit cunctis Symeon seseque praesentat.
24 dumque uiris lymphas, dum praebet pabula mulis,
25 ingreditur multo stipatus milite uates,
26 cuius ad aspectum promunt pia munera fratres.
27 ille ubi per cunctos placido sermone cucurrit,
perquirit, si firma pater uirtute ualeret.
28 quem postquam incolumem dixere et uiuere recte,
confirmat cohaerere deo pro munere uitae
Iosepus uatem semperque insistere rectis.
29 et ueluti notus Beniaminus non foret ipsi,
consultat iuuenes et promptim noscitat: inde
commoda quaeque deum pueri pro laude precatur.
30 nec gemitus cohibere ualet nec sistere fletus,
sed tenero adfectu sese conclauibus abdit
anxius et nimio quaerit fomenta dolori.
32 post ubi discubuit, uictum posuere ministri.
uescitur et facili prolectat pectora fatu
34 diuiduasque dapes uiritim exponere gaudens
porrigit et fratri maiorem dedicat uni.
44 atque ubi iam saturis amor est conpressus edendi,
1 ut prius inposito presserunt pondere mulos,
occulitur datum sueto iam more talentum
2 Iosepi imperio scyphusque absconditur ardens
in rebus, Beniamine, tuis pretiosior arte.
4 iamque iter ingressi non multis milibus absunt,
cum subito incautos circumdat regia turma
5 conprensosque tenet fulgentia pocula poscens:

1381 symeon *AG* 1382 lymfas *AG* 1383 multos *G* uatis *G* iosep *A* 1387 incolomem *A* incolumen *G*? 1388 confirma *A* coherere *AG* 1390 uelut in *G* 1391 prumptim *A* promtim *G* 1392 praecatur *G* 1394 affectu *A* 1397 uestitur *G* fatu *A* fato *G* suco *Martenius coni.* 1398 gaudens *A* gaudit *G* 1399 maiorem *A* maiori *G* maiores *Mayor* 1400 est *om. A* conpressus] *A* conpraessos *G* 1401 praesserunt *G* 1402 occuletur *G*[1] batum *G* 1403 iosepi *A* iosipi *G* scyfus *G* scifus *A* 1404 beniamin &uis *A* benamine tuis *G* praetiosior *G* ărite *(marg.* ănte) *A* 1406 sobito *G* turba *Areualus* 1407 conprensos *A* conpraehensos *G*

9 futurum increpitant. quem nectant crimina, seruum.
11 adnuitur cunctique simul sua pondera pandunt,
12 quaesitum[que] et poculum retegunt fratremque relinquunt,
14 Iosepumque petunt et, quae sint gesta, loquentes
euoluunt cari confestim iussa parentis.
45 1 permotus precibus uates discedere cunctos
3 imperat ac sese germanum fratribus infit.
5 defixi riguere metu tacitoque reatu
damnantes sese cohibent formidine uoces.
prolectat mox ille reos propiusque uocatis
9 exigit, ut dicta portent placitura parenti,
quae sint, quae fuerint, quae mox uentura ferantur,
10 instigans migrare senem, gregibusque coactis
uicinos Arabum colles uenientibus offert,
11 ut quia continuo tellus foret arida lustro,
pasceret agnatos congestis frugibus omnes.
16 ista et dicta uiri laeto rex pectore noscit
17 Iosepumque rogat carorum adsumere turbam,
et gratuita iubet germanis tradere farra.
21 dantur plaustra uiris, frumentum, pocula, panis,
23 magnaque gestantes desudant pondera muli.
22 dantur quinque togae Beniamino et quinque parenti,
23 tercentum et nummi signata incude notati.
22 ast alii iuuenes mercedis laude secunda
accipiunt geminos niuosae uestis amictus.
26 haec ubi cognouit genitor, data munera sumens
27 28 respirat patria festinus cedere terra
Aegyptumque petit, Arabum quae iungitur aruis,

1408 furatum *Areualus* increpitans *G* nectans *G* crimine *Areualus* 1410 quaesitumque et poculum *AG* que *del. p* 1411 sint *G* sunt *A* 1413 praecibus *AG* uatis *AG* 1415 difixi *A* 1416 uocis G^1 1417 propius *AG* (r *in ras. G*) 1418—1420 *desunt A* 1419 serantur *G* 1421 collis G^1 1424 ista &dicta *A* ista ecdicta *G* 1427 frumenta *G* panes *A* 1429 et .v. *A* 1431 Ast: A *in ras. al. m. G* 1435 aegiptum *A* quae] q: *A*

educens iuuenes patrio moderamine quinque
27 septies et denos. Genesis ut formula cauit.
28 ac dum festino properant conamine turbae,
procurrit Iudas et fratrum praeuolat agmen
Iosepumque docet haut longe abstare parentem.
29 ille alacris scandit currus atque obuius exit,
optatam excipiens uiso genitore phalangem.
47 1 regrediturque citus regisque excurrit ad aulam,
pastores properare ferens. ut turba carorum
discretis degat fecundo in gramine terris.
6 ipse etiam uati rector Memphiticus instat
11 et iubet uberibus fratres conponere in aruis.
7 longaeuus post ista senex poscente tyranno
9 eloquitur sensim, quantis sit praeditus annis,
(4) quae domus et quae sit ueniendi causa Canopum.
10 eximiumque ducem multa cum laude decorat.
12 nec minus interea Iosepus munera mittit
digna suis magnumque duci dat ferre talentum.
14 quo ditata fuit distractis frugibus aula.
15 atque ubi iam populis derant mercantibus aera,
16 certatim exhibitis gregibus Memphitica turba
emit inops fruges, pretium taxante Iosepo.
19 his quoque nudati seque et sua praedia tradunt,
semine percepto, messes quo deinde uirerent.
22 sola sacerdotum non est possessio dempta,
quis gratuita duci placuit, non uendere farra.
24 inditur hinc populo quintarum pensio frugum,

1436 patria *Martenius* modoramine *G* 1438 festino properant] festinant *A* 1440 haut *AG* adstare *Martenius* 1441 exiit *G* 1442 obtatum *A* falangem *G* 1443 Ingreditur *A* Regreditur *G* regisque] que *om. A* 1444 propera ferens *G* 1446 memfiticus *AG* 1447 conponere in *A* conponeret (in *om.*) *G* 1448 longeuus *AG* senes *G* 1449 elonquitur *A* 1451 ducem *Martenius* docem *G* docet *A* 1455 ubi *A* ibi *G* derant *G* deerant *A* 1456 memfitica *AG* 1457 praetium *G* 1458 nudatis aeque *A* 1459 pcepto *A* praecepto *G* quo *p* quod *AG* 1461 duci placuit] duplicauit *A* uindere *G*

quae manet et fixo servatur formula iure.
29 interea expletae perpendens tempora uitae,
adiurat natum Iacobus uentura reuoluens,
30 ut sua maiorum conponat membra sepulchris.
31 adnuit oranti subpostaque dextera coxae 1410
contingit lentae spondens cacumina uirgae.
48 13 conpositosque senex alterna in parte nepotes
10 permulcet dictis, dum sensim basia libat.
14 sed mirum! palma sacratur dextra Manasses,
anterior natu laeua contingitur Ephrem. 1415
19 praescia mente senis senior seruire minori
cogitur atque loco cedit spes prima secundo.
18 quamlibet obliquas cupiens diducere palmas
non potuit reuocare tamen pia dicta Iosepus.
20 ac postquam pueris uatis rata commoda sanxit. 1420
21 dat Sicimam, gladiumque suo, dat spicula, nato.
clarior ut cunctis sublimem scandat honorem.
49 1 inde uocat natos et cunctis praemia didit 1423
pignoribus mansura diu prolique natorum 1426
inconcessa prius longoque adiudicat aeuo. 1427
28 bis senasque tribus ipsorum ex nomine condit. 1424
omnibus explicitis, oculo iam captus utroque. 1425
32 decessit solo terreno corpore 1428
* * * uates
50 3 maestitiaeque dedit decies septena dierum
lumina, dum functi ueneratur turba sepulchrum. 1430
quin etiam nati septem luxere diebus
15 sqq. uberibus lacrimis, pacem reddente Iosepo

1463 et *om. G* 1464 expletae *A* explaetae *G* expleta *Martenius* 1465 iacob *G* 1467 subpostaque *A* subposita (que *om.*) *G* 1468 contigit *G* cacumine *G* 1470 sinsim *G* 1471 dextera *A* manases *G* 1472 effrem *A* efrem *G* 1475 obliquus *Martenius* diducere *A* deducere *G* 1477 Ac] At *Martenius* uatis *ex* uata *G* 1478 nato] noto *A* 1479 scandit *A* 1480 didit] dedit *A* 1481 et 1482 *post* 1484 *habet G* 1483 senosque *A* tribus *om. A* 1485 terrenis *G* uatis *AG* *post* 1485 *excidisse uersus indicaui p*

fratribus innocuis, ueterem dum neglegit iram.
22 ipse etiam postquam iam centum triuerat annos
atque decem, iuncti metitus tempora leti
23 fratribus effatur, uenturus quis foret ordo,
quo reuocare gradum ualeant et linquere Nilum:
24 dummodo conpositos cineres atque ossa reportent
et reuehant secum ueterum condenda sepulchris.
25 sic demum longae post tempora candida uitae
decessit petiitque deum corpusque reliquit.

1490 negligit *G* 1492 decim *A* mentitus *A* loeti *A* 1493 effatur *A* affatur *G* quis *A* qui *G* 1494 liquere *A* 1495 conpositos | *A* 1496 reuehant | uehant *G* secum ueterum condenda *G* ueterum commendanda (secum *om.*) *A* (*natum illud sine dubio ex his:* ueterum secum mandanda) 1497 longe *AG* 1498 reliquid *A* XXIII *in marg. al. m. A*

EXPLICIT METRVM CIPRIANI SVPER LIBRVM ·GENESIS· ⸙ — ⸙ — ⸙ — *A*

FINIT GENESIS *G*

EXPLICIT LIBER | GENESIS :— | INCIPIT LIBER EXODUS *C* (*post. n. 1183*)

EXODVS.

Interea uarios agitant dum tempora cursus
7 et noua succiduo surgit de germine proles.
Iosepique obeunt nati prolesque sequentum.
8 diuersosque nouat tellus Memphitica reges.
notio cuncta perit nec uatum nomina prosunt
eximie dilecta prius. sed munere sancti
7 tutantis populum domini numerosa creantur
corpora et inmensa densentur nube phalanges.
quae metuenda sibi postquam rex uidit Aegypti,
talibus affatur socios, dum permouet ira:
9 „En pubes captiua prius contentaque uictu,
porrexit quem parca manus. ⟨en⟩ longa cohortes
iam legione ciet et solis non tumet armis,
pugnaci uirtute prior. uultusque minaces
10 et subiecta gerit. quid. si nunc tela capessit
hostibus aut societ sese. qua mole duelli
Aegyptus uastata cadet quantasque ruinas
sublimes facient conuulsis moenibus urbes?
11 quin potius dura frangantur sorte laborum
inmensasque leuent substructis molibus arces,
ne redeat uacuis spes libertatis amissae."
haec ubi dicta, uiros sollertes praeficit illis,
ut muros turresque nouent portasque minaces
conisi caelo iungant. quis casibus acti

2 prolis *A* 3 prolis *A* sequentem *A* *corr.* π 4 memfitica *A* 1—293 *A*
6 eximiae delicta *A* *corr.* *p*, eximia deleta π 7 innumerosa *A* *corr.* *p*
8 densantur π 10 effatur *(in marg.* affatur) *A* 12 manus longa *A*
en *add.* *p* sibi *add.* π 16 qua π quam *A* 18 faciunt *A* *corr.* π
20 substrictis *A* *corr.* π 22 solertes *A*

oppida sudato condunt nonnulla labore,
Ramassum, Pythona dehinc, et nomine Solis
12 Etonum insignem. sed mirum, quo mage tristi
laborum sub fasce fuit, hoc cuncta iuuentus
fortior emicuit, ueluti feriata maneret.
13 terretur magis atque magis rex toruus Aegypti
exitioque uouet nondum sua iussa timentes,
16 praecipiens mais, pariant cum germina fetae,
extinguant perdantque mares, nec poena †referre
ad maritas, si iuratae despecta relinquant:
15 quarum Phua fuit socia cum Sephora dicta.
17 quae terrore dei timida inter corda locato
18 ductoris tempsere minas atque, adfore iussae,
19 Hebraeas nullo dicunt solamine fultas
maturos propere consuesse effundere fetus.
20 quae propter domini meruerunt dicta fauorem,
21 consuetis sese gaudentes condere tectis,
dum dominum toto laudantes corde uerentur.
22 Vertitur imperium proceris populusque monetur
progenitos Nili pueros mersare fluento.
paret turba duci nascentes flumine mergens.
2 1 quos inter motus Leuites coniuge ducta
2 progenerat pulchro candentem corpore natum
conspicuisque genis, magnaque extinguere uitat
futurum cum forma uirum, ne forte necetur,
occultumque fouet iam trinis mensibus actis.
3 sed metuens poenam, ne fraus admissa pateret,
expositum mittit tristis, quo rauca fluenta
in pronum deferre queunt, cum remige carent.

29| Mico: Ferita. Fortior—maneret.

28 fuit] *an* ruit? 29 enituit *Miconis liber deterior* feriata *p* ferita *A Mico* ferrata π 31 fouet *A corr. p* 32 mais *p* manibus *A* 33 referre *A an* recurrat? 34 admaritas *A* admeritas π iuratae *p (sc.* obstetrices) iura *A* iussa π iura ducis *Mayor* 35 Phua *p* fuca *A* sefora *A* 37 *marg. sin.* ✕ *A* temsere *A* 38 aebraeas *A* 39 foetus *A* 44 nilo-fluenti *A corr. p* 45 parit *A corr.* π 46 leuitis *A corr. p* 52 inpositum *A corr. p*

4 hunc germana procul uisu custodit acuto,
quantum acie possunt oculi seruare sequentes,
ut casum expositi possit narrare parenti.
5 sed tum, plausibiles dum captat laeta natatus,
pedisequis comitata suis se filia regis
flumine tinguebat placido corpusque lauabat.
adspicit haec modicam tumida super aequora lintrem
cupitamque iubet praedam deferre ministras.
6 illae alacres, ut laeta subest pubentibus aetas,
inpositum cymbae referunt coramque locantes
materno efficiunt sensu gaudere puellam.
quae cupiens seruare sibi tam dulcia formae
gaudia et eximiae praestantem frontis honorem
7 Hebraea de plebe palam, quae conforet altrix,
imperat acciri, puerique haec cura sorori
8 inditur. illa uocat nulla iam fraude parentem
9 sollicitam, cui nata ducis sua pignora laetae
redderet, adposito nutricis nomine matri.
adcreuit raptimque puer prorepsit ad annos,
primaeuo qui flore uirent, et deditus aulae
pignore pro uero natae Pharaonis habetur.
10 accipit et nomen Musseos, quod foret undis
exemptus querulis, modico fluitante faselo.
11 ille autem ingenii monitus cordisque secutus
cognatam lustrare parat circum oppida gentem,
quae duro praesente iugo se maesta coquebat.
forte uiae medio Pharia de plebe tuetur
clamosa cum uoce uirum multare gementem
Hebraeum quendam, sortemque exosus iniquam,
12 omnia conlustrat nullumque hic adfore cernens,
qui testis conperta loco depromere possit,

60 adspicit haec π . . . p . . . . aec *(cetera interierunt scissura) A* 67 aebraea *A* quae π q: *A* 70 cui π cum *A* 73 qui π q: *A* deditur *A* *corr.* π 74 faraonis *A* 76 quaerulis *A* facelo *A* *corr* π 77 autem π aut *A* 80 faria *A* 82 aebraeum quem sortem . . . . . . exosus *A* *corr. p* iniquum *A* *corr.* π

calce ferit fusumque ingesta condit harena.
13 inde alios Iudaea uidet de gente minantes
iurgantesque uiros ac. dum se sedulus offert
infirmamque iuuat partem pacemque reducit.
14 excipit irato missas de pectore uoces:
„Quid celsa ceruice tumes, ceu principis alti
sceptra regas scriptaeque fremant. te praesule, leges?
aut fortasse paras subito me perdere leto.
ut Pharium hesterna iuuenem sub luce necasti?“
15 haec fuerant ut dicta. ducis deportat ad aures
fama loquax. uatemque fugat rex feruidus ira.
ille solum uertens puteum peruenit ad altum.
16 Madia quem tellus habet. qua sede sacerdos
Iothorus degens natarum germina septem
ediderat densaque domum de stirpe replerat.
haec molles commissa sibi cum cura bidentes
seruabant lymphasque cauo de fonte trahebant:
17 infirmam sed forte manum sexumque pauentem
pastores trusere procul. quas sistere contra
nequaquam audentes promptasue opponere palmas
uindicat et riguas Moses adiungit ad undas
expletasque fouet pecudes tectisque remittit.
18 puellae genitore satis mirante reuersae
anterius solito promptimque ad iussa locutae
20 accitum iuuenem paterna ad limina ducunt.
21 qui procera uiri metitus lumine membra
maioremque animum forma coniungere natae
gaudet et eximia cernit de stirpe nepotes.
22 Sephora nam propero Gersamum sedula partu
progenerat fratremque dehinc Eleazaron edit.
Gersamus externa signat regione creatum
ereptumque ducis rigidi Eleazarus irae.

85 arena *A* 90 tumis *A* 92 laeto *A* 93 farium *A* 94 fuerunt π 96 solus *A* *corr.* π 97 media *A* Madiana π 100 commissas sibi *A* *corr.* *p* sibi commissas π 101 lymfas *A* 103 quas π qua *A* 108 prumptin *A* 109 *marg. dextr.* ∴ *A* 113 sefora A partum *A* *corr.* π

23 haec inter dux morte cadit captiuaque pubes
pressa malis dominum multis plangoribus egit
intuitus conferre pios plebemque tueri:
24 dum memor in saeclum secum sua dona reuolui
iam dudum promissa bonis, quae tempore coept
audierat uentura suis Abramus et una
Isacus lectusque dehinc ad sancta Iacobus.
25 iamque deum mitem tutellam fundere caelo
gens oppressa uidet, dum pacem poscit ab altis.
3 1 Ac dum lanigeras soceri per rura bidentes
Moses solus agit, sacrati ad culmina collis
deuenit, Hebraea quem dicit lingua Chorebum.
2 in quo conspicua flammarum lampade cernit
procuruam fulgere rubum neque ignibus uri.
3 permotus nouitate rei disquirere gaudet,
fomite quo tandem tam clara incendia surgant.
4 dumque pauens tacite se iam iam conminus offert,
inclita siderei prohibetur uoce tonantis
5 incessu properare cito: sed sistere gressum
et tegumenta pedum geminis mox demere plantis
cogitur: et paret sacratae ob culmina terrae.
6 mox timor ingreditur sensus lumenque caligat
lumine de nimio, dominum quia cernere non est
fas cuiquam, uultumque simul atque ora retorquet.
7 tum uox missa sonat, qua se rex inclitus infit
esse deum procerum, dudum quos diximus esse
credentum uitaeque duces. tum talia subdit:
„Iam conperta mihi totoque ⟨et⟩ lumine uisa

129 sq.] Alcuini epist. 252 (Monumenta Alcuiniana p. 802): Legitur enim in metro quod in eptatheco conscribitur, huius modi uersus: In quo conspicua — ignibus uri.

117 pubis *A* 121 cepto *A* 124 tutella infundere *A* *corr.* π *(Mayor)* 125 uidit *A* *corr.* π 128 ebraea *A* corebum *A* 130 rubrum *A* rubum *Alcuinus* 133 se iamiam *p* se iam *A* sese iam π 135 sed π se *A* 138 *marg. sinist.* / *A* 141 se rex *KBecker* senix *A* 144 et *add. p* *om. A* lumina *A* *corr.* π

plebis uota meae, uastis quae molibus urbes
extruit et duris operum sudoribus acta
Aegypti sublimat opes et non sua regna:
seruili dum mente pauet, crebroque dolore
angitur, arbitrio dudum subiecta nocentum.
8 atque ideo huc ueni celso degressus olympo,
ut tuear tollamque meos de sede Canopi,
magnarum largitor opum terraeque feracis,
quam nunc multimodis opimam frugibus audax
Channanaeus habet Cethaeo et iunctus Amorreus,
Pherezaea manu Gergessorumque sequente,
quamque simul Iebusa colit Euaeaque pubes,
dulcibus hic scatebris opimo e flumine mella
albenti cum lacte fluunt; haec dona daturus
10 electis te pono ducem. te pergere mando
regis ad optutus, ut quae sunt iussa renarres.
12 ac ne, praetrepidus coeptu, infirmere sub actu,
tecum semper ero, qui libertate reuersa
hoc in colle mihi sensu pareatis ouanti."
13 Haec ubi detonuit dominus, fiducia uatem
parua tenet primum, mox nomen quaerit aeternum
quod habeat dominus, ut signum Iudaea noscat
14 principis inpositi. saluator talia iungit:
„Ille ego sum qui sum, sic dices, et super ⟨astra⟩
15 qui uiget, estque deus uestrorum a stirpe parentum:
inmensus ubicumque deus gentesque per omnes,
uiuorum per saecla sator non luce carentum.
16 hoc mihi nomen inest, senibus hoc fare coactis;
18 qui tum pacificas dimittant dicta per aures.
ingressique simul regis Pharaonis in aulam

146 exstruit *A* 150 olimpo *A* 151 tuerer *A corr.* π 153 *marg. sinist.* × *A* 154 *sinist.* ∴ *A* channaneus *A* cetheo *A* 155 ferezea *A* 156 euea *A* pubis *A* 160 optatus *A* obtutus π 161 coeptu infermere *p* cepta referam *A* 166 quod *p* quid *A* 168 astra *p* a ... *(abscissa cetera) A* 171 saecula *A corr.* π 172 sensibus *A corr.* π hoc facere *A corr. p* 173 dimittunt *A corr.* π 174 faraonis *A*

Israhelitarum dominum iussisse superne
dicatis, ut trina die deserta per arua
incedat Iudaea phalanx et munera sancto
immolet apta deo ritumque obseruet auorum.
19 namque meam plebem tumidus laxare tyrannus
20 post cladem pestemque uolet, quae crebra profundo
mittatur caelo, multis uariata periclis.
21 quin etiam fuerit cum facta licentia uobis,
22 ut iussum carpatis iter, tum femina poscat
uicinam notamue sibi, quae diuite censu
Aegyptus nunc mollis habet, petitaque sumat,
ut legio informes heremi ducenda per agros
nobilibus spoliis uacuatam linquat Aegyptum."

4 1 Post haec signa petit uates, quae forte labantes
confirmare queant animos, si lumine cerni
non credant potuisse deum tam candida fantem.
3 praecipitur lentam propere dimittere uirgam
et laxare manu; quam postquam terra recepit,
spumeus in spiram tractu se colligit anguis
4 terrorem incutiens proceri; quem prendere cauda
iussus in antiquam redigit reuocatque figuram.
6 inde manum sinibus condens candore niuali
7 protulit, atque iterum tectam deprompsit: et olli
in speciem reuoluta suam. tum deinde monetur,
9 haec si parua forent, sumptam de flumine lympham
fundere et albentem rubro mutare cruore.
10 nec minus obniti uates tenuemque loquellam
dicere, et obstrictam nodis uix promere uocem,
quod cordis secreta uelent; nil denique dignum
esse sibi, quod mens hominum subnixa sequatur.
11 arguitur nullum, domino nisi dante, politis
sensibus effari, nec longa silentia mutos

176 dictis *A* *corr. p* 178 *marg. sin.* × *A* 180 pestem *p* uástem *A* 184 diuitae censum *A* *corr.* π 188 uatis *A* 191 faraon *A* 197 tectum *A* *corr.* π 199 limfam *A* 201 uatis *A* 202 obstrictum *A* *corr.* π 203 uelent *p* (*an* leuet ?) uellint *A* 205 *dextr.* ✓ *A* 206 mutis *A* *corr. p*

rumpere, ni dominus laxaret uincula linguae;
tempora qui reserat surdis, qui lumina caecis,
uidentumque aciem qui pura luce serenat.
12 „Vade, ait, et plena confisus fare loquela,
nobilis eloquio sensuque ad uerba rotundo."
13 sed dum saepe deum poscit aliumque precatur
14 substitui subdique ⟨sibi⟩, conmouit in iram
insignem pietate deum, qui concitus infit:
„Germanus est ecce tuus limata facundus
ora gerens notusque mihi. Leuita creatus
ille tribu, certo quem dicunt nomine Aronem."
18 Ilicet abscedit uates soceroque fatetur
sese reuersurum fratresque inuisere uelle
Iudaea de gente satos. hic flectitur ille
et salua pietate iubet discedere laetum.
20 ille alacris secum natis et coniuge sumpta
mandatum praecepit iter; fessusque uiando
24 dum refouet uires, gelida declinis in umbra,
angelus ecce uenit domini mortemque minatur.
25 Sephora sed silicem digitis rimatur acutam
praeputiumque secat teneri mox sedula nati:
cumque pedes coram sancti se prona dedisset:
„Sistatur cruor iste, canit, de uulnere parui."
26 cuius ad eloquium sanctus discessit ad astra.
27 iamque inopis heremi uates calcabat harenas,
cum subito imperio domini mandantis Aronus
sacratum ad montem fraterno occurrit honori
coniunctique simul gaudentes basia figunt;
28 alternasque iuuat mentes sermone sequaci
pandere quemque sibi, quae sint facienda uel acta.

208 sordis *A* 209 uidentumque *p* que *om. A* aciem qui pura *p* acio . . . . . pura *(librarius pro e littera quam legere non posset arculum posuit, cetera quae essent obscura spatio uacuo significauit) A* 213 sibi *add. p, om. A* ducem *add.* π 215 *dextr.* × *A* 218 uatis *A* 220 satis *A corr. p* 223 fessu *A*[1] fessu̇ *A*[2] 226 sefora *A* 227 secat *om. A*[1] *ss. A*[2] 231 inopes *Mayor* uatis *A* arenas *A*

ilicet eloquio domini coniungit uterque
29 sinceram firmamque fidem. pariterque uadentes
accitis dicunt senibus. sententia quae sit
30 mandatumque dei: signisque ex ordine factis
31 credidit optatam populus remeasse medellam.
et genua inflectens dominum subnixus adorat.
5 1 pergitur ad regem, caeco nil corde uidentem
2 credentemue deo. quem notum non fere dixit
esse sibi. populum dura sub lege cohercens
5 imperioque truci; dum crescit cura laborum
et geminatur opus pondusque adiungitur ingens
lateribus crudis. quos solis lampada tostat.
7 quin etiam paleas rimosae ad uincula terrae
madentisque luti solitas miscerier aufert.
ut plebs fessa malis animos deponere mallet
exiliumque pati. quae dum confecta maerore
14 uerberibus agitur duris, effudit in ipsos
20 iurgia pontifices. adflictam se fore clamans
21 acre magis. postquam inmodicis sermonibus usi
seruitium miserum pro libertate pararint.
22 Haec ut dicta sibi domino suggessit aeterno
mitificus uates, haec rursus uerba receptat:

* * *

7 1 „Ecce deum regis Pharaonis te fore iussi.
germanumque tuum studio seruire prophetae
2 et parere tibi. tu dices cognita fratri:
ille canet regi. ut plebem emittere curet.“
7 iamque pius uates bis quadraginta per annos
pacificam uitam mortali in carne terebat.
10 sqq. hi dum sanctificis regem mollire loquellis
percupiunt et signa nouant. nil lubricus anguis

239 *dextr.* > A 244 ue deo *p* iudeo *A* fere *p* fore *A* 245 esse *p* sese *A* 247 adiungiter *A* 252 merore *A* 254 pontificis *A* 255 acre *p* (*an* atque?) et se *A* ecce π 255 *sq.* usi-pararint *p* ausa-pararit *A* 258 uatis A *post h. u. excidit Exodi cap. VI* 259 faraonis *A* 262 canit *A* corr. π 263 uatis *A* 265 hi/ (i *eraso*) *A* 266 percipiunt *A* *corr. p*

proiecta factus uirga. nil sanguine rubro
mutati cogunt amnes. nil mobilis unda.
piscibus extinctis tristi uitiata fetore.
11 22 idcirco quoniam cantu succincta sinistro
mens profana uirum paribus callebat in actis.
8 7 quin etiam similes faciunt prorepere ranas
qua tellus. qua fluctus erat. paribusque creantur
magorum canore modis. quas uoce crepanti
cuncta coaxantes studuit depellere uates.
9 14 fluminibus tantum non passus defore suetas.
oblatum id regi, si pestem euadere uellet
orantis per uota senis. ut deinde liqueret
non alium regnare deum: lux crastina caelo
redditur atque eadem cunctae de morte necantur
congestaeque simul odio soluuntur acerbo.
16 gignuntur scinifes propere per corpora cuncta
quadrupedum hominumque ⟨simul⟩ tellusque repletur.
18 hoc etiam Chaldaea cohors molita fatetur
19 esse manum domini. curamque omittit inanem.
24 His actis cynomyia fluit, quae musca canina
dicitur. et uatis conpleuit nutibus omnes
22 exspatiata locos solique haut cognita Gessae,
quae tum terra fuit Iudaeae commoda genti,
traxit inexhaustos. quacumque est acta. dolores.
25 sqq. tum uero uictus Pharaon abscedere mandat.
et quocumque uelint migrantes promere gressus,
ac uotis seruire deo; pariterque precatur.

286] Exempla poetarum ed. H. Keil u. 196: His—dicitur. Mico: His—canina. Alchimus. Beda de orthogr. p. 6 G.: „Κυνομυῖα per y scripta caninam muscam significat“ etq.s.

268 motati *A corr.* π 269 exstinctis *A* foetore *A* 275 uatis *A* 282 *sin.* ⋋ *A* 283 quadripedum *A* simul *om. A add. p* 286 cynomia *A* *Mico* cynomya *exempla* 287 nubibus π 288 haut *p* aut *A* incognita π gerae *A corr.* π 290 inexhaustus *A corr.* π 292 mirantes *A corr. p* 293 praecatur *A*

ut praesens nimiumque malum discedat ab aruis
Aegypti tandemque deus clementior adsit.
31 nec mora: cum subiti mittuntur funera leti
32 coniunctimque necant omnes. sed cornea fibra
9 quae fuerat in rege, redit: mox mittitur una
6 iumentis gregibusque lues mortesque sequentes.
10 Iudaea perdente nihil. tum cassa fauilla
fornacis deprompta sinu uibratur in astra
arentesque ciet papulas per membra uirorum
uesicasque cauas, nulloque exsorte relicto
omnimodis gregibus generant tormenta per agros.
sed renouata mali facies instabat inerti
16 nequiquam regi, quo laus sublimior esset
23 mutantis tot monstra dei: ecce inter et ignes,
fulgura quos iaciunt. et celsi murmura caeli
quae domino mandante crepant, decurrit ab astris
grando minax passimque rotat frigentia tela,
25 quae densa de caute uolant. hominesque carentes
tegmine tectorum conliso [et] corpore trudit
atque necat cunctumque pecus; et cortice rupto
debilitat siluas libroque extinguit arente,
inuisitata prius saeclisque incognita priscis.
31 triticeas segetes nondum pubentibus herbis
32 atque alicam modo strauit humi; nam cetera mersit,
quae conspersa solo nondum depromperat occa.
33 haec etiam amittit uires poscente propheta,
perspicuo remeante die; quia pectore fracto

ante 294 EXPLICIT LIBER GENESIS :~ INCIPIT LIBER EXODUS :~ *C* 294 presens *AC* 296 loeti *AC* 297 coniunctum *A* 299 luis *AC* 300 iudaea *A* iudeos *C* 301 fårnacis *C* dēpmpta *C* asta *C* 302 pabulas *AC corr.* π 303 *sin.* ⋋ *A* 304 genuerant *A* 306 nequiquam *C* nequaquam *A* 307 ignis *AC* 308 fulgora *A* ˈaciunt *C* 310 que *om. A* 311 densę *C* uolunt *A* 312 et *AC del. p* 314 arenti *C* 315 saeculis *C* 316 segites *A* 317 halicam *C* aliquam *A* modo strauit *p* monstrauit *AC* humi nā *A* huminā (h *litterae* b *similis) C* et quae alicam monstrarunt, uimina cetera transit *Mayor* 319 ammittit *A* 294—1333 *AC*

debilis orarat ductor, dum crimina pandit
ipse sua iustumque deum denarrat in altis.
10 ecce iterum insano rigidantur pectora sensu
uiuentis ad damna ducis peiora laturi,
7 nec sociis credit casum pereuntis Aegypti.
8 sed tamen inflexus modice largitur eundi
ius, uacuis rerum, uitae quas conparat usus.
9 non patitur uates censumque expostulat omnem
quadrupedumque greges; sed iusta oratio non est
11 auribus inuitis. haec propter pellitur extra.
13 fratre simul truso. tum uentus flamine multo
auster adest fuscatque diem noctisque per umbram
inmodico glomerat uiridantes terga locustas.
15 quae, quidquid madidum suco per frondea tecta
reppererant, mandunt herbasque in caespite laetas.
19 haec deinde metu regis poscente necantur
congestaeque simul Rubra merguntur in unda.
24 haec ubi pro paruis toruus rex despuit ore,
22 nox omnes delapsa tenet uastaeque procellae
includunt cohibentque uiros, pariterque diebus
23 occulti mansere tribus nullusque propinquum
uidit et ex inopi potuit consurgere lecto,
cum Iudaea manus mundo frueretur aperto
nullis tacta malis. quin et cursantibus ipsis
innocui tacuere canes pressoque latratu
(11 7) intrepidi lambunt caudae de uerbere crura,
nonnumquam in dominos posita formidine saeui.
28 non tamen his damnis regis sententia cedit
increpitatque fremens uatem mortemque minatur,

323 rigidantur *C* ritantur *A* 324 dampna *C* laturus *C* 325 cassum *C* pereuntia *A* 327 conparat| *A* 328 uatis *AC* 329 quadripedum *A* 330 exstra *A* 333 inmodicos *C* uiridantis *A* 334 quicquid *C* 335 cespite *AC* 338 disputit *AC corr.* π 339 dilapsa *C* tenet *A* tegit *C* 340 conhibent *C* 342 *sin.* ✕ *A* lecto *C* loeto *A* *an* tecto ? 344 ipsi *A* 346 intrepidis *C* caude *C* cauda *A* 347 saeua *A* 348 dampnis *C*

27 quod pecora et totum uellet conuerrere censum.
12 29 iamque deus piceo noctem fuscarat amictu.
occultam meditans densa inter funera plagam,
cum subita intereunt morte, quos partibus almae
ediderant primis, modico discrimine leti.
ipsius ⟨a⟩ solio regis, cunctosque deinde
quacumque de stirpe uiros pecudesque ferasque.
30 ilicet horrisonas uoces dolor excitat ingens.
omnia tecta fremunt, resonant plangoribus urbes.
31 tum uero incumbunt omnes detrudere plebem.
Iudaeum quae nomen habet, ceu causa malorum
32 illa foret meritis. censusque et cuncta supellex
traditur et nullum putatur hinc fore damnum:
innumerique greges pecudum comitantur euntes.
ergo abeunt ducente deo. qui praeuius ibat,
contentisque uehunt umeris commercia uitae.
40 Iamque quater centum mundus consumpserat annos.
atque quater denos pariter, si summa putetur
temporis emensi. quo farris cura parandi
Iacobus Pharias uenit mansurus ad urbes:
41 his deus expletis tandem miseratus ab alto,
sustulit indomito plebem laudabilis hosti.
14 illa dies primo censetur munere paschae,
sacrataeque deo ducuntur gaudia noctis,
septenique dies. anno redeunte. beati
16 otia lenta ferunt curaque omittitur omnis;
nemo solum uertit curuique inmunis aratri
44 sopitur per festa labor seruique laetantur
libertate pari omnisque est actio uitae

350 censu *AC* *corr. p* 351 deus piceo] despiceo *A* 353 partubus *C* 354 aediderant *C* lęti *C* loeti *A* 355 a solio *p* a *om. AC* 357 illicet *C* 358 texta *A* f[r]emunt *C* clangoribus π 360 iudeum *C* iudaeam *A* quae] ·q. *C* 361 suppellex *C* suppellix *A* 362 *f.* reputatur dampnum *C* 363 pecodum *A* 365 humeris *AC* cõmercia *C* 369 farias *AC* 373 sacrata *C* 376 inmunes *AC*

16 iungere corda deo stratisque incumbere lectis
8 et dubios inferre cibos, quos ditibus aruis
3 felix terra creat. agnusque adsumitur albens,
5 mensibus explicitis, bissenos quos facit annus,
integer et toto grege mollior : hoc simul omnes
mandere lex adigit sanctaeque adponere mensae.
7 ossibus intactis, cuiusque e sanguine postes
tinguere mundificum tutamque adquirere uitam.
44 ius omnes commune tenet atque aere parati
et locare manus soliti praeputia ponunt
festiuosque cibos agni de uiscere sumunt.
4 nec quidquam superesse licet; si rara corona
omnia non carpsit, uicinum adiungere fas est.
15 fermento carent panes mollisque farina
fontibus admixtis tenues formatur in orbes,
azyma quos memorant patrio sermone loquentes.
(13 10) ista haec sacra fiunt cunctis redeuntibus annis.
14 17 quattuor atque decem postquam decurrere luces
mense nouo cernunt homines ratione magistra.
11 sollicitaque sinus constringunt cura fluentes,
intenti, ceu signa canant bellumque geratur,
armataeque manus baculorum robora gestant.
22 insuper arripiunt pallentis gramen hysopi
deuotaque manu sacrato in sanguine mersant
excussumque procul foribus conspergere gaudent,
postibus ut caris concrescat nobilis unda,
quae uetat introitum temptantis sancta maligni.
13 iamque gradum ad quintum generis descenderat ordo,
cum, deserta petens, Rubrum ueniebat ad aequor

401] Mico : Insuper—isopi. Alchimus.

379 iunge *C* 381 assumitur *C* absumitur *A* 383 hoc] hunc *C* 384 adponere *A* exponere *C* 385 e] .ē. *C* 386 mundificum *p* magnificum *AC* 387 omñs *C* cõmune *C* 390 nequisquam *C* nequicquam *A corr. p* 394 azima *AC* 400 bac. robura *A* bac. bacula *C* 401 gramina *C* isopi *A Mico* esopỳ *C* *inter* 401 *u.* 402 *legitur u.* 409 ossa—ore *sed expunctus A* 406 discenderat *A*

19 cara deo pubes bustisque exempta Iosepi
ossa gerens, uero qui quondam dixerat ore
serenos domini intuitus dextramque benignam
uenturam caelo libertatemque laturam.
20 Sochotumque dehinc ueniunt Othumque relinquunt,
21 ignotas monstrante uias per deuia Christo,
qui cum mane nouo lucem pandebat ab astris,
ante uolans niuea sulcabat sidera nube
candentemque iubar fuscata per aethera solem
nocte tegens, claro fulgebat crine cometae.
14 2 Pauleum deinde petunt, cui Magdola tellus
iungitur obuerso confinis Bellisephoni.
5 hic animum regis dominus formidine priuat,
praetumidos acuens sensus mentemque ferocem;
ut populum fugitare magis, quem miserat ipse,
6 diceret atque suas acies in bella moueret
praecipites, facili credens conamine iungi
3 posse uiros, quos error agat, quos deuia tardent.
ergo alacris in bella ciet ceu parua phalanges
7 ferratos agitans currus, quos axe uolante
trinus miles agit, uolucrem dum surgit in hastam,
nunc humilis, nunc uentosas sublimis in auras,
terroris fraudisque capax, quia uerbere crebro
pulsati sternunt acies, quae comminus obstant,
cornipedes pulsumque rotis feruentibus addunt,
incita quas uariis adsultibus ungula uersat.
9 iamque ⟨iter⟩ adcelerans procurua ad litora Rubri
marmoris admorat socias in bella quadrigas,
10 cum Iudaea manus confestim lumine uerso

408 exemta *A* iosephi *C* 410 dextreamque *A* 412 Othum *p* thostum *AC* 417 clari *C* 418 pauleum *AC* 419 obuerso *AC* obuersae π belliefoni *AC* 426 falanges *C* 427 uolanti *C* 428 hastã *C* haustum *A* 431 pulsat iter nunc acies *A* cõminus *C* conminus *A* 434 iter *add. p, om. AC* accelerans *C* rubro *A* 435 atmorat *C* in | in ĩ *C* 436 iudea *C* iudaeo *A*

respicit inmensas acies camposque per omnes
ferratos lucere uiros, geminique timoris
mole pari saepta, dum pontum cernit et hostem
oppositum, duris in uatem uocibus usa
11 haec memorat: „Quae tanta fuit fiducia, ductor,
roboris insueti cognatam perdere plebem
ac deserta sequi Rubrumque opponere captis
oceanum? quid maesta quidem, sed tuta ferentes
pondera ab inuisa nequiquam tollere Aegypto?
12 nonne fuit satius tristes Pharaonis aerumnas
funestasque pati leges? non seruitus illa
libertate fuit melior, quae subdita fraudi
praeponit tolerata prius et dulcia ducit.
inuisitata sibi quotiens peiora sequuntur?
diximus hoc dudum, cum nos ad uota uocares
inmenso reddenda deo: stat tutius illic
uiuere consuetos seruitutemque molesti
sustentare iugi, quam nunc decumbere leto
squalentes inter campos terramque relictam,
dum trepido in casu pelago terremur et hoste."
13 at uates nulla rerum formidine uictus
et potius uentura uidens haec disserit ore:
„Soluite mordaces curas animosque serenos
induite, o socii, rectoque aduertite uisu,
quanta salus uobis celsis referatur ab astris,
sublimi tribuente deo. quos agmine denso
cernitis instantes, post hanc inuisere lucem
haud licitum est uobis, quos mortis tempus adurget.
14 namque deus celsa bellator dextera pugnat
subiectosque regit. tacita dum stringitis ora."
haec ubi disseruit prouectum dicta secuntur.

437 inmensas] *AC* 439 septa *AC* cernit] et cerneret *C* 442 roburis *A* 443 hac *C* 445 aegypti *A* 446 satius *A* melius *C* faraonis *A* erumnas *A* 449 tollerata *A* 450 quoties *C* sequntur *C* 452 stat] sedat *A* 454 loeto *AC* 457 natis *C* 462 sublime *A* 464 haut *A* adurguet *A* 465 celsos *A* 467 prouectum *A* prouentum *C* sequuntur *A*

19 ante uolans nam castra uirum sese angelus aufert
pone locans. fuluaque dehinc posterga columna
20 sistitur et medio discernit limite ualla
castrorumque situm. noctemque infundit opacam
candenti de sede deus bellumque frementes
pax inopina fouet motusque eliminat omnes.
o nimium felix. celsis cui misit ab astris
munimenta deus. candens cui militat aether
et coniuratae ueniunt ad proelia noctes!
21 16 hinc procerem mandata dei depromere uirgam
protenta iussere manu Rubrumque superne
despectare fretum. quod postquam rite peractum est.
auster uentus adest. totis qui flatibus usus
per tacitam noctem feruentes ebibit undas
siccauitque fretum. medius ut trames apertus
panderet inlaesum patefacto in aequore cursum.
cum bibulas refugus nudasset pontus harenas.
22 ergo ubi festinum pelagus discesserat. illos
curuata in montis faciem circumstetit unda
accepitque sinu patulo misitque per altum.
23 quod licitum credens Pharao, dum comminus instat.
25 ingreditur calcatque salum; sed tarda repente
plaustra gemunt totoque in terram pectore proni
cornipedes genibus nequiquam pondera trudunt.
quae penitus uincto nequibant axe moueri.
illicet exsangues inmensaque compede uincti
festinam temptare fugam rursumque reuerti

468 uirum] u *ex* o ? *C* sese] .ēē. *C* aufert *AC* offert π 469 que *om. A* 470 lumine *A* 472 de sede dš *C* desedens . . . . . *(spatio 5—6 litt. uacuo) A* 473 pax *C* nox *A* 476 et *om. C* p̃lia *C* 477 hinc] huc *A* uirgam *p* uirga *AC* 478 iusere *A* supernae *AC* 479 desectare *A* fretum *om. A* paratum est *A* 481 ebibit] biberet *A* 482 fretum] fluctum *A* medium ut tramis *A* 483 cursus *A* 484 arenas *A* 485 discenderat *A* 486 montis] motibus *A* 487 accipit *C* 488 pharaon *A* cõminus *C* conminus *A* 489 calcatique solum *A* 492 penditur *A* 493 illicet *C* cõpede *C* conpede *A* 494 festinant π temtare *A*

nitentes uano stimulant terrore iugales.
27 his aliud maius miseris multoque tremendum
ingeritur magis et sensus adfligit inertes.
namque fretum dubios solitum conlidere fluctus
discretas coniunxit aquas undasque tumentes
miscuit et totam fundo demersit Aegyptum.
31 at Iudaea cohors fluitantia corpora cernens
hostili de parte uirum currusque natantes
armaque et obliquum quidquid torquetur in hostem.
suspexit timuitque deum sensuque fideli
credidit imperio domini uatemque sacrauit.
cantica dum psallit Moysetis dulcia uerbis:
15 1 „Cantemus domino deoque nostro.
cui gloria cum honore pollens.
sese magnificis decorat actis.
dum currus celeres Aegyptiorum
iunctis equitibus grauique turba
Rubri marmoris enecat fluentis.
2 adiutor ualidus meae salutis
plebem de medio tulit profundo.
custos et genitor salusque uera!
hic est, hic dominus meus et altor!
ipsum conspicua sacrabo laude.
qui est progenitor mei parentis.

507—521] Beda de arte metrica (Gramm. lat. ed. Keil. VII. 254) I 17: Est igitur metrum dactylicum falleucium pentametrum quod constat ex spondeo et dactylo et tribus trocheis . huius exemplum: „Cantemus — uocatur“. 507 . 514] Rabanus hymn. in pascha domini (Mignii Patrol. 112. 1655) u. 1 sqq.

495 errore *A* 496 maius *A* magis *C* 497 et sensus *p* sensusque *AC* affligit *C* 498 fretum] fluctum *A* 500 totum *A* dimersit *A* 501 iudea *C* 503 quicquid *C* hoste *A* 506 mossetis *A* 507—542 *continua huius carminis scriptura in A, magnis litteris capitalibus exaratum carmen in C* 507 que *om. sed* Q *pr. ss. C* 508 cuius *Mayor* 511 aequitibus *A* 513 ualidae *Beda* meae] mae *C* 514 tulit] tollit *C* 515 custus *A* 518 est qui *Beda*

ipsum uocibus arduis fatebor,
qui bellum tulit obruitque fortes.
3 dignus nomine quo deus uocatur.
4 5 10 saxis adsimiles grauique plumbo
uastis fluctibus abdidit cohortes,
quas rex Niliacus in arma cogens
praedae participes minax canebat:
nostris dum iugulis recludit enses
et strictum rotat excutitque ferrum,
9 dicens: „Corripiam eos fugaces,
praedam partiar obruamque uictos
et cum gloria nobilis duelli
quaesitam meritis tenebo palmam.“
haec dum commemorat sibique fidit.
cunctis perniciem suis parauit.
11 nullus est similis tibi. creator.
factis maxime, principumque princeps
ingens subsidium tuis dedisti,
14 gentes quod metuunt Philistinorum.
15 Edones etiam Moabitaeque.
quorum perniciem tremunt Chananni,
17 donec hic populus tibi redemptus
montem conspicuum deoque sanctum
scandat perpetuis heres tropaeis.“
20 Haec paribus iterata modis plaudente corona
cantarunt matres. uatis dictante sorore.
tympana pulsantes digitis, dum consona dicunt.
22 ilicet intrepidi postquam Pharaonis iniqui
subuersam uidere manum. per deuia tendunt,

520 tullit *A* tollit *C* 522 ad similes *AC* 524 rex *om. C* 526 iugillis (uigillis?) *C* uigilis *A* 528 corripiens *A* 532 uidit *A* 533 suspirauit *A* parauit suis *C* 536 sub[si] dium *(pr. corr.) A* 537 filistinorum *A* 538 edones *AC* Edomes π 539 chananni *A* channani *C* 540 redemtus *A* 542 tropheis *AC* 543 patribus *A* iterata *A* dictata *C* 544 dicante *A* 546 illicet *C* intrepidis *A* faraonis *A* 547 subuersam *A* submersam *C*

quae Surum sunt dicta prius, siccumque per aestum
arentes triuere dies: quos lumine trino
feruidiore coma torrebat lampada solis.
23 defessi Myrram ueniunt tristique sapore
undantes cernunt latices, quos pectore fesso
libantes longe iaciunt: quia praegrauis unda
obsessas fauces sensu torquebat amaro.
quod uitium propter fontem cognomine signant
24 et fremitu denso uatem liquentia poscunt
flumina, quae calidos possint mollire uapores.
25 ille deum poscit; nam qua licentia fluctus
gigneret, astrigera dominus nisi mitteret aula?
confestimque capit quo sedat tristia lignum
pocula, et infecto perfundit melle fluores.
illic iusta deus, librato examine lancis,
iura dedit, temptans procerem, dum talia dicit:
26 „Si mea quaeque memor sincero in pectore dicta
sumpseris, ut facias, quae sint accommoda uitae,
corde gerens mandata dei, nil triste per aeuum
perpetiere tuum, nec te iactura grauabit
damnorum morbique trucis; distabis ab omni
clade mali, quaecumque feram uastauit Aegyptum,
quandoquidem ego sum dominus, qui pectora curo
27 et sanos praestare queo.“ post Elima uentum est
fontibus inriguam, bis sex qui forte meabant
frondentes inter palmas, quae uertice celso
motabant septem denos per nubila conos.
16 1 ac postquam ad Sinum positis sunt otia castris
trita uiris, quintoque dehinc decimoque uiantes

548 Surum] sursum *A* siccum *p* secum *AC* 549 dies] diues *A* 550 comati *A* torreat *A* terrebat *C* 551 mirram *A* 553 Vibantes *C* 555 fonte *C* fontes *A corr. p* 556 linquentia *C* 557 possent *C* 559 gignerat *C* 561 infectos π mella *A* 562 deus] dei *A* 564 quaeque] quae *A* sincera *A* 565 sumseris *A* quae] q. *C* accõmoda *C* 568 dampnorum *C* 570 curis *A* 571 poste lima *A* 573 quae] q. *C* 574 .vii. *C* conos *p* chunos *C* cunos *A*

deproperant per opaca die, de mense secundo,
2 extremam gemuere famem, dum uocibus altis
3 obiurgant uexantque ducem: „Quae tanta malorum
causa fuit? quaeue esse potest? quae tristior esse
praeualeat, quam dira fames, quam spiritus ardens
arentes inter fauces mortemque praesentem,
quae dilata grauat plus quam quae comminus instat?
atque utinam nobis letum sors una dedisset
Aegypto positis tum, cum substantia uictus
larga fuit cunctis, nullo mussante seorsum,
quod desint alimenta sibi? nunc degimus istic,
est ubi uita grauis, etiam si tristia non sint.
ergo ualet quisquam squalentes inter harenas
inuisum tolerare diem, solemque calentem
siccus ferre potest, nulla quem temperat umbra?
quin potius, si nostra mouent discrimina sensus,
dux grandaeue, tuos, Nilum Pharumque rogamus
redde tuis, cunctosque dehinc iterare labores
poscentes permitte uiros, quia tristius esse
accisis nil posse cibis sententia nostra est,
4 et saturos seruire iuuat.“ post talia dicta
profatur uates, socio sermonis Arone:
„Quid tantum indomito uoces iactare tumultu
et proceres uexare iuuat? quid poscere uictum,
quem solus praestare potest, qui sidera fecit?
6 sed tamen occidua cernetis lampade solis
esse deum, uobis cuius pro munere panis
mittitur e caelo; qui uos, Mareotide fusca
inplicitos dudum, laetos nunc mittit ad agros.

580 quaeue *p* quae *A* que *C* quae] q. *C* 581 famis *C* 583 plusquam] magis plusquam *C* quae] q. *AC* cõminus *C* 584 loetum *AC* 585 posit' *C* positi *A corr.* π 587 desint: e *ex* ẽ *C* desinit *A* 589 arenas *AC* 592 quin] cum *A* 593 grandeue *AC* tuis *A* farum *AC* 595 quia tristius] qua artius *A* 596 accisis] accessis *C* nihil *A* 597 iubat post *A* illac post *C* 598 uatis *AC* 599 tumultus *A* 600 iubat *A* 603 pro π per *AC* 604 e caelo] aecelo *C* mariotide *A* 605 implicitos *C* inplicitis *A* ad agnos *C*

quare agite et primo redeuntis lumine solis
insuetas libate dapes mannamque caelestem.
7 8 iurgia nam populi, nostris non congrua factis,
in dominum sunt missa magis, qui pascere sueuit,
quidquid alit, longoque educit saecula pastu."
10 haec ubi disseruit, dominus de nube superna
12 emicuit meliore die uictumque caelestem
despondit cunctis, quem messis nescia fraudis
progenerat nulloque extinguit semina fuco.
13 inde ubi iam croceo radiauit uesper ab axe,
crebra niuis ritu caelo delapsa coturnix,
congerie cumulata graui, camposque iacentes
castrorumque situm cunctis mirantibus inplet.
quin etiam primo cum se lux reddidit ortu,
14 niuosos dat manna cibos, quae farre minuto,
sunt coriandra uelut, totis defluxit ab astris.
16 quam iussi carpsere manu ratione legendi
certa uiri, ne quis forsan plus condere mallet,
quam iusti mensura cibi est, quae sufficit uno
18 quoque die, nec uana iuuat sollertia quemquam
20 plus iusto posuisse domi; nam sole calente
putria multimodo uitiantur uerme polenta.
22 hoc solum nequeunt geminae disperdere luces,
quae festo mandenda die parasceue prompsit,
quem sanctum iubet esse deus nullumque laborem
sustentare homines, quotiens lux illa recurrit,
23 sabbata quae memorant lentae concessa quieti.
25 quin etiam cunctis penitus haec cognita res est,
septima quaque die nullum descendere uictum,

606 redeuntes *A* 607 *sinistr.* R *A* 610 quicquid *C* 613 respondit *C* missis *A* 615 croceor adiauit *C* 616 celo .ē. *C* est *om.* *A* dilapsa *AC corr. p* 618 implet *C* 619 cum se lux primo *A* 620 quae *A* q. *C* 622 carpere *C* 623 certauere *C* c̄dere *C* 624 uno *C* uni *A* 625 solertia *C* 626 domu *A* calenti *C* 627 patria *C* 628 gemini disperdere *A* geminandis perdere *C corr. p* 629 mandata *A* parasceua *A* promisit *AC corr. p* 631 quoties *C* 632 quae π quam *AC* 633 paenitus *A* 634 discendere *A*

caelestis quem messis habet; quia cura sagaci
27 progressi per rura uiri camposque iacentes.
nil praeter undantes uentorum flatibus herbas
intuiti. sinibus uacuis referuntur ad aedes. 695
32 ac ne forte dei tantum monumenta uiderent,
ad quos missa fuit melliti muneris esca.
33 clauditur auratae quiddam munimine thecae,
quod uideat generanda manus olimque futura
ac uenerata deum uictum miretur auorum. 700
17 1 post haec signa mouent longumque educitur agmen
ad Raphidam, quae sole calens atque indiga lymphae
2 mordaces populum fecit depromere uoces
in procerem, dum poscit aquam; nec murmure solo,
4 sed paene est grassata manu: nam saxa sacerdos 705
in semet iaculanda timens emittit ad altum
uerba deum siccisque implorat syrtibus amnes.
5 ilicet instinctus domini sententia magni
maiores pariter natu praecedere mandat;
tum uirgam capit adsuetam, qua sistere fluctus 710
nouerat et medio pontum diducere uallo;
6 Chorebumque petit montem, qui plurimus extat
sacratumque caput uicina ad nubila tollit. 713
illic dura silex conclusas saepserat undas. —
quam super adstabat dominus fontesque ciebat 714
uirtutum ratione pari, qua flumina toto 715
distinxit mundo inmensa et marmora fudit.
hanc iussus pulsare ferit rupesque repente
rumpitur et scatebris undantibus euomit amnes.

638 intuitu *C* 639 hac *C* 641 thecae *C* thecem *A* 643 hac *C* uenerat *A* 645 rafidam *AC* quae] q. *C* limphae *C* limfae *A* 646 fecit *C* *om., sed spatium 6—7 litt. relictum A* 648 pene *AC* sace^{r}dos *C* 649 iaculanda] lactanda *(non* iactanda) *A* 650 sirtibus *AC* 651 illicet *C* instinctu *A* 653 assuetam *C* 654 nocuerat *A* deducere *AC corr. p* 655 exstat *A* 657 sepserat *AC* 658 astabat *C* 659 qua *C om. spatio 5—6 litt. relicto A* toto] tecta *A* 660 distinxi *A* immissa *A* 661 hunc *A* rupis *AC* 662 euomet *A*

curritur ad fluctus certatim congrege turba
innumeraeque ruunt pecudes aestumque resoluunt
expletisque redit defessa in corpora uirtus.
7 ilicet ipse locus causae de nomine nomen
Temptationis habet, populus quod pectoris anceps
ambigua cum mente fuit, an summus in illo
degeret omnipotens. et quod plebs aspera dictis
optasset maledicta duci, quae concipit ira.
8 istic belligeris Amalec instructa cateruis
Hebraeos fudit cuneos: quod dedecus arcens
9 Iesus lecta rapit bellantum robora secum:
quem ferrata manu suscepta in bella uadentem
dux uotis precibusque iuuat collemque Chorebum
10 conscendit celerante gradu. quem iunctus Aronus
12 et Hurus uallant medium artusque per aeuum
laboris refugos nec standi ad munia fortes
subposito firmant saxo durumque sedile
subiciunt sternuntque ⟨duci⟩: tum deinde fluentes
sustentant in prona manus, ut pectoris orsis
palmarum prex iuncta foret; nam saepe cadentes
11 pondere grandaeuo dubium certamen agebant.
13 has ubi subpositae firmarunt undique dextrae,
hostiles cedunt acies campique replentur
caede uirum nullusque e tantis milibus extat.
14 haec fuerant ut gesta deo mandante, propheta
conscripsit docili uentura in tempora libro;
15 confestimque deo sacratum construit altar,
conpellans per uerba locum fidelia sanctum:

663 cum grege *A* 666 illicet *C* ipse] inspe *A* 669 dictis] dicit *A* 670 obtasset *A* male dicto que (duci *om.*) *C* ira *A* iram *C* 671 amalech *A* 672 aebraeos *AC* 673 iecta *A* robura *A* 674 manu π manus *A* *om.* *C* susceptam bella *A* 676 aaron' *C* 677 et horus *A* aturus *C* *corr.* *p* 678 standi] studia *A* fortis *A* 679 subposito] *AC* duorum *A* 680 duci *add.* *p* *om.* *AC* subiciunt uati sternuntque, deinde f. π 682 prex π preces *C* præces *A* sepe *AC* 683 grandeuo *AC* dubium] bibiam *A* 684 suppositae *C* 685 cędunt *C* 686 nullis *C* exstat *A* 690 compellans *A* fidelias *A*

„Spes mihi certa dei, cuius protectio semper
16 subsidium mihi sola dedit, qui robore clauso
absconsaque manu bellantes dispulit hostes
Amalechas necat ⟨et⟩ tota cum pube cohortes."
18 1 Interea generi Iothorus percipit acta
festinusque uenit, oculis dinoscere gaudens,
18 quae fuerant memorata sibi, saeptumque labore
13 inuenit inmodico, dum causas noscitat omnes
carentis turbae numero, magnumque precatus
12 ante deum mactat pecudes: tum deinde monendo
21 efficit, ut lecta fierent de plebe tribuni
atque alii aliique gradus, quos ordine miles
accipit, ut certa legiones lege regantur,
22 ac modicas pensent lites, quo iurgia magna
sint soli noscenda duci. quis rite peractis
27 Iothorus sua tecta petit generumque reliquit.
19 1 tertius interea sese per tempora mensis
festinus uariata dedit, cum sola per arua
Sinainum ad montem domini perducitur agmen.
3 quem uates propere conscendit uocibus actus
aetheriis monitisque dei: mox procubus audit:
„Haec, ⟨quae⟩ dicta tibi, cunctis narrare memento:
4 uidistis, quae monstra, uiri, tolerarit Aegyptus,
dum uestri me cura tenet et congrego cunctos
atque ueho, tamquam pinnarum tramite ductos,
quas pandit uolucrum princeps, dum nubila sulcat.
5 et nunc, si uestras ueniant mea dicta per aures,
ut, quae sunt mandata, fiant et consona iustae

691 deus *C* 692 robure *A* ń. 694 *deest A* necat et *p* et *om. C* que necat π 695 gener *A* iothorus *A* iethorus *C* percepit *A* 996 denoscere *A* 697 septum *AC* laborem *A* 698 īnodico *C* noscitat *p* dehoscitat *C* discitat *A* 699 numero turbae π præcatus *C* 701 laeta *A* 703 certe *C* legionis *AC corr. Mayor* 704 hac *C* pensent A p̄sent *C* quos *C* 706 Iothorus *A* Lethorus *C* reliquid *A* 707 menses *A* 708 festina *A* 709 sinamum *AC corr. p* perducitur] ducitur *C* 710 uatis *AC* 712 quae *add. p, om. AC* 715 ductus *A* 718 ut—fiant] atque mundata fiant *A*

corda haereant legi, plebem nos semper habebo
ditibus insignem rebus cunctisque praeponam
gentibus, ut toto fortes regnetis in orbe.
haec omnis nam terra mea est: et quidquid ubique
gignitur, id iuri subiectum semper aeterno est.
6 uos eritis regnum, mea fit quod dextera clarum,
et gens sancta mihi, longum quae prorogat aeuum."
7 ille memor iussi, fuerant quae dicta reuoluit
principibus plebis populusque insignibus orsis
credidit et magno submisit corda tonanti,
facturum sese mandata inlustria dicens.
9 his aliud maius dominus de sedibus altis
10 instituturus agit uatemque ad munia mittit
sueta sibi cunctosque iubet liquentibus undis
eluere infectas sordes uel ueste uel artu,
11 abnoctare uiros, ut mente et corpore puris
tertia luce deus celsis uideatur ab astris
12 monte procul positis, nullus quem comminus adstans
13 tanget agetque: pecus longa in deserta minare
praecipitur, ne poena foret coniuncta nocenti,
quae saxis ferro⟨ue⟩ uenit, cum missile telum
torquet adacta manus aut cautem uerbera uibrant.
16 his actis, nullo maculatus corpora naeuo,
prospectat collem populus, cum prima ruborem
tertia luce dedit stellis aurora remotis,
fulmina iamque micant, iam celsis magnus ab astris
auditur fremitus uocum nimbosaque nubes
librata se mole tenet crepituque uerendo
19 terribiles sonitus iterat tuba saeptaque uallo
in castris plebs maesta tremit montisque sacrati

719 uos| qua uos *A* 722 quicquid *AC* 724 sit *A* 725 quae| que *A* q. *C* praerogat *C* in aeuum *A* 726 quae *om.* *C* 727 populos *C* 733 Fluere *C* 736 monte *p* mente *AC* quē *C* que *A* cōminus *C* 737 aget π urget *AC* in *om.* *A* manere *AC corr. p* 739 ue *add.* π *om.* *AC* cum missile| cōmisi li *C* 744 micant iam π micantia *AC* celsus *A* 745 nubis *AC* 746 se *om.* *A* 747 septa *AC* 748 montes *C*

18 aduentum testata dei latera ardua fumant.
et quicumque fuit electa ex plebe sacerdos,
20 monte procul degit. solis quem scandere ius est
Aroni Moysique piis. tum perpete fatu
20 1 mansura dat iussa deus hoc ordine legis:
2 „Ille ego sum dominus, qui te discrimine priuans
Aegypti de terra tuli durumque laborem,
seruilis quem cura dabat, desistere iussi.
3 me tantum tua corda colant, neque idola pangas
4 ulla tibi fictumque deum subnixus adores;
numina nec credas, quae sunt inlustria caelo
sidera, uel quidquam in terris mirere perinde,
uel quod glauca tegunt fluitantis marmora ponti.
5 sum dominus zelans, peccatis congrua reddens
in patres prolemque dehinc quae quarta creatur:
6 misericors multum, maiora et grandia reddens
quae iusti meruere uiri, qui corde sub imo
amplexi mea iussa tenent et mente sequuntur.
7 tu nomen uenerare dei. tu sabbata festa
8 cum natis seruisque cole totumque laborem
pone libens, quotiens mundo lux illa recursat.
11 bis ternis dominus fecit quaecumque diebus
in terris caeloque uegent pontoque tumenti:
10 septima perfecto uirtutum fine quieuit:
hinc festus uiget ille dies, hinc semper acerbus,
semper honoratus domino indulgente sacratur.
12 honorem da, nate, tuis genitoribus, ut sis
perpetuae in terris uitae, quam prorogat ingens
14 ingenti de sede deus. ne dilige moechas,
13 16 neue hominem perime, nec sacramenta sinistre

752 aaroni *C* perpete *AC* 756 seruiles *C* 757 pangas *C* pingas *A* 759 nec | ne *A* 760 quicquam *AC* mirare *A* perende *C* perenne *A corr. p* 761 marmore *A* 763 *et* 764 *desunt A* 763 quae | q. *C* 765 quae π quam *AC* 766 sequntur *C* 768 cole *C* tuis *A* 769 quoties *C* 771 uigent *A* *post* uigent *spatium sex litt. uacuum A* 773 aceruus *A* 775 donate *C* 776 praerogat *C* 777 ne *A* nec *C* mechas *A* 778 perhime *C* sinistrę *A*

15 periurans perhibe: furtum ne feceris ullum,
16 neue malus testis iurgantem fraude tuere.
17 coniuge ab alterius animum uultumque coherce
et quidquid non esse tuum mens admonet, horre.
24 aggere de terrae congesta altaria surgant,
hic ubi deuotas fas sit mactare bidentes.
25 quae si forte sedet saxorum adtollere mole,
ferrum linque procul, quoniam sordentia fiunt
artifici leuigata manu: quae scandere gressu
26 non sineris prompto, ne forte obscena renudes.
21 2 seruus erit quisquis cognata in gente creatus,
bis ternis seruile iugum patiatur in annis:
post abeat liber, secum sua praemia portans,
3 coniuge missa simul, si nondum feta uidetur,
4 ac si iam natis paterno et nomine gaudet,
uxorem et prolem domino dimittere debet,
ipse sui compos nodoque exutus erili.
5 quod si non dubie mauult persistere uerna,
6 ante fores domino sanctas sistente locetur
uulnera passurus, tenuis quae subula pungit,
aure tenus molli, numquam laxandus in aeuum.
7 uendere progenitam discreta in gente parenti
non licitum sociaque manet cum plebe potestas:
quam tamen ut seruam nequaquam emittere ius est.
8 quae si displiceat domino, cui uendita cessit,
reddentur nummi, fuerat taxatio quorum,
ut reuocare queat paterna ad limina sese.
9 quae si forte datur nato, sic conuenit ipsum
10 ut natam tractare suam. qui sumere iuste

781 *deest hoc loco A* 782 quicquid *AC* ammonet *AC* 783 terra *A* et altaria *C* *sequitur 781 in A* 785 quae *AC an* quod? sedit *A* attollere *C* mole *AC* molem π 786 linque] linti *A* 787 artificale uigat manu *A* 790 terris *C* 791 habeat *A* 792 foeta *C* 793 ac *A* hac *C* at π 795 nado *A* herili *C* 797 sanctas domino *C* locetur *p* loquetur *AC* 798 quae] q. *C* 799 auret thus molli *A* 800 progenitum *A* genti *A* 803 displicuit *C* 806 *an* ipsam? 807 iustae *C*

si mauult. permissa sibi. quis membra teguntur,
indumenta palam faciet, nec deinde negabit,
11 si coitu sit nota sibi: uel, si rata non sunt
haec conmissa uiro, poterit laxare uadentem,
12 nec pretium reuocare datum. qui uulnere duro
adfligit sternitque uirum, decumbat eodem,
13 quo perimet, leto; at si discrimina casu
sunt inlata magis, domino tradente nocentem
ictibus alterius, locus est qui condere possit
donandum uenia, domino indulgente salutem.
14 at uero qui membra dolo uiuentia ferro
disicit et studio gratatur sanguine fuso,
crimen habet mortis, nequiquam tecta requirens
sublimi sacrata deo; nam demitur inde
seiunctusque procul rigido truncabitur ense.
15 17 et qui conpellat tumide pulsatue parentes,
in crimen noxale ruit, quod morte piatur.
16 nec minus ad poenam petitur, qui forte doloso
perfidus ingenio paterna in plebe creatum
cleptat et acceptis gaudet transcribere nummis.
18 quod si litigium fuerit per uerba paratum
pulsatusque aliquis pugno saxoque recusso
19 reciperet solitas uires, nil fraudis haerebit:
soluendum tamen est, sumpsit quod cura medentis.
20 ancillam seruumque suum qui uerbere uirgae
confestim perimit, poenam non uitat haerentem.
21 quod si post aliam morietur uernula lucem,
nil noxale subest, pretium quia perdidit eius.
22 at si forte uiris feruebit rixa duobus,

810 cogitus (sit *om.*) *A* 811 cõmissa *C* omissa *A* uadente *A* 812 prętium *C* 813 afflígit *C* 814 loeto *C* lucto *A* ad *A* 817 uenia *C* uera *A* 819 dissicit *A* gradatur *C* 823 cõpellat *C* conpellet *A* 825 pęnam *C* petatur *AC corr.* π 827 gaudens transscribere *C* 828 ligitium *A* 829 que] ue *A* recuso *A* 830 herebit *AC* 833 herentem *A* 834 alium *A* moriatur *A* moritur *C corr. p* uernacula *AC corr p* 835 prętium *C*

commoto dum felle calent. nuptamque tumentem
germine concepto alius pulsarit eorum,
in plagam porrecta manu, partumque futurum
fecerit ante diem materno ex pectore trudi,
restituet pretio partum, taxante marito,
si nondum perfecta fuit expressaque forma.
23 si uero explicitis decessit uultibus infans,
24 morte cadet merita. lumen pro lumine rapto
reddet quisque nocens, dentem pro dente resignans,
proque manu dabit ille manum pedemque uicissim,
detruncat quicumque pedem: conbustaque flammis
25 expiat ignis edax; dabitur pro uulnere uulnus:
liuida liuenti sedantur corpore membra.
26 quod si quis rapto famulum de lumine priuat
ancillamue suam, missos patiatur abire,
27 libertas quocumque uocat: uel fragmina dentis
si fuerint decussa manu, solacia sumat
debilitas, ut dona suo pro uulnere penset.
28 at si praeualida gaudens ceruice iuuencus,
expers ruris adhuc curuique inmunis aratri,
cornu ferit quemquam, saxorum mole prematur,
obrutus et, nullo carpendus dente uirorum,
membra dabit terrae liquidos soluenda per artus,
insonti nulla domino discrimina linquens.
29 quod si consuetum lunata fronte ferire
uicinos, dudum <monitus> non cluserit excors,
decumbat pro caede bouis taurusque necetur.
30 si uero extincti pretium sententia mitis
exigit, et soluat, quidquid taxatio poscit.

837 cõmoto *C* commoto *A* 838 pulsaret *C* 839 correpta *C* 841 praetio *A* pretiạ *C* taxante] iudicante *C* 847 detruncant *C* cõbusta *C* 849 sedantur *AC* cedantur π *an* soluantur? 851 misso *A* 854 debilitas] debita *A* 856 expressuris *A* ĩmunis *C* 859 liquidas *C* liquidus *A corr.* π 860 discrimine *A* 862 monitus π *om. AC* : *spatium nouem uel decem litt. uacuum A* clauserit π dixerit *AC* 864 exstincti *A* 865 exsoluat π quicquid *AC*

31 hoc etiam pro caede sui fas poscere nati
32 uel natae quemcumque uirum. si seruulus ictu
decubuit tauri, ter denos pendere nummos
cura tenet dominum saeuo pereunte iuuenco.
33 at si quis multa puteum demittere fossa
egesto uult usque solo, mox tegmine claudat,
34 ne, si forte pecus fuerit per prona uolutum,
damna luat, domino pretium poscente, ruentum
empturus pecudum tenui solamine carnes.
35 quod si forte bouem bos cornu occiderit unco,
uendatur; pretium fiat commune duorum
diuiduaque legant mactati uiscera tauri.
36 quod si iam uitium fuerat testatius eius,
pro pecude pecudem dominus redhibebit amissa
innocuus, strati praesumens membra iuuenci.
22 1 qui uitulum cleptat, cogatur reddere quinque;
bis binas soluat quicumque auerterit agnam.
2 nocturnum furem licitum prosternere ferro,
dum penetrat postes obsaeptaque limina rumpit.
3.4 si uero exorto fuerit iam sole prehensus,
dupliciter redhibere nocens sublata iubetur.
quae si non fuerint in censu et uiribus eius,
uendetur, manuum pensurus furta labore.
5 cuius forte pecus segetem uitemue uirentem
triuerit aut patulo carptim depauerit ore,
iugera fecundi mensuret protinus agri
prouentu spatioque pari: sic damna resoluet.

866 cede *AC* 867 quecumque *C* quicumque *A* 868 tauri *C* auri *A* pandere *C* 870 dimittere *AC corr.* π 871 uultus que *A* mult'q. *C* degmine claudet *A* 873 dampna *C* luet *A* 874 tenturus *C* tenuis *C* tenus *A corr.* π carnes] crines *C* 876 pretium *C* cōmune *C* 879 redibebit *A* redibibit (*uel* redihibit) *C* ammissa *A* 883 licitum *om. A spatio non relicto* 884 obsepta *AC* 885 exortu *A* praehensus *AC* 886 redibere *C* redebere *A* 887 fuerint: i *ex* a *C* et] ac *A* 889 ue] que *A* 890 ca^r^ptim *C* 891 protinus *om. A nullo spatio relicto* 892 dampna *C*

6 quae fuerint inlata prius. haec formula nectit
hos etiam, qui tota simul noualia uerrunt
pampineasque metunt consumpto palmite uites.
ut quae magnifica proprios habuere per agros.
amittant ratione pari. nam stridulus ignis.
fomite de modico solitus conprendere uepres.
arentem stipulam et truncos cortice nudos,
si segetem alterius uitemue absumpserit aestu.
crimen ad auctoris merita per damna recurrit.
ut reddat quidquid noxalis flamma peredit.
7 depositum redhibere decet: quod perfida furum
si fuerit populata manus, auctore reperto
8 duplex summa datur: si uero est abditus ille.
auersas qui dempsit opes, iuratio sola
exortem culpae faciet, quia fraude carebit.
9 at si mendoso fallax nudatur in astu.
depositi reddat geminum sub iudice pondus.
haec etiam in pecudum causis mensura tenenda est:
12 propterea ut, furto quae sunt direpta sinistro.
restituat, cuius fuerit custodia segnis.
13 at si molle pecus rabies uesana luporum
lancinat, ostensa mitescunt iurgia carne.
14 quod si quis geminos ducenda ad plaustra iuuencos
commodat, enormi non dicat pondere functos
idem, si fuerit praesens, stimulator euntum.
hoc etiam in reliquis, quos pressant pondera iussa.
15 sed si persegnis accepta animalia perdit.

894 ferrunt *A* 895 consumpta *A* 896 ut *AC* et π quae| q. *C* proprios| propretiis *A* 898 solitus *A* solitos *C* 899 arentem siluam *A* arentēq. siluam *C corr. p* arentesque spicas π 900 absumerit *A* 901 dampna *C* recursat *A* 902 quicquid *AC* peraedit *C* peredat *A* 903 redibere *AC* decet *A* debet *C* 905 dupplex *C* 906 qui dempsit *p* quidem sit *AC* 907 exsortem *A* quia *C* qui *A* 908 *deest A* 911 praeterea *A* quae| q. *C* direstra *A* 912 signis *A* 913 aut *AC corr. p* pęcus *C* uessana furore luporum *A* 914 lancinat| lacerat *A* mitiscunt *A* 916 cōmodat *C* oenormi *C* fenorimi *A* 917 simulatus *A* 918 praessant *AC* iussu *AC corr.* π 919 persignis *AC corr.* π

quisquis agit. ius est. ut damnum sentiat omne.
quae si perdiderit posita mercede locatus.
illa operae in pretio promptim taxanda locabit.
16 uirginis haut sponsae si quis sibi sumpserit usum,
uxorem cum dote sibi sociabit eandem.
17 quod si coniugio mens est non consona raptae,
munera det. thalamis quae sunt accommoda. patri.
18.19 maleficum celare nefas. mors dura necabit
permixtum pecudi coitus deformis in actu.
20 linquat uita uiros demonum sacella uerentes.
quandoquidem soli domino fas subdere colla.
21 nemo peregrinum uiolet uerboue manuue:
idcirco quoniam uosmet suscepit Aegyptus
linquentes genitale solum sedemque priorem.
22 femina defuncto ne sit temnenda marito.
sed palpanda magis puerique parentibus orbi.
24 ne paribus poenis subeant peccata nocentes
destituantque suos celeri cum funere rapti:
23 adflicta nam corda deus auditque iuuatque.
25 credito poscenti nummorum quos rogat usum.
seposita mercede procul usuraque turpi:
nec festinus age trepidantem. ut sumpta reformet.
26 ac si forte sui uelamen corporis idem
committit traditque tibi pro pignore nummi.
restitue. sol ante caput quam condat olympo.
27 misericors ego sum dominus: hos audio promptim.
28 externis cessate deis maledicere cuncti
praecipuisque uiris. populi qui frena tenebunt.
29 fructibus e primis domino pia dona referto

920 dampnum *C* 921 quem si *A* 922 opere *AC* promtim *C* prumptim *A* 923 aut *AC* *corr. p* 926 det] de *A* patri] priat *A* 927 celare] clare *A* 929 demonum *C* demanu *A* 930 soli *C* saeculi *A* 934 fæmina *C* non sit tempnenda *C* 937 suo sceleri *A* 938 afflicta *C* 939 credite *A* usu *A* 941 ne festina agere *A* 942 hac *C* 943 cōmittit *C* tibi *om.* *A* 944 olimpo *A* olimpho *C* 945 prumptim *A* 946 hesternis *C* hester netis *A* 947 populis *C*

et quemcumque creas primo de germine nuptae.
30 sacrabis domino. sol postquam septimus altum
31 est permensus iter. ut sitis sancta propago.
extinctam pecudem raptorum dente luporum
nullus edat: mensis quae non sunt digna refutet.
23 1 non credes narrata tibi. quae nulla fidei
firmamenta iuuant. neu falsum dicere testis
2 iniqua cum mente uelis. nec pluribus unum
additus in coetum certes superare nocentem.
3 ut tenuem et modicum quaesito ex crimine damnes.
4 quin potius si forte pecus errare uidebis.
cum quo corda tibi non sunt coniuncta. reforma.
5 et si mole graui iumenta obnoxia sidunt,
erige et alternis conitens subleua palmis.
7 innocuum ne sterne uirum. nam pectore iusto est.
8 munera non sumes trepidi pro cura nocentis
sollicitique rei. quoniam mox lumina caecant
sermonesque uirum cunctaque examina frangunt.
10 uberibus glebis bis ternos cultor in annos
11 immineat uegetus. debet quia septimus esse
otia lenta ferens. quo pauper quisque capessat
quae fuerant generata palam. laetusque relinquat
quae superant mandenda feris. dum saltibus errant.
14 circite perpetua uolucris dum uoluitur annus.
diuisos in trina modos sollemnia uobis
15 septeno seruanda die. quo mollia ius est
azyma triticeo gaudentes sumere farre.
ut monui dudum. primo uos mense nouorum.
libertas cum plena fuit discedere Aegypto.

949 creat π nupta π 952 exstinctam *A* 953 que suis non digna *C* 954 credis *A* 955 neu] ne *C* 956 cum *om. A* 957 coetũ *C* coetu *A* nocentem *A* nocentum *C* *inter* 957 *et* 958 *leguntur uu. 998 et 999 in C* 958 et] uel *A* dampnes *C* 962 erige] egrege *A* 963 ne sternere *A* 966 frangent *C* 968 *deest A* uegetos *C* 973 solempnia *A* 974 septenos *C* septima *A corr.* π 975 azima *AC* farrae *A* 976 mense] m̃sense *C*

ante meos uultus uacuus ne prodeat ullus.
16 primitias operum messisque exordia nosce
festa tibi. quotiens sementem sparseris agro,
uel cum decurso requies coniungitur anno,
omnibus explicitis, generat quae cura laborum,
17 omnis homo trinum distinguat tempus in anno,
ante meos possit quo sese ostendere uultus.
18 nam cum laeta tibi fuerit possessio terrae
gentibus edomitis commissa et credita, nosce
azyma sola meis ponenda altaribus esse;
multimodas pecudes et rubram sanguinis undam
nil festis prodesse tuis adipemque niualem,
peruigilem et noctem durare in tempora lucis,
quae redeunt, quotiens sacrorum cura recursat.
19 agnus neue tener materno in lacte coquatur.
20 ecce ego sidereum caelesti ex arce ministrum
ad curam dimitto tuam, qui robore multo
uadentem ad terram foueat, quae pinguibus aruis
laeta uiret dulcesque euoluit nectaris undas.
21 hunc audire parans sacratis crede loquellis.
coniunctus est ille tibi fidusque manebit,
perpetuum retinens caelesti in uertice nomen.
22 heia agite sanctisque auditum iungite dictis,
mandatumque meum sincera adsumite mente:
ut sitis plebs cara mihi populusque beatus
et regnum sublime dei, gens ardua semper,
omnibus in terris, quas sol utrumque recurrens
adspicit et calido mundum conplectitur axe.
23 concordes palpabo tuos cunctisque resistam,

979 mensis *A C corr. p* nosse *A C corr. π* 980 quoties *C* spargeris *A* 982 quae] q. *C* 986 cõmissa *C* 987 azima *A C* 988 multimodos *C* 990 tempore *A* 991 quoties *C* sacrorum] festorum *A* 994 robure *A* 995 q. *C* 997 hunc *C* hinc *A* credo *A* loquelis *A* 998 sq. *uid. ad 957* coniunctus ..... est ille *spatio quattuor uel quinque litt. uacuo A* 1000 sancti *C* iungere *A* 1001 assumite *C* 1004 utrumque *A C* utrimque *π* 1005 aspicit *A C*

qui tecum bellare parant: tibi cedet Amorreus
Cethaeusque ferox et quos nunc optima tellus
sustinet. in saeclum te mox uertenda colono.
24 prouide, ne uetitis adclines colla sacellis
hostilesque deos trepide subnixus adores.
quin potius profana rue atque idola cuncta
disice cum titulis inscriptaque nomina dele,
25 ut possis seruire deo. quem cuncta tremiscunt.
mox uictum sacrabo tuum fontesque meantes;
morborumque tuo demam de corpore pestes.
26 nullus inops nati tota de plebe dolebit
paternum non esse sibi nomenque decusque.
longinquos praestabo dies. quis terminus aeui
laxior optatae producat tempora uitae.
27 ante tuas acies tristis formido uolabit,
28 atque uenenato praecurrent uulnere uespae,
ut tua belligeris metuantur signa maniplis,
perque feras gentes facilis uictoria cedat.
29 quas tamen edomitas faciam decrescere sensim,
ne uacua sit terra uiris. atque agmine multo
increscat nimia rabidarum turba ferarum.
31 milite diffuso faciam se extendere fines
telluris sedisque tuae, qua marmore rubro
aestuat oceanus uentosis lubricus undis.
usque Philistinum pelagus terramque carentem
humano cultore. cluens atque agmine multo
qua fluit Euphrates uitreis perlucidus undis."

1007 amorrus *AC* 1008 cætheus *C* ceteus *A* obtima *AC* 1009 saeculum *A* 1012 rue *C* sua *A* 1013 dissice *AC* 1014 tremescunt *AC* 1019 longeuos *A* prestabo *AC* 1020 optate *AC* 1022 uulnerę *C* uulnera *A* uespae] uestrae *A* 1024 cędat *C* 1026 atque *C* quead *A* 1027 nimiæ *C* rabitarum *A* 1028 difuso *A* se *C om. A* te π fineis *C* 1029 qua] quam *A* marmore: o *ex* u *A* 1031.1032 Hsque *et* Vumano *permutatis initialibus litt. C* 1031 filistinum *A* 1032 cluens *p* diu *AC* agmine] tegmine *A* 1033 fluit *C* finit *A* eufrates *C* eufratis *A* perliquidus *A* praelucidus *C*

24 1 Haec ubi detonuit, dominus conscendere collem
Aronem Moysenque iubet ac nobilis aeui
septuaginta uiros longeque inflectere colla
2 aeterno summoque deo; nam comminus ipsum
permittit properare ducem. qui iussa facessens
4 sancta dei celsum confestim construit altar
monte sub eximio, uacuas qui surgit in auras:
bissenos lapides, tribuum quae summa uidetur,
5 comminus adiungens. hic nondum fronte iuuencos
exhibet armata sacrisque hos inmolat aris:
6 sanguine de quorum partem diffundit ad altar,
creterrae instillans aliam, plebemque frequentem
8 spargit rore leui. librumque euoluit aeterni
7 seruantem monumenta dei. quae consona postquam
dixit cara sibi docilis sententia plebis,
9 conscendit tumidum lento molimine collem
grandaeuosque senes fratremque in uertice sistit.
10 hi simul adspiciunt rutilantem fulgure gemmam,
in qua siderei steterant uestigia regis:
sapphira nomen habet; caelumque hic uisitur albens
11 praetentum per dorsa iugi: quae cuncta uerentes
sublimi cum laude ferunt uictumque capessunt.
14 interea, monitis uates senioribus illic
13 sidere, Iesutem secum subiungere gressus
14 pacato de corde iubet, Hurumque relinquit
Aronemque suis, certantum ut iurgia noscant
aequa lance uirum iurisque ut uerba loquantur.
15 ipse ubi sanctifici tenuit iuga· plurima collis,

1035 aaronem mosemque *A* hac *C* 1042 iuuencus *AC* *corr.* π 1043 īmolat *C* immolat *A* 1044 partem d.ad altar] per . . . . difudit altar (ad *om.*) *A* 1046 rore] ore *A* 1047 seruaautem *A* quae] quem *C* 1048 dicit *A* docili *AC* *corr.* *p* 1049 tumidis *A* 1050 grandeuos *AC* 1051 aspiciunt *AC* fulgore *AC* 1053 saphyra *C* saffira *A* 1054 q. *C* 1056 monitus *A* uatis *AC* 1057 siderei esutem *A* sidere hiesutem *C* 1058 iubet] uidet *C* Hurumque *p* utrumque *AC* relinqui *A* 1059 que *om.* *A* noscat *A* 1061 prurima *A*

labitur aetherio propere nubs fulgida caelo
et montem conplexa tegit uatemque seorsum
16 occulit a sociis terno bis lumine solis.
septima iamque dies niueum patefecerat axem,
cum dominus media conpellat nube prophetam,
17 mirificas inter flammas dum fulgidus infit,
18 atque quater denis uati dat iussa diebus:
25 8 noscere quis posset, quae sint sacraria summo
10 digna deo, lignisque iubet haec ardua pangi
perpetuo ualidis, nulla quae dissipat aetas,
haec miris conserta modis mensuraque iussa
11 lammina conspicui praeuelat ductilis auri,
12 conectens geminos tereti uertigine circlos
in dextrum laeuumque latus, qua sancta coluntur.
13 inde leuigatis intexit frondibus arcam,
16 in qua perpetui maneant mandata tonantis.
18 quin etiam rutilo Cherubinos perficit auro
19 diuersosque locat, qua sese altaria pandunt,
20 alarum splendore pari similique uolatu,
ceu moueant agiles uentosa in nubila pinnas.
22 sqq. multaque praeterea rerum commenta nouarum
mirificis sunt facta modis, quae dicere qui uult,
expromet citius pelagus quas uoluat harenas.
sed neque quam multae species nec nomina quae sint,
lex numeris adstricta potest depromere fando,
29 dum cyathos uates, phialas, mortaria pangit
caelatasque facit gestanda ad munera lances

1063 conspexa *C* 1066 compellat *C* 1069 quis π quas *AC* 1071 dissipet π 1072 iussa *AC* iusta π 1073 lamina *A* praeferat *A* dactilis *A* 1074 circlos *A* ciclos *C* 1075 sancta] sca *lineola om. C* 1077 maneat *A* 1082 nouaru *C* novarunt *A cf. Aediluulf* 1083 q. *C* qui] quis *A* 1084 exprimat *A* arenas *A* 1085 q. *C* sunt *A* 1086 humeris *C* d epromere *A* dicere *C* 1087 cyatos *C* uatis *AC* crates π fialas *A* fyalas *C* pingit *C*

31 et quae noctilucis subduntur fulchra lucernis.
26 1 iam quaecumque tegunt sacratam desuper arcam
aut uelant postes, ardenti e murice tinxit.
28 4 quin etiam uario texuntur pallia peplo,
Aroni uatibusque piis, qui munera libant
in tectis sacrata dei, gemmaeque coruscae
17-21 inhaerent sinibus signantes nomina sena
distinctim tribuum, quarum de corpore plebs est,
singula nobilibus signantes nomina gemmis.
17 sardia prima loco, topazo adiuncta smaragdus:
18 sapphirus hanc sequitur, cum qua carbunculus ardet,
iaspisque uiget fuluoque intermicat auro:
19 tertia ligurio sedes: hic iunctus achati
atque amethysto, fulgens quem purpura tingit.
20 chrysolithus quartus, berillo adnexus onychnus.
36 additur aetherii signum uenerabile regis,
lammina conspicui formatum quod tenet auri.
39 lintea quin etiam niuoso albentia textu
in laxos cohibere sinus atque indere membris
42 praecipitur partemque obscenam condere carnis,
43 ne, dum sacra uehunt, denudent turpia uates.
29 haec inter totus sacrorum euoluitur ordo:
10 sqq. peccatum quae dona leuent, quaeue hostia ferro
icta cadat sanctamque dei determinat iram.
nam quicumque uirum sacrata altaria tangit,
37 sanctior efficitur purgatus pectora naeuo.

1099] Exempla poetarum ed. H. Keil u. 191: Saffirus-ardet. 1100] Mico: Intermitat: Iaspisque—auro. Alchimus

1090 arcam *A* aram *C* 1091 ardentiae *A* 1093 libunt *A* 1094 choruscae *A* 1095 inherent *C* inhererent *A* 1096 distinctum *A* 1098 primo *AC corr. p* topaza *AC corr. p* 1099 saphyrus *C* saffirus *A Exempla* 1100 iaspis quę *C* 1101 tertio *A* sedis *AC corr. p* hinc *C* 1102 amethisto *C* amithisto *A* tingit *C* tinguit *A* 1103 chrisolitus *A* crisolitus *C* birillo *A* adnixus *C* onichnus *AC* 1104 aetherei *A* 1106 *post* niuosa *spatium quattuor uel quinque litt. uacuum A* 1111 q. *C* q. *C* ue] uel *A* 1112 icta *C* iacta *A* 1113 sacra *A*

30 8 pendeat ut lychnus semper laquearibus altis
incensus noctemque suo de lumine uincat.
edicit censura dei. ne forte tenebrae
horrificam faciant per sancta altaria noctem.
25-32 ponitur et liquidi nonnumquam sucus oliui.
sanctificans hominum carnes. dum uertice summo
liquitur et crasso perfundit unguine membra;
34 adice tusque. leuis cuius fit naribus aptus
halitus et dulces inrorat sensibus auras.
31 ilicet ut magni splenderet machina templi
ornatuque suo cunctas transcenderet aedes.
3 perdociles tribuit sensus et maxima fabris
ornamenta deus omnesque his indidit artes
6 2 Achisamo de Dana tribu iunctoque Beselo.
ex Iuda cui classe fuit clarigena origo.
18 utque forent domini populo notissima dicta.
accipit e gemina formatas caute tabellas
propheta tribuente deo. quas pollice sancto
et paribus scripsit digitis manus inclita regis.
32 1 interea populus. metata in castra locatus.
dum uatem deesse suum iam tempore multo
mordaci sub corde gemit nusquamque uideri
murmurat. adsidue deposcit numina demens
2 Aronem peruersa sibi: quos ille frementes
instantesque diu deferre ac tradere iussit
ornatus. quos aure gerunt nataeque nurusque.
natiua dum forma parum splendoris habere
ducitur et turpi de uulnere defluit aurum.
3 hoc ubi congessit populus. coniecit in ignem
4 mollitumque dehinc feruentis flamma camini
miscuit et torua formauit fronte iuuencum

1115 lichnus *AC* 1118 sca̅ *A* sacra *C* 1119 liquidis *C* 1120 summi *A* 1121 crasso horas supfundit *A* unguine *p* lumine *AC* 1122 aditus que leues *AC corr. p* adiectusque leuis cuiusuis n. a. π 1124 illic et *C* 1128 de dona tribuit *A* 1129 cui] qui *C* clarigenus *AC* 1130 utquae *A* 1137 assidue *C* 1145 turua *A*

5 ueuturumque diem sollemnem confore dixit.
6 ilicet albentes cum primum lucifer ignes
protulit et celso noctem seclusit olympo.
consurgit Iudaea manus damnosaque festa
laeta colit multisque infundit pectora poclis.
atque exultantes ducit furiata choreas.
7 aspicit haec celsa dominus sublimis in arce
innocuumque iubet propere descendere uatem.
dum memorat: „Decurre citus. montemque relinque,
peruersi ductor populi plebisque magister,
8 quam profana iuuant: peccauit praesule multum
te Iudaea suo. dum sanctos despicit actus.
en quibus indomiti Pharaonis soluere uincla
principe te licuit furuaque exire Canopo.
praeuaricatores taurinis uultibus adstant
proque deo celebrant mentiti membra iuuenci
et libertatis memorant id nunc suae numen.
tu motus ne flecte meos neue obuius ito,
dum meritos his mitto metus dignamque ruinam.
nec tu iacturam metuas. ne dempta potestas
culmen ad alterius confestim missa recurrat.
10 dabitur in terris multum praestantior armis
gens ignota tibi, quae sit te principe uictrix."
11 Territus his uates dominum subnixus adorat
talibus effatus: „Cur tantis motibus exit
in populum nunc ira tuum, quem dura gementem
imperia nimium metuens laxauit Aegyptus.
dum te, magne, timet, dum celsae robora dextrae
terrificant fracta miserum ceruice tyrannum?

1146 solemnem *A* 1147 illicet *C* 1148 nocte *A* olimpo *A* olimpho *C* 1149 dampnosa *C* 1150 infudit *A* 1152 ab arce *C* in arcae *A* 1154 citius π 1156 prophana *C* 1157 despicit *p* deposcit *AC* deposuit π 1158 En *p* Æ *C* Ea *A* ex π faraonis *AC* 1160 astant *A* 1163 tu| tum *C* neu *A* 1168 te *om.* *A* 1169 uatis *AC* 1170 affatus *C* 1171 nunc π tua *AC* 1172 imperio *C* 1173 temet *C* dum| tua π robura dexterae *A* 1174 fractu *A*

12 et nunc, o domine, quid dicet turba Canopi,
captiuis priuata suis infensaque plebi,
quam cernit nunc esse tuam, nisi te, deus ingens,
nequiquam consueta tibi pietate fauentem
produxisse uiros deserta in sede necandos,
dum uastos inter saltus sua funera ducunt.
sublimis indulge tuis uultumque serenum
exhibe poscenti; nam te quis uiuere moto
in terris caeloque potest? quem currit ad unum
13 quod moritur uiuitque tibi. tandemque recurrat
ad sensus, uenerande, tuos, quae dona pararis
Abramo quondam, proceri quae deinde Iacobo
Isacique pio, felix quos seruitus ornat,
quod placuere tibi: iuratus per tua, sancte,
robora dum spondes prognatos his fore curae,
rex inuicte, tuae, densandos pube frequenti
innumeraque acie, ceu magni sidera caeli
stellantesque micant mundano in cardine gemmae.
cur promissa labant? cur ditis commoda terrae
nullus habet uatesque insistit sedibus exul,
cui mellis spondes latices et flumina lactis?
14 Flectitur his dominus totamque expectorat iram.
15 ilicet excelso descendit colle propheta,
conscriptas referens domini de lege tabellas
introrsus extraque simul; nam pagina sancta
17 et tergo commissa fuit: cumque incitus exit,
uocibus inmodicis populi defigitur Auses
clamoremque putat bellantis hunc fore turbae.
18 sed uates non bella uidet, sed languida uino

1178 fouentem *A* 1183 que]ue *C* curat *A* 1186 proceriq. *C* procerioque *A* 1187 isaci *A* isaaci *C* Isaaco π 1188 quod] qua π sĉae *C* 1189 robura *A* spondis *AC* curae-tuae] cura-tua π 1192 stellantesque] stellant et *A* 1193 cur] cum *A* cõmoda *C* 1194 uatis *AC* 1195 spondis *AC* 1196 totam *C* tetram *A* exspectorat *C* 1197 illic &celso *C* 1198 conscriptas/ *(post s litt. erasa pr. m.)* *A* 1199 exutra *C* que *om.* *A* 1200 etergo *C* cõmissa *C* dum *A* cum *C* 1201 aures *AC* *corr.* *p* 1202 putant *A* 1203 uatis *AC* uidit *AC*

pectora multimodas in caelum mittere uoces.
19 iamque adeo ingressus castrorum limina ductor
bacchantis cernit populi feruere choreas
auratumque uidet tumida ceruice iuuencum:
quem uelut aetherium spectabat turba parentem.
ilicet infensus calidam dum concipit iram,
confringit tabulas. totum dum surgit in ictum,
20 iniectumque focis uitulum dissoluit et exin
porricit in pelagus sumptisque exinde fluentis
21 attonitos libare iubet: fratremque deinde
increpat offensus ualide. quod uana petentes
audierit iustaque deum uiolauerit ira.
22 ille pacem poscens crimen populare fatetur,
exortem sese faciens culpabilis ausi.
26 at princeps, punire parans dementia uulgi
crimina. Leuitas totis discurrere castris
27 et ferrum nudare iubet atque obuia passim
corpora, cognata quamquam de plebe, ferire.
28 illi alacres per nota sibi diuortia currunt
oblatosque ruunt cuneos raptimque uirorum,
ultores domini, circum tria milia caedunt,
quis uicena simul studio quasi milia iungas.
30 his gestis propheta suis iam mitior exit
31 aeternumque rogat populi pro crimine regem,
talibus effatus: „Peccauit turba tuorum,
rex inuicte, uirum plus quam mortalia quaerunt
pectora, mutarum pecudum simulacra colendo.
his et uota dedit et numen credidit aurum.

1206 bachantis *AC* 1207 uidit *AC* 1208 uelud *C* parentum *A* 1209 illicet *C* callidam *C* conspicit *A* 1211 iniectum *A* intectum *C* infectumque foris π exim *C* 1212 porrigit *AC corr. p* 1214 ualde π 1215 Aaudierit *C* 1217 exsortem *A* sese] sere *A* 1222 diufortia *A* 1225 uicena (*al.* l'i *ss.*) *C* quasi milia *p* similia *AC* studiosi milia iungunt π 1226 exiit *C* 1228 affatus *C* 1229 quaerunt] suerunt *C* 1230 pectorum *A* pecodum *A* colenda *A* 1231 his deuota π credidit aurum *A* credita uro *C*

et nunc, o domine, si dignum me prece ducis,
quam faciam fundamque tibi, dimitte reatum,
32 quem solus laxare potes. sin amplior illos
poena manet cunctosque tenet sententia mortis,
nomen, sancte, meum caelesti ex pagina dele,
quam scripsit ueneranda manus, cui subiacet orbis."
33 orantem responsa dei felicia palpant:
„Quisquis me uetito peccator crimine laedit
me contra ueniens, hunc sancti pagina libri
nulla tenet nomenque nocens delebitur inde.
34 at tu depropera captumque hinc explica cursum
promissosque locos susceptae adscribito turbae.
ac ne sollicita tangat te cura uadentem,
nuntius anterior semper gradietur euntem.
ast illos sua facta grauant, quos crimina fuscant,
33 3 erecta ceruice uiros sensuque tumentes:
quapropter socio tecum non ambulo gressu."
4 Haec populus maesto suscepit dicta reatu
inriguoque gemit ob tanta obprobria fletu,
pollutas sumens nigranti stamine uestes,
5 6 quem bonus eloquiis uates deponere tristes
indutus luctumque iubet multumque precatur,
ut uideant, ne forte dei sit grandior ira,
si fortasse pari fuerit de crimine laesus.
7 His actis conposta sibi tentoria promit
semotisque locat castris nomenque decenter
indidit a teste, cuius sententia uera est.
8 illum facta deo subeuntem limina cuncti

1234 illis *A* 1235 pęna *C* 1236 sanctę *C* 1237 quam *A* quod *C* subieč *A* 1238 felicia *p* facilia *AC* 1239 Quisquis inuetitor .... crimina ledit *(spatio 6—7 litt. uacuo) A* 1242 hinc] dehinc *A* 1243 loco *A* 1244 hac *C* 1245 nuncius *C* eunte *Mayor* eunti π 1246 illos *C* alios *A* 1248 tecum] secum π 1251 polluta *A* pulluta *C corr.* π e stamine *C* 1252 quem] quae π natis *AC* 1253 p̄catur *C* praecatur *A* 1255 de crimine *A* discrimine *C* 1256 conposta *A* cōposita *C* 1257 q. *al. ss. C* loco *A* docenter π 1258 in^di^dit *C* in testem π

certatim uidere uiri ipsique uicissim
gaudebant inferre gradum uel sistere contra:
9 cum subito, horrendum uisu, nubs fulgida caelo
labitur et summi perfundit culmina templi;
11 dumque pius uates graditur, dum deinde recursat,
aedibus in domini semper se condidit Auses
12 nusquam progrediens. at uates dicta reuoluit
cum domino consueta sibi, quaeque antea non sunt
13 mortali concessa uiro, deposcit, ut ora
comminus aspiciat domini ueneranda beati,
14 utque deus procerem semper comitetur euntem,
quamlibet aetherius uallaret nuntius illum.
adnuitur dictisque deus sublimibus infit,
20 quae facienda prius, quam tanti gratia doni
obtutus pascat mundana inuisere suetos.
21 „Heia age, deproperans rupem conscende minacem
22 et gressum defige tuum, ac dum meus alto
sic rediens decurrit honor, sub fornice saxi,
umbratus mea dextra, mane, dum praepete cursu
23 praeteriens refero diuinae umbracula palmae.
tum tantum spectare dei postrema meantis
crura potes: uultum non fas est uisere cuiquam
spirantum ex numero, mundana quos fouet aura."
34 4 haec, fuerant ut iussa, fiunt; mox caute dolata
consimiles tabulas diuina ad iura reformat
consuetamque sibi solitis de cursibus arcem
3 incomitatus adit montemque accedere iuxta
non patitur cunctos ipsasque eliminat illinc
lanigeras pecudes, quia sunt contigua noxae

1261 gaudebat *A* gradum *om. A* 1262 uisũ *AC corr.* π 1263 perfudit *C* 1264 uatis *AC* dum *A* tum *C* 1265 auses *C* auris *A* 1266 ad *C* uatis *AC* 1267 quaeque] q. *C* 1272 annuitur *C* 1274 mundaria *C* inuiscere *AC corr.* π 1275 conscendere in arcem *C* 1276 tuam *A* ac *A* hac *C* nam π meos *C* 1278 dextera *C* 1279 umbraculo *C* 1280 metantis *C* 1282 aura] ira *A* 1285 curribus *C* 1287 elimat *A* 1288 contagia *AC corr. p*

talia: corruptis nequaquam sancta cohaerent.
5 ilicet optatis domini sermonibus usus
cognoscit uentura suis seque ingerit ultro:
6 „O domine, quem larga facit clementia magnum
in caelo terraque tuis, tu mitis in aula
aetheria solusque potens, iustissimus idem,
indulgens pariter populis, quos mundus ubique
laetus habet tota dominum cum mente fatentes:
tu cunctos de fraude leuas, tu quidquid iniquum est,
condonare potes, solus quia crimine cares:
idem mortiferos solitus damnare reatus
in prolem natosque patrum natosque natorum:
nobiscum praecelsa deus uirtute maneto.
nam plebs ista ferox rigida ceruice superbit;
crimine si cuius commissa piacula donas,
10 uiuemus per saecla tui.“ mox sanctus ab aula
effatur dominus caeli, quae iusserat ante:
ut, cum uulnifica populus post bella quiesset,
otia respiciens, tantum consortia nosset
de populo concessa suo, ne forte uirorum
incautas mentes fallaci eluderet astu
16 coniunx sumpta foris profanaque sacra doceret.
28 iamque quaterdenos celeri cum lumine soles
triuerat hic uates, nullamque adsumpserat escam,
ieiunum referens ad castra ingentia pectus.
29 illum conspicuae fulgentem lampade flammae
30 obtutus timuere uirum fraterque ueretur
31 mortales reuocans fulgenti a lumine uisus.
33 nescius at uates subitae uirtutis honorem

1289 corruptus *A* coherent *AC* 1290 illicet *C* obtatis *AC* dñf *C* 1296 cum *A om. C*, te π 1297 quicquid *AC* 1299 item *A* dampnare *C* 1302 ceruice| uirtute *A* 1303 cõmissa *C* 1304 Viuemus] Quemuis *A* saecla| *A* 1306 post bella populus *C* quiescet π 1307 tantum| toto *A* 1310 coniux *A* sumta *A* profanã *C* 1311 nam| iam *C* soles *A* solis *C* 1312 uatis *AC* adsumserat *A* 1315 obtutu *Traube* 1316 mortalis π a *om. A* fulgentia lumina π 1317 uatis *AC* honore *Aediluulf*

sacrato fulsisse sibi, formidine plebis
noscitat inmensi uelandum luminis ictum,
ne Iudaea cohors cum uisu auerteret aures.
34 sed cum pacifica domini se ad uerba ferebat,
lutea perspicuo tollebat lintea peplo.
35 5 ilicet exhibitis populo certante metallis
6 et quae Sidonio tinguntur uellera luto,
artibus eximiis sacratam perficit aedem.
40 32 quam dominus missa sublimis nube repleuit
in tantum, ut uates non posset scandere postes
33 sanctificos, quamuis toto se limine uelum
panderet et foribus custos non obuius esset.
34 Haec cum mobilibus sese dimouerat auris,
36 castra mouebantur; nox rursum sueta reuerti
fulgebat rubrae nimio de lumine flammae,
dum uolucris deferuet apex numenque praesentat.

1318 fulsisse *p* uisisse *A* uisæ *C* sacrata uisa sibi de π sacratum uisum esse sibi *Traube* 1322 lutea] lintea *A* lintea *AC* 1323 illicet *C* 1326 replebit *A* 1327 uatis *AC* possit *A* 1328 lumine uelum *A* imine uallum *C* 1329 foribus] frontibus *A* 1330 dimoueret *A* dimouerit π 1331 nox *A* ṁox *C* mox π reuertit *A*

FINIT LIBER EXODVS · *CA*
INCIPIT LIBER LEVITICVS *C (f. 56ᵃ imo)*

LEVITICVS.

1 9 Postquam conspicuo longinqua in deuia templo π²
extrema est inposta manus, mox cura sacrorum
uatibus incubuit, quo ritu quaeque litarent:
hostia peccatum demeret quae, quaeue salutem
caesa daret: quae dona potens, quae pauper ad aram
5 7 poneret et geminus quae ferret commoda turtur:
11 quaeue columba pari sociata et iuncta columbae
8 24 sed mirum, pecudum caesarum uiscera raptim
ignis edax celso rapiebat sidere missus.
10 1 Interea iuuenes uegeti iam fortibus annis,
esse sibi licitum stolido dum pectore credunt,
Nabdus et Abiudus, Aronis nota prophetae
pignora, sacrilegis accendunt ritibus ignem.
2 haut multum dilata nece: nam fulgur ab axe
emicuit supero atque inter uota necauit
non sincera uiros, multum genitore maerente,
5 frigentumque dehinc tumulantur membra sepulchro.
6 mox tamen abstinuit genitor lugere sepultos
germanique omnes, fletum prohibente propheta,
7 qui populo permissus erat: namque igneus ardor,
caelesti de sede uolans, concusserat omnes
inserto terrore uiros palamque uidebant

INCIPIT LIBER LEVITICVS *AC* (*A* f. 125ᵛ²: *C* f. 57ʳ) 1

1 templum *C* 2 in(im *C*)posita *AC* sacrum *C* 4 quae demeret quaeue *AC* *corr.* *p* quae dem. atque π 5 celsa *A* quae *om.* *A* 6 cōmoda *C* 7 pari sociata *p* pris(i)cociata (pscociata *C*) *AC* piae sociata π 9 ædax *C* 12 aronis *AC* 14 haut *A* haud *C* dilati *A* nece dilata π 15 inter haec nota π 21 concusserat *A* concluserat *C*

temnendum non esse deum. qui non foret absens.
9 Haec inter domini cognoscit uoce sacerdos
uina negata sibi mellitaque sicera natis.
ne. quando dominum positas uenerentur ad aras.
halitus offendat uinoso ex pectore missus.
11 2 communis populo distinguit regula uictus:
et quid uel liceat uel fas adsumere non sit.
eloquitur. quem nostra etiam conuiuia morem
13-15 caelesti sub lege tenent: ne uultur in escis
aut coruus picaue fiant. neu buteo furuus
accipiterue sagax aut miluus ore obunco.
et quae difficile est metato edicere uersu:
ne quae munda parum congesta in pectore sidunt.
innocuas tactu faciant sordescere fibras.
12 2 femina. quae licito uacuatur uiscera partu.
si puerum generat. septeno in lumine sordet
3 corpore cum toto; sed cum se uerterit axis
octauus. quo sollemne est truncare pudenda.
4 pelliculum demet ueretri. atque inde sedebit
ter denis tribusque dehinc iam feta diebus.
ne. quae sanctificis adolentur cultibus, audax
polluat aut uisu aut foedo altaria tactu.
5 quodsi concepta laxarit membra puellae.
obseruans geminum tempus nil fraudis habebit.
6 quo deinde expleto confestim dona uouebit
turtures aut geminos. similes aut terga columbas.

23 tempnendum *C* 24 uoce/// *(m eraso) A* 25 que *om. A* 28 cō-munis *C* 29 assumere *C* 31 æscis *C* 32 pigaque *A* buteo/ (s *eraso iterumque in marg.* Nota buteo//) *A* 33 ore miluus abunco *A* obunco miluus ore *C* 35 q. *C* munda *om. A* congesto . . . . in pectore *(septem litt. spatio uacuo) A* congesto *AC corr. p* 36 fybras *C* 37—94 : *om.* π^1 37 uiscera *A* uiscere *C* 38 septimo *A* 39 reuerterit *A* 40 ∴ octauus qui sol nitet *A* octaua qui sole nitet *C corr.* π 41 pelliculum *AC* demet *A* debet *C* 42 que *om. A* iam *C om. A* foeta *C* 43 neque *AC* scĩficus *A* adulentur *C* aduletur *A corr. Mayor* 44 polluta *AC corr. p* aut] ut *C* 45 *an* conceptae? laxaret *AC corr. p* puellam *C* 47 quod *A* fauebit *A*

aut grege de molli candentis uelleris agnum.
7 ut saniem precibus ualeat cohibere sacerdos.
13 14 Morborum quoque effigies et signa docentur,
dumtaxat quos lepra creat, quae corpore toto
lutea pallenti perfundit uiscera tabo
albentemque cutem maculis feralibus implet,
ut, quia per domini nonnumquam exaestuat iram,
hoc medicante fugam capiat corpusque relinquat
orantis pro noxa uiri munusque ferentis,
paupertas quod praestat, ouans quae uincere dites
saepe solet: dominus uotum quia simplicis haurit.
nec grandis inpensa tamen praestanda medendi:
14 10 nam pullos offerre duos agnosque gemellos,
ut uitulo coniungat ouem, ius praecipit omne,
polline cum tenui, quam sparsit riuus oliui.
21 haec diues offerre potest: sed munera paruum
parua manent; namque aut uitulum mactabit ad aram,
qui uiget explicito bis senis mensibus anno,
et quiddam de farre pio, quod miscit oliuo,
22 turtures aut geminos, similes aut forte columbas.
15 2 Quin etiam somnos hominum quia saepe uoluptas
per noctem deludit iners, si forte ueretro
semina destillant, fit corpus turpe iacentum
7 inmundumque manet, donec iam uesper ab aethra
conspicuus laeto praecedat lumine noctem:
4 sqq. nec solum foedo deturpant corpora naeuo,
sed quidquid contingit agens, quem somnia fuscant:
13 id propter fluuio fas est perfundere membra,
puritas ut redeat propere cessante reatu.

49 uelleri signum *C* 50 *V*//t (u *eraso*) *C* 52 quae] q : *C* quos *A* 53 pallente *A* pallanti *C* tabo *A* peste *C* 55 dominum *A* inaestuat *C* 57 orantes *A* ferentes *A* 58 q. *C* dites *C* diues *A* 59 saepae *A* quia *C* quae *A* aurit *C* 61 gemelles *A* 62 oues *C* precepit *A* omnẽ *C* 64 parum *A* 67 Et quiddam *p* aut quiddam *AC* miscit] *AC* oliuo *A* oliuum *C* 68 aut forte *A* nãq;ue *C cf. u. 48* 69 etiam per s. *C* quia] quae *A* saepae *A* 70 deludit tenero si *A* deludit ener si *C* *corr. p (an* ludit tenero?) 71 distillant *C* 75 quicquid *AC* 77 re/deat ut puritas (d *eras.*) *A*

12 testea quin etiam fas est perfringere uasa
contactu maculata uiri, at facta metallo
diluere ac uitreo sordes diducere riuo.
16 Hac etiam liciti coitus sub lege piantur.
13-15 ilicet exutis membrorum labe molesta
antistes praestabit opem, cum sole reuerso
septima puniceis aurora eluxerit astris,
turture si gemino ueniat subnixus ad aram
peccati uotique reus paribusque columbis.
19 Femina, decurso quae fit iam menstrua mense,
foedatur sanie madida, quae promitur aluo,
et quidquid tangit, maculat, dum septimus exit
25 lucifero redeunte dies; sin auctius urget
unda nocens certique abscedit temporis ordo,
indiscreta mali facies idemque reati
29 finis erit, sanctam si promat munus ad aram
ex his, quas domino constat placuisse uolucres.
16 1 Interea extinctis merito sub crimine natis
Aaronis proceris dominus haec intimat ingens,
2 ut, quia praetentis dimissa umbracula uelis
altar habet sacraque simul praenubitur arca,
temporibus certis sese referatque locetque
sacerdos pia uota ferens, quia sanctus ibidem
consistat dominus albenti in nube uidendus,
3 sic tamen ut uitulum proprio pro crimine mactet,
5 7 proque synagoga similes mox immolet hircos,
8 10 sorte sub oblata, unus qua deuius erret,
peccantum delicta ferens secumque recondens,
9 ast alius placidam ut domino mactetur ad aram,
optima siderei laturus commoda doni.

79 metalli *A* 80 ac] hac *C* diducere *C* deducere *A* 81 hac *pπ* haec *AC* 82 illic et *C* 87 faemina *A* fit *A* sit *C* mensę *A* 89 quicquid *AC* maculat *om. A* 96 aronis *A* 97 quia] qua *A* 98 qu/e *ex* quae *A* 100 quia] quae *A* 101 constat *A* consistit *π* 102 sic *p* is *AC* 103 quae *A* sinagoga *C* īmolet *C* hyrcos *AC* 104 qua] qui *π* 105 peccatum *A* 106 placitam *A* 107 cōmoda *C*

17 14 Bestia uel uolucris, nullo quae sanguine fuso
functa fuit, nullis prandentum est congrua mensis:
idcirco quoniam multorum in sanguine mens est.
13 atque etiam si forte pecus mucrone peremptum
laxarit croceam sectis de faucibus undam,
debet terra tegi, ne sit non condita fraudi.
18 Instruit hinc dominus, quae sint consortia noxae
quaeue iuuent parili concordia pectora nexu,
quae certis digesta modis hic explicat ordo:
7 inprimis genetrix cubili accommoda non est,
in quo nupta iacet, nullumque agnouerit usum
excepta pietate sui mens sedula nati,
ut quae paternis nonnumquam amplexibus haesit.
9 sqq. hoc germana modo, eadem de matre creata,
aut neptis inspecta tibi natoue nataeue:
12 non amita affectu nec sit matertera foedo
15 iunctior inue nurum noxalis luxus oberret,
16 uel nuptam, quam frater habet; non nouerit usum
17 filia, quem genetrix, lectoue incumbat eodem,
uni mixta uiro, coniunctaque nomina turpet,
si nouerca fiat canorum feta nepotum,
ut quae priuigno coniungitur, et duas uno
18 germanas cohibere sinu res absona iuri est,
20 uel quam coniuncta uobis de plebe capessit
21 proximus: haut natus detur seruire potenti,
ne uetito nomen domini uioletur in actu.
22 masculus obsceno ne sit permixtus amore.

108 uolucres *A* q. *C* 109 prandenda *A* prendentũ *C* *corr. p* prendenda π 111 etiam] iterum π 112 laxaret *A* laxare *C* *corr. p* roseam π 116 degesta *A* 117—139 *om.* π[1] 117 genitrix *C* cõmoda (ac *om.*) *C* 120 ut *p* et *AC* 121 de *A* l' *C* 122 natae] nata *C* 124 iun^c^tior (c *minio ss.*) *C* inuenorum *C* inuenarum *A* *corr. p* (*cf. c. XVIII 14*) *antea* in uenerem *p* oberret *C* abhorret *A* 125 usu *A* 126 quem] q̃. *C* quam *A* *corr. p* incubat *A* 127 coniuncta] iuncta *A* que] ue *C* 128 foeta *C* 129 ut *Mayor* et *AC* 131 nobis *C* 132 aut *AC* *corr. p* 133 actu] ictu *A* *om.* 132 *sq. non suo loco legi uidentur*

23 neu sexum deturpa tuum, nec quadrupes ulla
nouerit informes coitus nuptaeue uiriue:
24 crimina quae propter dominum laesere potentem
25 gentes multimodae, terraque his omnibus iras 80
exhibet et sordes, quibus est infecta, refutat. 81

* * *

19 9 at cum triticeas tondet iam messor aristas. 59
10 uel cum flauentes resecat uindemitor uuas, 60
nemo legat totum, ut pars linquatur egenti,
11 quae suprema fuit. mendum ne dixerit ullus,
neu furtis seruire uelit nec perdere fratrem
12 nec super iniustum iurandi inponere iura.
13 laedere ne libeat quemquam uel rapta tenere. 65
neue operi pretium demat mercede locati
14 uel una sub nocte uiri: neu dicere surdo
surde uelis damnumue exprobres corporis ulli.
15 iudicis arbitrium ne sit propensius umquam
in laeuum dextrumue latus, quia pauperis una 70
eximiique uiri debet persona uideri
illis, qui posita rectum discernere lance
16 mente queunt docili. mox turgida pectora frena,
inuisus ne forte fias, dum despicis omnes.
17 oderis aut fratrem, tacita si cogeris ira, 75
sed castiga magis coramque euolue locato, 79
ut uitet commissa prius mentemque reformet. 80
18 et cum iura tibi fuerint commissa nocendi,
motus pone libens iramque emitiga totam,
pectore quae tacito dudum contracta uigebat:

135 deturpat tuum *C* quadrupis *A* 137 lesere *AC* 138 q. *C* quae *A* iras *C om. A* 140 at] aut *A* tundet *A* 141 uindemiator *C* 142 ægenti *C* 143 supprema *C* 144 fortis *A* pdere *C* prodere *A* 145 iniustum *p* iustum *AC* imponere *C* 147 operi *A* opere *C* 149 surde *AC* surda π dampnum *C* 150 ne] non *A* 151 leuum *AC* 153 rectum] rerum π 154 quaeunt *A* pectora *om. A* 155 dispicis *A* *post* 156 π *nescio quo errore ponebat 163—165* 158 cōmissa *C* 159 cōmissa *C* 161 tacito *AC* tacita π

ne dominus sis ipse tui uindexque doloris.
utque tuis cupies iucunda et commoda rebus,
sic fratri deposce tuo. ne dissona mens sit.
19 hoc seruate uiri sanctoque insistite iuri.
Sint iumenta tuis subnixa et subdita plaustris
corpore consimili, nec taurum iunge caballo
frena regens; uirides inter nec spargito uites
farra serens: uestisque tibi nec discolor ulla
diuerso sit texta modo filoue biformi.
20 diligit ancillam si quis mercede seorsa.
nondum iure dato. quod seruis missio praestat
et data libertas, mortali crimine caret.
[puella] si non iuncta uiro sensum coniunxerit unum.
si facilis nullo coitus luctamine praestat.
21 lenitur per uota deus. si de grege molli
uotiuus aries domini mactetur ad aram.
23 insita siluestri quotiens sunt germina trunco.
carpite post ternos nequaquam poma decembres.
24 sed summo sacrate deo: quia quintus edendi
25 iura dabit uobis licitis cum uictibus annus.
26 auguriis seruire nega atque auspicis orsa
27 pro ueris audire fuge: rectumque capillum
crispanti rutilare coma. uel carpere barbam.
28 aut ferro signare cutem. uel stigmata membris
indere corporeis haut umquam mitia membris.
29 filia blandiloquis ne sit te mancipe moechis
31 aut turpi transcripta toro: cantuque medentes
32 euitate uiros: dignaque accersite noxa.
si iuuenis uetulo non adsurrexerit, et si
barbato cuicumque puer, quia grandior aeuo

163 utquę *C* iudicanda et rebus cōmoda *C* 168 reges *A* 171 ancillas *A* ancellas *A* *corr. Mayor* 174 si puella non *C* puella si non *A* *corr. p* 175 praestet *A* 176 laenitur *C* 178 quoties *C* 180 ędendi *C* 181 conuictibus *A* 182 auguris *C* 184 crespanti *C* 185 cutem signare *C* 186 haut] aut *AC* 188 transscripta *A* thoro *AC* 189 accersite noxa *A* arcersit enoxa *C* 190 uitulo *A* 191 cuiquam puero *A*

postulat officium, paternis quod datur annis.
35 sit modio mensura tuo non debilis umquam:
36 nec trutinam serues, cui sit semuncia fraudis.
iustus iusta deus quocumque exquirit in actu.
20 6 et qui uentriloquos poscunt responsa, refuta.
21 5 defunctum propter nullus deponere barbam
aut nudare caput studeat frontemue serenam
polluat aut quidquam, quo sit deformior, optet.
7 femina, noctiuagus si quam possedit adulter,
coniugio est indigna uiri, quem postea sumat,
et quae de sensu, quo sunt diuortia, missa est.
10 nesciat alterius thalamos; purusque sacerdos
omnibus in rebus nitidum praestabit oliuum,
quo perfusa prius sacrati uerticis arx est.
13 huic coniunx de gente sua conpertaque soli
14 haereat et uiduam uitet luxuue nocentem,
15 ne maculosa fiat uetita de matre propago.
17 sqq. et si quis uitium quodcumque in corpore gestat,
⟨ille⟩ haud dignus erit, qui ⟨munia⟩ sancta capessat.
22 3 corpora pura placent, maculis haut inlita foedis,
4 femineus quae luxus habet, cum uota sacrantur,
quae captu pro quisque suo deuouit ad altar.
21 23 quin et uela simul nequaquam iungere fas est:
22 9 nam maculis sordent. purus est rector in altis.
12 filia sanctifici fuerit si tradita uatis
externi sub iura uiri, libamina prima
13 nequaquam contingat edens: si coniuge functo
aedibus in patriis coepit consistere, sumat

192 paterni *A* 196 refutat *C* deuita *A corr.* π 197 difunctum *A* 198 ue| que *A* 199 quicquam AC optet| obtet *A* aptet π 200 si quam π si *om. AC* 205 arx] ara π 206 coniux *A* cōperta *C* 207 ue| que *A* 210 haut (haud *C*) dignus erit qui sancta capessat (capissat *A*) *AC (nulla neque in fronte neque in medio uersu lacuna),* Munia non hic dignus e. q. s. c. π, *eum secutus corr. p* 212 quae] q. *C* quas π fluxus π 217 hesterni (he̜ *C*) *AC corr.* π iure *AC corr. p* libana *A* 218 e̜dens *C*

quem genitor. secura cibum panemque uicissim.
14 quod si sancta manu quicumque admouerit ori
nescius. ob culpam quintas deportet ad altar.
24 2 Pendeat ante tholum lychnus laquearibus altis.
noctibus ut praestet flammatum lumen oliuum.
ne decursa dies pallentes misceat umbras
aedibus in domini sanctaque altaria condat.
10 Haec inter calido iuuenes duo felle mouentur:
hic Hebraeus erat. alius generatus Aegypto.
dumque alterna sibi dicunt maledicta frementes.
11 inmensum domini nomen fuscare querella
non timuit Iudaeus iners. dum ducitur ira.
14 quod facinus propter castrorum ex aggere tractus
et positus campi medio. mandante loquella
sublimis domini. saxorum concidit ictu.
percurrit pia iura deus atque omnia pandit.

* * *

25 25 Indigus alterius quotiens uult sumere nummos
pignore deposito. si rus addixerit illi.
cuius poscit opem. reddat sibi credita promptim.
cum fuerit ditata manus. atque illa receptet.
quae fuerant transcripta prius: in perpete uita
28 indigus extiterit. illo fit liber in anno.
quo cunctis est missa quies et dulce leuamen.
29 quod si forte domum media quis mancipet urbe.
restituat hic aera sibi commissa per annum.
30 ne post emissum dimittat praedia tempus.
35 sic tamen orantum danda est pecunia dextris.

220 genito *A* cum genitore cibum secura π 221 quaecumque *A* ore *A* 223 ante tholum] & holum *A* lignus *C* licinus *A* 224—226 *om.* π^1 224 flammiatum *AC* 227 duo *p* dum *AC* 228 aebreus *C* ebreus *A* 229 quaerella *A* quaerela *C* 231 dicitur: *sed* ic *in f. ex* u *corr., ut syllaba* uc *efficeretur C* 232 loquela *C* 236—265 *om.* π^1 236 quoties *AC* 240 trans scripta *AC* 241 exstiterit *A* 244 cō-missa *C* 245 praesidia *C* 246 tamen] tunc *A* ornantum *AC corr. p*π

36 exigat inplicitum ne post usura lucellum.
39 quisquis inops tenuem uitae non sustinet usum
ac duros perferre dies, meliusque putabit
subdere se domino iam libertate remota,
non ferat ille iugum ueluti de serua creatus,
40 sed uelut adscitus positae mercedis ad actum,
41 donec decurso redeat iam tempore liber,
quo cunctis concessa simul sunt otia rebus.
48 ac si ceu domini imperio distractus abibit,
proximus hunc redimat, aut, si non adfuit ille,
contribulis quicumque sui commercia fratris
iussus agat iugumque uiro seruile sequestret.
50 nam si legitimo fuerit diuenditus aere,
seruiet, optato ueniat dum tempus in anno,
quo cuncti sua iura simul dimissa resumunt.
52 aut, si parua fuit annorum summa, labore
conpleat hanc proprio manuum quem praestitit actu.
54 sic abeat, quocumque uolet, secumque reducat
libera securos pariter cum coniuge natos.
26 3 talia sincero condentem pectore iussa
6 pax tranquilla manet, nullo quam bella tumultu
proturbare queunt: longos sed missa per annos
5 otia multimodo conplebunt horrea fructu.
7 quin etiam si tela ferox destrinxerit hostis,
8 exigua bellante manu detrusus abibit,
quam libet inmensas acies in proelia ducat.
14 ast illum, qui iussa dei sublimia uitat,
16 mortis terror aget, ceu ferrum torqueat hostis,

247 implicitum *C* urura *C* 248 inobs *C* 250 se nomino *A* 252 uel ut *A* uelud *C* mercedes *C* 253 decursũ *C* 254 quo] qđ *C* 257 contribulis | Tribulis *C* 258 iussus] uisus *A* seruire *C* 259 deuenditus C 260 serui& *C* seruiat *A* 262 annorum *p* nummorum *AC* 263 EXPLICIT 263-309 *ABC* EXPLANATIO *[sc. Wigbodi]* LIBRI EXODI; Conpleat *e. q. s. (continua scriptura) B f. 129ʳ, 2 med.* compleat *AC* manuum *A* manum *BC* quem | quam *A* abiat ω quoc.] quaec. *A* 265 securos *A* securus *C* securas *B* 266 pectora *C* iusa *B* 268 quaeunt *L* 269 cõplebunt *C* 270 ferox *L* uelox *C* distr. ω 272 praelia *BC* 274 agit ω *corr. p* hostes ω *corr. Mayor*

(ω = *ABC*, *L* = *AB*)

17 praecipitique fuga trepida condetur in urbe.
20 hinc postrema fames morbis pallentibus illum
ambiet et saturus quamuis ieiuna putabit
ora sibi semperque metu redeunte timebit.
21 ac si conlibitum portis bipatentibus ire,
quo sensus duxere sui, hunc maesta per agros
22 undique desertos heremus confundet euntem,
raptoresque lupos et quae sunt dente uel ungui
terribiles per rura ferae, plus triste timebit:
26 et quamuis pingui generetur caespite terrae
uerna seges, teneras culmis non promet aristas.
29 natorum tum membra pater ceu dulcia morsu
adpetet atque fame genetrix demittet ad aluum,
quod genuit fecunda prius. tum uincula captis
33 inponet iam uictor ouans flammaeque micantes
adtollent rutilos per tecta ingentia crines,
urbibus in cinerem uersis, quae foeda gerentes
ambierant ualido quondam tutamine muri.
30 deficient tituli, uanarum insignia laudum;
et quae pulchra prius fuerant, destructa peribunt,
44 ut deus in celsis semper uenerandus ametur,
idola quem nequeunt mentito adtingere cultu.
27 Quae deinde in uotis maneat taxatio dragmae,
femina si fuerit seu mas donatus ad altar,
perscripsit rubrica dei, seu grandior aeuo,
seu puer aut uirgo nondum pubentibus annis,
seu domus aut fundus, seu quidquid mente dicatur,

275 conditur ω *corr. p* condatur π 276 hinc *p* huc *C* hic *L* famis ω psallentibus *C* 277 ambiit *BC* 281 desertos *A* deserto *BC* aeremus *C* confundit *AC* confudit *B* 282 ungui *AC* lingui *B* 284 cespite ω 285 culmis] culmes *B* culmus π promit *AC* promittit B^1 (tit *post eras.*) 286 dulcida *B* 287 appetet *C* genitrix *C* dimittet *AC* dimittit *B corr.* π al/uum *B* 289 impone dam uictor *C* 290 attollent C per tecta] per te *B* 293 difficient *C* dificiente *B* uariarum π 294 quae] q. *C* fuerant prius *BC* 295 celsi *B* coelis π 296 nequaeunt *B* attingere *C* 297—309 *om.* π^1 297 texatio *A* 301 quidquid] *B* quicquid *AC*

cum secura deo gaudet mens credere summo,
seu cum sollicitis agitur permota periclis,
in quibus inplicitus ne sese inuolueret error,
pars expressa manet, pars est concredita uati.
30 ut decimos etiam taxet sententia fructus.
31 si libitum retinere pecus agrumue domumue,
donantis sub iure fuit: mox pendat ad altar
commoda quae pretiis indunt concordia nummi.

302 menso *B* credere *A* reddere *BC* 303 sollitis *B* pericụlis *B* 304 implicitus *C* 305 expraessa *B* congredita *B* 306 decimus *B* 308 alta *B* 309 cõmoda *C* conmoda *B* praetiis *B* induunt ω *corr. p*

FINIT LIBER LEVITICVS:˙ INCIPIT METRVM SVPER NVMERVM A

EXPLICIT METRVM SVPER LEVITICVM *(f 130,r1)*

EXPLICIT LEVITICVS INCPT METRVM SVPER NVMERVM *(f 135,u1)* *B*

EXPLICIT LIBER LEVITICVS INCIPIT LIBER NVMERI *C*

NVMERVS.

1 1 Verterat interea solitis recursibus annus,
mensibus explicitis sua per uestigia currens.
postquam lecta deo pubes Nilotica liquit
litora et e Pharia tandem migrarat harena;
2 cum deus astrigera fulgens de sede locutus
imperat, ut uates tribuum mandata tribunis
certa ferat plebemque dehinc percenseat omnem,
3 sepositis pueris et quos iam grandior aetas
exhibet inmunes trepidi sub cura duelli,
ut, quae summa fiat, bis denis noscat ab annis.
18 illi alacres relegunt numero currente per omnes
turmas quisque suas cursimque inspecta locuntur
nomina, bissenis tribubus quae condita perstant.
46 haec sexcenta simul conplerunt et tria iunctim
milia, quingentos pariter si iungere cures
44? quinquies et denos, domuum cum deinde uiritim
notio perdocuit procerum bis milia sena.
49 Leuitas uero, domini quos cura sacrorum
sola manet, uetuit plebis coniungere summae.
hinc adlecta deo Getsonum milia septem,
3 17 28 quingentis pariter positis; Gaada seorsum
bis quaterna facit sexcentis comminus auctis;
33 tertia bis ternis sed milibus atque ducentis

3 pubis *ω* liquid *C* 4 e faria *A* ef faria *BC* migraret *B* 5 loquutus *B* 6 uatis *ω* 7 feret *B* 8 aetas *p* aeuum *ω* 10 quae] q. *C* 11 omnẽ *A* 12 tọ̆rmas *B* loquntur *C* 13 quae] q. *BC* p̄stant *A* 14 sescenta *B* cõplerunt C 15 cu/res (r *eras.*) *A* 16 domuum *C* doemum *A* domum *B* 21 gaada *C* caada *A* gaad *B* 22 cõminus *C* conminus *B* 23 sed milibus *p* similibus *ω*

1-6 (ω = … L = …

34 exhibuit patrio dicta sermone Merara.
25 31 36 has diuersa manet quoniam custodia summas
sacrorum templique dei. sic castra sequestrant.
23 prima legit pelagus; alia se porgit ad austrum;
29 35 tertia praegelidas aquilonis respicit auras.
38 at qua prima rubet uenientis flamma diei,
maxima conspicui ponunt tentoria uatis.
40 hinc genitos primo pueros dinoscere partu
et domino sacrare parat, qui milia conplet
43 bis undena, simul bis centum si superaddas
septies et denos, pro quis adsumere dragmam
46 47 uatibus est licitum sacrisque addicere templi,
49 emptos cum ueluti diuina eliminet ara.
4 48 ilicet adplicitos sacrarum ad munera rerum
ex Getsona manu Gadaque et dicta Merara
bis quaterna legunt quingentis milia iunctis,
quinquaginta super positis, quos ferre seorsum
49 ornamenta domus domini uel promere iussit.
5 sic ibi iam positis sumebant otia castris;
2 ex quibus excludi placuit trans limina portae,
morborum quis dira tabes corruperat artus,
3 ne ualidos inter positi contagia ferrent,
abdita dum calidis errant discrimina uenis.
12 ilicet uxori tacito qui pectore zelat,
13 nec testem, qui prodat, habet, si serus adulter
polluerit casti quondam cubilia fulchri,
15 ad uatem festinus eat coramque praesentet.

24 inerara *B* 27 porgit *A* pergit *C* porrigit *B* 29 At qua *p* Et qua π a qua *A* atq. *C* adquā (ā *al. ex* a) *B* uenientes *C* 32 complet *AC* 33 undena simul bis centum *A* undenas bis simul (simus *C*) centum *BC* 35 scaris *A* 37 illicet (illic et *C*) ω 38 exiget sona *A* mana ω *corr. p* 39 quingintis *B* 42 sic ibi *p* sicubi ω 43 ex] e *B* lumina *AC* 44 tabis *BC* corrūperat *C* 45 ualidos *L* ualidus *C* ualidis π 46 uenis] ueniis *B* 47 illicet ω zelat *C* 48 si serus (rerus *B*) adulter *BC* sir seruus serus adulter *A* 49 pulluerit *C* condam *A* 50 at *C*

quam credit peccasse sibi. canamque farinam.
hordea quam faciunt. sacratum promat ad altar.
quam nec ture linat. nec pingui inroret oliuo.
17 praeuidus hic uates undam de fonte capessat
fictilibus labris. modico quam puluere tinguat
quem capit e media pronus testudine templi.
18 mox illam nudare caput palmisque tenere
conpellet geminis memoris libamina sacri.
utque bibat latices secum maledicta tenentes.
19 conpellet senior. quae fit si criminis exsors.
inlaesa cum mente manet uultuque sereno.
20 at si sub tacitis celantur crimina fibris.
21 turgebit subita mulier tentigine morbi.
obscenumque femur putri cum carne liquescet.
27 insuper et plebis acuit maledicta iocantis.
dum facili exprobat commissa piacula risu.
6 2 Haec inter casto uitam si ducere ritu
mente parat quisquam uotique implere reatum
peruigili exoptat sensu. ne luxus in ipso
corporeus certo possit sub fine uigere:
3 uina neget sibi nata libens et cuncta refutet
pocula. quae calidis in uinum uertere lymphis
aut melle aut pomis consueuit cura bibentum.
4 cum liquidos puris renouant de fontibus haustus.
horreat hic uuas. acinum nec mordeat ullum.
qui uini uel rore madet. uel solibus aret
in passum crispo concretus margine rimae:
quin etiam laticem mordacis uitet aceti.

51 52 coramque farinam *(om.* praesentet-canamque*)* *A* 53 ture *B* thure *C* tere *A* 54 prouidus π uatis ω capisset *A* 57 illam *p* illa ω capud *A* 58 conpellet] ω. conpellit π 59 que] quae ω tenentis ω 60 quae] q. *C* fit] sit π exors *C* 62—172 *om. B* 63 subito *A* tertigine *A* 64 absce-num *A* quę *C* faemur *A* putri] pariter *A* liquiscet *A* 65 iocantis *p* locantis *(sic) AC* loquentis π 66 facile *A* cōmissa *C* 67 hic *A* casta *A* seducere *C* 69 exobtat *A* 70 uigere sub fine *A* 72 limphis *A* 75 modeat *A* 76 qui *AC* quod π 77 inpassum *C* insparsum *A* magine *A*

sobria mobilibus delibans pocula riuis;
5 concretamque gerat toto cum tempore barbam.
qui uoto perscriptus erit: crinemque fluentem
6 intonsus conseruet apex: lustrare sepulchra
7 nesciat et patrum tumulos bustumque sororis.
8 ut sanctus persistat honor. si forte sub isdem
9 conpositus tectis aliquis laxauerit artus.
morte obita. infectum ueluti sordescere coget.
is igitur ueniam curis mordacibus oret.
tondeat et crinem squalenti in uertice pastum;
10 et cum clara dies septeno eluxerit ortu.
turtures aut simili candentes pluma columbas
11 offerat. ut uitium uatis per uerba leuetur
12 atque precem; iactura tamen sit temporis eius.
quo prius abstemius fuerat. rursusque capessat
principia optatis iterum currentia uotis.
quaesitam ut meritis ualeat contingere metam.
14 omnibus his gestis, postquam sua praemia conpos
certa tenet. similes albentis uelleris agnos
offerat. expliciti bidentes cursibus anni;
16 unus ut occumbat quaesitae ad praemia mercis
17 peccatumque leuet: nitidi iam corporis alter
atque salutiferos aries decumbat ad actus.
15 ille etiam niueos panes conspargat oliuo.
et quidquid sacri ueteris sollemnia poscunt,
20 ut ualeat rursum desueta adsumere pocla.
23 ergo agite. et plebem quotiens sacrare precatu
orantem cupitis. hoc Christum poscite fatu:

79 dilibans *A* 81 perscriptus *A* ꝓscriptus *C* praescriptus π 84 ut] et *A* hisdem *AC* 86 obita *p* oblita *A* sopita *C* ueluti] uelisti *A* morte uelut subita infectum π 88 crin&̃ *A* partum *A* 89 septimo *A* 92 Atque] Et *C* praecem *A* lactura *(sic)* *C* sit] si *A* 93 capissat *AC* 94 obtatis *A* 95 metam] *A* m̃tẽ *C* 96 cõpos *A* campos *C* 98 bidentes *A* uiuentes *C* 101 salutiferus *A* 102 ille] uel *A* niueos] nouos *A* conspargat *AC* 103 quicquid *AC* sollempnia *C* solempnia *A* 104 pucla *A* 105 quoties *AC* praecatu *A*

Dextera uerticibus hominum dum prona recumbit,
24 candidus aetheria uobis benedicat ab aula
omnipotens, custosque fiat per saecula uester,
25 fulgentemque deus faciem super omnia uestrum
attollat capita, et sit miserator in aeuum;
26 eleuet et uultus, ut uos de sede reuisat
inclita et ingenti dominus det munere pacem."
7 1 nec minus interea uates circum omnia promptus
iussa dei primam castris socialibus aedem
exornat domini pinguique inrorat oliuo,
et quaecumque nitent argento effecta uel auro
uasa domus sanctae, simili de flumine lauit.
2 3 plaustra dehinc, tribuum dederant quae iuncta tribuni,
cornigeris bobus parilem diuisit ad usum
6 Leuitisque dedit: geminis bis ducta iuuencis
7 carra duo primae Getsonum tradita turmae;
8 at Merara cohors quaterno bis boue iuncta
quattuor accepit rebus carpenta ferendis,
quae sacris sunt facta dei; nam sola Gaada
9 inmunis donis gestauit pondera collo.
11 Interea tribuum proceres pia dona ferentes
discretos habuere dies; namque agmina plebis
? sunt quingenta, simul uiginti et milia bina,
bis senis ducenda uiris, quorum ordine primo
12 uouit Iuda tribus donum Nassone tribuno:
13 14 in quo uasa dedit argento insignia fuluo,
quae simul expletis faciunt bis pondera centum
atque decem, niuea prorsum siligine plena,

111 attollet *A* miseratus *A* 112 de sidere uisat (siderae *A*) *AC corr. p* 113 inclyto π 114 uatis *AC* prumtus *A* 118 simile *A* labit *AC* 119 quae] q. *AC* 120 bŏbus *A* 124 accipit *C* gauada *A* 126 donis *C* doni *A* 127—175 *om.* π¹ 128 discr& (os *uel* is *om.*) *C* discretis *A corr. p*π 129 quingenta *p* quinquaginta *AC* ·i XX *C* 130 senis *C* denis *A* ducenta *AC corr. p* ordini π 131 uou'it *A* nassone *A* nasone *C* 133 tũ .c. *C* 134 decim *A* siligine (1. simile *ss. pr.)* *A* siligenae *A*

13 sacrorum ex more riuo uiridantis oliui
15 praemadida uitulumque dehinc agnumque nitentem
16 arietemque simul, haedus cui iungitur albens,
17 qui peccata leuat, simili cum fronte iuuencas
una duas, quae sacra iuuant coniuncta saluti,
arietes quinque hircosque agnasque sequentes
consimili numero: primi sunt muneris ista.
18 sqq Post haec quaeque tribus discretis laeta diebus
dona dedit nusquam fraterno in munere discors.
omnibus in uasis pariter si summa locetur,
85 at uero in gabatis caelato ardentibus auro
uiginti centumque fiunt per pondera librae.
89 Haec ubi deuouit sacrorum insignia uates,
effantem dominum sacrata audiuit in aede,
dum super eximia rutilans fastigia candet
atque Cherubinos inter dat dogmata legis.
8 2 nec minus et positae diuersa in parte lucernae
bis senas uomuere faces, quas candidus ordo
distinctim rutilare dedit, dum brachia pandit
aurea ceriforum, discreta et lumina fulcit.
24 Interea Leuita manus donaria tractans
a bis uicenis et quinque adsumitur annis,
25 et qui seruitium iam denis quinquies annis
explerit domini, uacuus sit cura parendi
inque locum ueteli iuuenis succedat et adsit.
7 quorum rore leui redduntur corpora pura
fluminis aut fontis, et acuti lammina ferri
caesariem comit, si crinis sorduit ingens.
indumenta dehinc studio curaque lauantur,
ne quando occultum maculent contagia corpus.

135 oliuo *A* 136 nitente *A* 137 hedus *AC* 139 duos *A* 140 hyrcos *AC* agneas *C* 141 primis *A* 146 que] ue *C* fiant *A* 147 uatis *AC* 148 effantem *A* affantem *C* aedę *C* 150 cherubin ostendat dogmata *A* 151 diuerso *A* 154 cereforum *AC* 156 Aabis *C* assumitur *C* 159 ue-tili *A* 161 acuti et *AC corr.* 𝔓 lamina *A* 162 caesaream *A* sordi uit *A* 164 ne quando *A* nequa uel *C* occultim π

Haec inter de plebe uiri. quos criminis atrox
9 cura sequebatur. animo dum teste fatentur.
7 sqq. exorant procerem, si possent pascha sacratum
consueto celebrare die: quos ille parumper
sustinet ac domini subnixus iussa precatur
mandatumque refert. quod tinctis crimine ius est
insignem sacrare diem cultumque referre.
quem nox laeta monet. decurso cum uenit anno.
13 At uero innocuus populi si festa retractet.
nec procul a templo teneat hunc cura uiandi.
crimen habet mortis: lex est haec omnibus aequa.
10 Postquam cuncta pius perfecit munia uates.
12 13 quae templo sunt digna dei. mox agmina mouit
2 terrificasque tubas ualidis clangoribus implet.
quas prius argento domini per iussa pararat.
lammina dum tenuis teretem sinuatur in orbem.
3 exiguum[que] signum uentosa ad murmura pandit
ordinibus positis. ut primo bucina cantu
sollicitas acies ad sancta oracula sistat.

* * *

5 haec properat prima castrorum portio, quae se
porrigit aurorae primaque ad lumina solis.
6 cumque alios sonitus iteret tuba. prodeat agmen.
quod leuis obuerso de cardine respicit auster.
tertius at crepitus litui legionibus illis
dat signum. quae castra tenent contermina ponto.
post quas uasa legit aquiloni obiecta iuuentus.

168 caelebrare *A* 169 hac *C* praecatur *A* 171 sacrare] seruare *A* referre] ferere (ie) *A* 172 nox] mox *A* conuenit *A* 173 innocuius *B* 173-2 (*f* 135ᵘ, 2) 176 praeficit *B* uatis ω 178 clamoribus *A* 179 quas] quam *B* parat *B* 180 tenetem *B* 181 que signun ω que *del. p*: que sonum π 182 ordibus *B* 182 183 cantu sollicitas aci es ad sēm moracula sistat *B* 183 *exciderunt aliquot uersiculi* 185 *f.* primi *p* 186 prodiat *A* prodigia agme *B* 187 lenis π respitur *B* 188 at *(* ad *L* ut π craepitus *A* 189 quae *p* quem ω 190 post quas uasa *p* postquā suasa *C* post quam suas *L* post sua selegit π aquilon *C* obiectatio eius (iuuentus *om.*) *B*

(ω =
L =

7 at cum Leuitae diuina ad munia lecti
agmina conmorant, Aronis pignora uatis,
iam tum pontifices, lituos inflare manebat
cura decens cunctaque deo transcripta ciere.
12 deueniunt primis longa in deserta uadentes
29 ad Pharana locum castris; hic uates amico
exorat generum fatu Raguele creatum
Obabum iuuenem, terrae Madanitis alumnum,
ut pariter gradiens promissa ad regna ueniret,
in quibus ubertim manarent dulcia plenis
mella fauis niuei multo cum flumine lactis.
30 sed piger et dubia paulisper mente moratus
ad patrias mauult cursum conuertere sedes,
31 nequaquam edomitus soceri sermone rogantis:
32 „Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige mentem:
quo domini nos regna uocant, quae ditia semper,
semper honorata nulla sub labe uacillant.
et quae causa tamen tam dura et nescia nobis
te mouet, ut fines repetas gentemque paternam?
quam procul et dudum, sensu meliora petente,
dimissam mediis heremus disiungit harenis:
in quo nulla tuos mouit sententia sensus.
et potuit tum causa fore, quia iustius ista
percuperes, cum nulla uagis currentia riuis
pocla forent calidoque arderent sidere solis,
cumque iter ambiguum et spes incerta futuri
ignaros quateret. at nunc iam fine sub ipsa

191 at] aut *B* 192 aronis ω 193 inflare *C* ianflare *A* iam flare *B* 194 transscripta *B* trans scipta *A* 195 primas *B* uadentis *B* 196 farana ω locum] longa *B* uatis ω 197 raguhele *A* raguelę *B* 198 alumpuum *BC* 199 Vut *C* 200 manerent *BC* niueo *B* 203 patris *A* mauult cursum *A* cursum mauult *C* cum summauult *B* 204 soceris *A* 205 inquid *BC* abhis *B* 206 nos reuocant *B* 208 et quae] et *om.* *B* 210 quã/// (m *eraso*) *B* 211 dimissa ω *corr.* *p* medis *BC* heremus] hęremus *C* [h]eremus *A* 212 mouet ω *corr.* *p* 213 tum] cum *A* quia *C* qua *L* 214 uacis *B* 215 siderea *B* 216 iter] inter *A* 217 nuntiam *B*

laboris modici, cum se felicia regna
exhibeant iungantque dei, sic mente uacillas,
ceu suadeam peiora tibi, quam sensibus opto.
quin potius, iuuenis, caro te redde parenti,
et coeptam percurre uiam munusque receptum
perfice. ut optatis cum primum sedibus omnes
condiderit dominus, quae sunt meliora capessas,
et proceres inter positus sis grandior actu."
33 Inde abeunt montemque dei posterga relinquunt:
nec minus aetherii custodem dogmatis arcam
castra sequebantur. postquam se tertius alto
lucifer extulerat caelo, iam nocte relicta,
ut sanctis domini semper praeeuntibus esset
iusta quies populo, multo sub fasce uianti,
inde prius uates, dum signum sedulus offert
agminibus primis, haec supplex uerba profatur
35 „Sublimis consurge, deus, atque hostica promptim
milia disperge; fugiant bellare parantes
aduersum tua castra, deus, quique inpete sensu
oderunt te, summe sator; tu robora contra
quamuis firma uales uerbo sternenda perenni."
34 dicentem nubs clara tegit agmenque refertum
inmensasque acies obtentu uestis inumbrat.
11 1 at populus truculenta ferox dum murmura uoluit,
misit et in dominum rabiosae obprobria linguae.
quae propter sublimis apex delabitur ignis
aethere de supero plebemque et castra peredit
2 parte tenus certa, sed flammas triste micantes

218 modice *B* 219 iugant *B* 220 tibi peiora tibi *A* obto *A* 221 raro *B* 222 ceptam *B* 224 condederit *B* 225 proceris *A* positōs *B* sis] si *B* 226 habeunt *C* abiunt *A* posterga *BC* post terga *A* relinqunt *C* 227 aetherei *A* aetheriae *B* arcaē *B* 228 se tertius] stertius *B* 229—284 *om. B* 229 relicto *C* 230 pereuntibus *A* 232 uatis *AC* 233 profatur praecatur *(utrumque) A* 234 hostia *C* prumptim *A* 236 quiqui *A* impete *C* 237 robura *A* 243 dilabitur *AC* 244 peraedit *C* paedit *A*

in segetem poenae iucunda oratio sanctis
auribus extinxit canoque in puluere soluit;
11 sqq. dum pius obstipa uates ceruice laborat
inmensumque deum tanto pro crimine poscit.
14 atque iterat solum populi tolerare tumultus
adsiduos fesso nequiquam pectore uelle.
sed dominus consueta deus solacia uati
16 exhibet atque senes fraterno ex agmine poscit
septuaginta simul, quorum sententia iuncta
24 25 et numero facile iurgantum frangeret iras.
cum prophetarum pariter tot consona corda
uno uelut sensu diuina oracula ferrent:
hi tamen ut pariles cunctis dixere loquellas,
se remouent suetoque prius sermone loquuntur.
26 nec minus et iuuenes, castrorum in parte manentes,
diuina cum mente duo certissima fantur
atque prophetali pariter sermone praesagant
27 Modus et Eldadus; quod postquam nuntius aures
28 detulit ad proceres, Iesus instantius urget,
ut uelut inlicito narrantes uera relatu
29 frenet et obiurget; sed uates protinus almo
arguit adfatu mentemque ex aethere missam
inuidia cohibere docet non esse fidei.

* * *

34 ilicet Aserotum ueniunt atque aggere uasto
castra locant, ceu bella forent nocturna timori.
12 1 hic germana pii uatis fraterque tumescunt
inuidiaque fremunt: „Cur coniunx iuncta prophetae

246 segetam (e *supra* a) *A* pene *C* poena *A* *corr.* *p* paene π iocunda *C* 248 uatis *AC* 250—253 *desunt A* 251 assiduos *C* nequicquam *C* 254 quorum petentia *A* 255 faciles *AC corr. p* 256 corda] uerba π 258 hii *A* loquelas *C* 259 locuntur *C* 260 in parte *C* in *om. A* 264 proceris *A* urguet *A* 265 narrante *A* 266 frenet et *C* fremu& & *A* uatis *AC* al//mo *(duabus litt. erasis) A* 267 affatu *C* 268 inuidiam *A* 269 illicet *C* aserotum *C* asrotum *A* 272 coniux *A*

2 Aethiopissa foret, et cur praesumeret unus
germanis commune decus? nam se quoque summi
percipere monumenta dei atque inclita iussa."
3 sedulus haec uates et cunctis mitior audit
innocua cum mente silens seque abdicat irae.
4 non tamen indomitos dominus procedere motus
5 sublimi de sede sinit coramque locatos
increpat et liquida uallatus nube profatur:
6 „Quisquis erit uobis cognata e gente propheta,
somnia uera magis sensu spectante uidebit
nocte super media, cum se sopita relaxant
sensa uirum sanctique deus dat gaudia uerbi;
dum loquor et paribus sermonem accommodo dictis,
qua me perspiciat, oraque et lumina cernat
iuncta sibi, quae nemo ualet dinoscere uiuens?
7 at non hic mos est, mea cum sententia uerax
donatur uati, tota qui sede fidelis
est, mea dum licitis adnectit pectora sacris.
8 ille meos coram potis est consistere uultus
perspicuoque deum lustrare et cernere uisu.
ambiguum nihil est nullaque aenigmata uerbis
sunt inserta meis: confesso me fero uultu:
ille igitur potuit domini regnantis honorem
cernere et inuisum mortali aduertere lumen,
et uestros inter non quiuit ponere motus
mitificam pacem tristesque abolere susurros?"
9 10 uix haec ediderat, cum raptim nube remota
ira uenit domini Mariamque amplexa trementem
perculit et toto perfundit corpore lepram.

273 aethyopissa *C* 275 monumenta] *AC* monimenta π dei atque] iuuat dei et π 276 sędulus *C* uatis *AC* 277 silens] si plebs *A* 281 cognate gente *A* 282 somma *A* 285 *B f 136,* ʳ *2 med.* accõmoda *C* 286 perspiciatur aq; et (q et *A*) *L* 288 cun *A* 293 enigmata ω 294 me fero *B* uer me fero *A* me fore *C* 297 non q: uit *B* 298 tristis *L* abolere *p* absoluere *BC* absoluit uere *A* 299 ediderat *p* dederat ω iube *B* 301 percutit *L*

haec exempla uidens Aaron conterritus infit:
11 „Parce, precor, domine, iramque auerte nocentem
peccatumque meum nostraeque omitte sororis.
12 fecimus ignari: nostros quod percutit artus,
uerberat et sensus, id mors ne missa sequatur,
ultrix nequitiae, custodi et consule nobis!"
13 nec mora, cum uates precibus dat corda fraternis,
supplicibus uotis domini medicamina poscens
letiferam ob pestem, totos quae sparsa per artus
germanae tristi torquebat uiscera morsu,
talia dum clamat: „Excedit poena reatum
tanta! deus, dimitte metum, morboque medere."
15 ilicet adnuitur; sed castris femina trusa
exulat atque tabem septenis passa diebus
inlaesos recipit laetis cum uultibus artus
consuetoque dehinc plebis celebratur honore.

13 At Iudaea phalanx promissa ad praemia tendens
signa mouet castraque dehinc Pharanis in aruis
conlocat et tuto conponit moenia uallo.
2 3 illic sidereo conpulsus mittere fatu
bissenos iuuenes, tribuum quos esse tribunos
diximus anterius, qui terram urbesque Chanannas
ocius inspicerent sociisque exacta referrent.
22 illi abeunt saltumque petunt Ematha uocatum
23 permensi[que] deserta heremi Chebronaque lustrant,
quam populi tenuere feri Sesique Thalique.
24 ut uentum ad uallem, iam tum quae consita ficis,

302 aaron *L* aron *C* imfit *B* 303 parca *B* praecor ω 304 nostrae] nrae (*lineola om.*) *B* omite roris *B* 306 *deest B* 307 custodi et] ω custodia π 308 uatis ω praecibus *L* 310 laetiferam *AC* loetiferam *B* q. *C* 313 metum *B* meṭum *C deest A* 314 illicet *BC* trussa *B* 316 inlaesus *B* u^u ltibus *A* 317 caelebratur *L* 318 iudea falanx *BC* 319 qu^e *A* faranis *A* faraonis *BC* 320 collocat *C* toto *L* componit *C* conponet *B* 321 cōpulsus *C* 322 iuuenis *B* 323 interius *B* cannanas *B* 324 socii *A* exacta *A* referent *A*¹*B* 325 petent *A* 326 permensique] que *om. A* 327 *f.* Sesi Thalamique 328 quae] q. *BC* facis *B*

dulcibus et malis, sed quae lapidosa uocantur
seu granata magis, laeta cum uite uirebat.
ex hac poma ferunt signum latura fidei
atque etiam ex aliis, diues quae prompserat aruum.
ingentem lenti detondent palmitis uuam
transuersoque dehinc nitentes fuste reportant:
26 atque quaterdenis trepida cum cura diebus
praeteritis tandem, fuerant quae uisa, reportant,
29 terrorem addentes, dum dicunt moenia uasto
34 edita suspectu gentesque inmensa leuantes
ad caelum capita, ueluti cum plurima quercus
stipitis annosi stellatis iungitur astris.
14 1 Frangitur his populus, sensuque adfectus amaro
triste gemit largoque umectat flumine uultus,
3 talia dum memorat: „O semper laude ferendi
digna uiri, quos nulla mali tam grandis imago
terruit et solita functos tellure locauit!
quos nec triste solum calidis ambussit harenis,
et multum tolerata sitis mannaeque minutal:
dulce quidem, sed felle madens, quia non iuuat artus,
adfecit grauiore fame, cui sola coturnix
iungitur, et tenui consumit corpora uictu.
at non in Pharia quondam regione manentes
(11 5) tam tristes torsere cibi, cum uerrere pisces
ludus erat totumque in mensis ponere Nilum
uel mare uentosum uaria de plebe natantum

329 q. *B* uocatur *B* 330 malis laetam *B* uitae ω 331 signum quae latura *A* 332 diues] diue *BC* q. *C* promserat *A* promiserat *C* promisera *B* 333 decondunt *C* detundent *B* 334 fuste] feste *A* 335 *et* 336 *om.* C^1 (*non eadem sed coaeua m. imo in marg. adscripsit addito post u. 337* ħ *signo ; primam litteram idem rubricator uidetur scripsisse).* 335 adque *B* 338 aedita *AC* aedit *B* suspecto *B* 339 *om. A* 340 stillatis ω *corr.* π 341 adfectas *C* 342 gemet *L* humectat *C* 343 memoratos semper *C* memorato semper *B* 346 ambusit *BC* arenis *C* 347 tollerata *A* minuta *B* 348 artur *B* 349 affecit *C* cuturnix *B* 351 faria ω 352 cibis *A* uerro repisces *C* 354 uentuosum *A*

exuere et laeta uentres laxare sagina.
nos dites gregibus, cunctis nos pinguibus hortis
11 5 inemptos pepones aluumque inflare solentes
cucumeres auido mordaces carpsimus haustu.
nos alia et caepe, nos illic sectile porrum
pauit et expletos somno marcente refouit.
14 4 quin agite et finem iam duris ponite rebus.
uertite signa citi Niloque has reddite turmas
conspicuumque ducem cognata ex plebe create,
qui nostrae anterius ponat momenta salutis,
quam suae uel trepidi proceris, qui dicta secutus,
ut dicit, metuenda dei, deserta per arua
destituit miseros hostique obponit enormi,
ut mortis grauiora metu patiamur inertes,
dum coniunx dilecta cadit, dum filia uirgo
ducitur et tumido seruit captiua tyranno."
10 His dictis grauiora parant; namque incita turba
saxa capit totoque insurgens corpore librat.
sed dum praetrepidant, dum sese ad crimina firmant,
6 discindunt habitus proceres pronique ruentes
5 ad terram fluxere metu cunctosque precantur,
9 ne stolida in dubiis mittant conuicia rebus
in caelum sedemque dei, neue ardua credant
6 decretis promissa dei; cum deinde Chalebus,
Iesutis comitante fide, sic procubus orat:

357| Exempla poetarum 195 K. Mico: Pepones. Inemptos—solentes. Alchimus.

356 hortus *B* 357 in/emptos *A* ineptos *Exempla* inepitos *Mico* (inēptos *deterior codex*) 358 cocumeres *B* capsimus *C* 359 et coepe *C* ex cepe *L* 360 som^{n},o *A* sompno *B* ^{re}fouit *A* 362 nolo (o *in* i *pr. corr.*) *A* 363 creatæ *C* 364 nostrae ω nostra π (*C* ?) interius *B* monumenta (munomenta *B*) ω *corr. Mayor* 365 suae ω sua π uel *A* uelut *BC* sequutus *BC* 367 distituit *L* obponit| *A* 369 coniux *L* 370 tiranno *B* 373 praetripidant *B* 374 descendunt *B* 375 prae- 379 hiesutis *C* commicantur *B* 376 conuicia| *A* 378 discretis *C* cum ω quos π calebus *AC* tante *B*

˒Tempore quo placuit terras temptare repostas
hostilesque domos uisaque expromere uobis.
omnibus e tribubus primi placuere tribuni.
quorum nota fides nequaquam dissona posset
dicere. uel ciues mendaci eludere fatu.
et nunc si parilis perstat reuerentia nostri
nominis et nullis uentosa emittimus orsa.
credite conpertis: nam quae fiducia ciues
fallere nos faciat. domini responsa sequentes
uobiscum parilique modo per cuncta uadentes?
quae quidam metuenda putant. dum uultibus albus
pallor inest sensusque labant formidine capti
uana quidem. quia iussa dei nos maxima firmant
nec uinci pelliue sinunt. licet alta gigantes
colla leuent densoque obponant milite turmas.
nobis terra patet. post quam perditibus aruis
felicem lustrasse iuuat. quae flumine multo
lactis opima fluit et dulcis gurgite mellis.
uos tantum ne corda deo disiungite sancto.
neu timidas cohibete manus: quia signa sequentes
numquam uicta dei famulans uictoria ditat.˒
10 Haec ubi dicta. dei confestim sedibus altis
maiestas ueneranda uenit populumque patresque
atque synagogam miro perfudit honore.
11 Haec inter dominus tristes denuntiat iras
12 extremamque luem. qua gens inmensa necetur.

380 quo] quod *B* temtare *A* repositas *B* *post 380 imo in marg. f. 134ᵘ* unum filium lini et cannabis *add. m. s. XII A* 381 domus *B* 382 e *A* et *BC* prim *C* 383 dissono *A* disona *B* 384 mendacie ludere *B* 386 emittemus *B* 387 cōpertis *C* nam quae *p.* namque ω 390 albis *B* 392 quia nos iussa dei nos *A* iussa] iosa *B* nos] nox *B* 393 gygantes *B* 394 obponant] *A* opponant *BC* 395 postquam *A* perquam *BC* editibus *C* ditibus *L* quam de perditibus *(uel* e perquam ditibus*)* π *ante* aruis *spatium duarum litt. uacuum B* 396 iuuat *C* iubat *A* seiuuat *B* q. *C* 397 fuit *C* 399 coibete (h *supra*) *A* conhibite *B* se Quentes numquam *etc. B* 400 dictat *B* 403 sinagogam *A*

squalentes inter saltus terramque relictam,
30 exceptis tantum metuenda a peste duobus,
quos socium robur parili firmauerat usu,
uidentes nil posse dei confligere iussis.
13 sqq. quamlibet id uates orando auertere temptans
mollibus adloquiis timida inter uerba rogaret,
ne stolida incassum mittentes uerba Chananni
perstreperent nulla populum uirtute iuuari,
qui foret optatus dominique ad praemia lectus:
29 sqq. nec tamen eualuit metuenda inflectere dicta,
quae firma sub lege uolant: nam uisere nulli
arua fuit licitum soli concessa fidei;
namque quaterdenis populus bellator in annis
occidit et natis sublimia regna reliquit.
40 Haec inter stolidis armata et incita curis,
consurgit legio summoque in uertice collis
signa locat praecepsque obliquum fertur in hostem.
et quia pugnaces dominus non terruit alas,
uincitur et fuso conuertit milite terga.
44 praescius id uates castrorum in sede remansit,
sacratam cohibens uallis tutantibus arcam.
15 32 Interea ex populo quidam sub lumine festo
dum sarmenta legit, legis contemptor aeternae,
corripitur sanctaque dei per iussa necatur
35 missilibus saxis, uetitum ne serperet ausum.
38 quin etiam quo saepe uiros mens cauta moneret
aeternos domini ad monitus conuertere mentes,

408 usu ω ausu π 409 fidentes *L* 410 uatis ω temtans *A* 411 all. ω uerba sona rogaret *A* 412 cananni (h) *A* chanani *B* praestreperent *B* 414 obtatus *A* lectis *A* 415 eualuit] eupluit *B* 416 uiscere *B* 417 li'citum *A* 419 reg/na *B* reliquid *C* relinquit *B* 420 incitā *B* 422 signo *BC* praeceps *A*, p̃ces *C* prae/ces *B* oblicum *B* hoste *B* 425 praecius *B* uatis ω 427 limine *B* 428 contempto *BC* 429 iusa negatur *B* 430 misilibus *BC* 431 sepe *BC* sepę *A* 432 mente *B*

fimbria conserto cunctis hyacinthina nodo
nectitur et noto distinguit limite uestes.
16 1 exim causa mali uetito consurgit ab actu:
namque Coras Leuita tribu pariterque Dathamus
5sqq atque Abirus. licitum cunctis offerre tonanti
incensum cum ture pio dementibus ausis
credentes. tumida uates petiere querella.
31 nec longum dilata nece: nam cardine rupto
terra patens cunctos inferna ad tartara misit.
35 cum quibus extincti pariter sua funera cernunt
bis centum, qui sacra deo non iussa ferebant,
quinquies et deni cunctorum congrege turba,
et pecora et quidquid fuerat sub iure nocentum;
34 ac uelut in totos pariter nex una ueniret,
dispersi trepidare metu ignemque supernum
nequiquam fugere ac sese abscondere temptant.
41 quin etiam reuoluta die feruere tumultu
47 non ueriti magna confestim clade premuntur.
49 atque eadem sub morte ruunt bis milia septem
sexcentique uiri: et ni discrimina uates
tanta uidens dominum blanda inter uota rogasset,
grandior infandum punisset poena reatum.
37 39 Verum ubi post trepidos redierunt otia motus,
17 auratas pateras, iuuenes quibus ante sinistri

433| Mico: Fimbria—nodo. Alchimus.

433 fymbria *C* fybria *B* hiacinthina *C* iacin/tina (c *eraso) A* iacintina *Mico* thyacintyna *B* 434 nectatur *A* noto] toto π distinguit *C* distinguit distringit *A* distringit *B* 435 exim] ω acto *B* 436 choras *B* 438 ausis] auiis *B* 439 tumi/da *A* petiuere *A* quaerella *L* 440 nece dilata π 441 misit ad tartara *B* cartara *A* 443 iusa *B* 444 et deni| eademni *B* cum grege *A* 445 pecore ω *corr. p* quicquid *AC* 446 uelud *C* nix *B* 447 dispersit trepidare *C* supremum π 448 nequicquam *A* 449 l reuoluta (l *male incohata littera) A* 450 praemuntur *B* 451 .vii.[tē] *C* 452 sescenti *B* uatis ω 453 uota uocasset *B* 454 grand[i]or *A* 455 post] *p C*

obtulerant insueta deo libamina caeli.
38 39 dissipat et tenui sollerter lammina cunctas
deuouet ac domini Moyses altaribus indit:
idcirco quia sacra fiunt. quaecumque feruntur
ad dominum celsaque dei ante ora locantur.
17 1 nec minus ut uates inter discretio summos
2 atque tribus fieret. uirgam deposcit ab omni
principe. bissenas donec iam summa repleret;
3 sepositamque dehinc Aaronis nomine uates
4 exhibet et domini media intra tecta relinquit.
8 cumque reuertenti micuissent sidera sole.
9 res haut nota prius. populo mirante coacto.
cernitur et magnum domini patefecit honorem.
8 enodis nam uirga prius truncataque ferro
Aaronis proceris nullo de fomite terrae
floruit atque nuces sicco iam stipite prompsit.
19 2 additur ad legis monumenta et iussa sacratae.
ut uitula. cui flaua cutis per membra nitebit.
3 5 occidat ante fores domini corpusque cremetur
9 ignibus. utque cinis conbusto e uiscere natus
corpora purificet foedo sordentia tactu.
6 conspersus per membra uirum. cui gramen hysopi
iungitur. ut tenui diffundat uerbere rores
7 sqq. flumineos mundaque infectos diluat unda.
11 sqq. nam quicunque manu contingit corpora functa.
13 uel iacet exanimum cuius sub tecta cadauer.
sordibus afficitur templumque infuscat aeternum.

458 solerter *C* solenter *B* lammina cunctas *A* flamma incunctas *BC* flamine π 459 moses *A* 460 quia] qui *A* q.cumque *C* 463 uirgas ω 465 sepositam *A* repositam *B* depositam *C* aaronis *L* aronis *C* uatis ω 466 mediam *A* intra *L* inter *C* 468 haud *C* conacto *B* 471 aronis *C* 472 promsit *AC* prumpsit *B* 473 iussa *B* 474 nitebat *A* 475 accidat *C* for$\overset{e}{a}$s *A* 476 ut] vt (v *in ras. al.*) *B* cines *B* c̄busto *C* 477 foedus ordentia *B* 478 gramin *B* esopi ω 481 func (ta *om.*) *B* 482 *post* 483 *transposuit* π 482 sordibus *AC* sordidus *B* efficitur ω *corr. p* (*nisi malis* inficitur)

15 uascula quin etiam patulis sordentia rostris
16 cuncta fiunt. uulnusque dehinc quicumque cruentum
contingit ossaque uirum bustumue sepulti.
19 tertia luce potest sese uel septima purum
reddere. si dominum tacito sub corde precatus
18 dona ferat medici purgatus flumine rami.
20 1 Haec inter Iudaea phalanx deserta per arua
dum graditur. Cadessa uenit procerisque sororem
2 extinctam tumulat multaque accenditur ira,
quod deserta siti regio non promeret ullos
fontibus e gelidis riuos: quodque arida cunctis
ora forent tostoque arderent corpora sole.
8 id dominus meditans uati depromere uirgam
imperat et gemino rupem contingere tactu.
quam tamen incutiens dubio cum pectore Moyses
10 obiurgat populum dicens: „Heu! mente feroces
sensibus et duri. numquidnam saxa madere
ulla queunt riuis uiuosque emittere fontes?“
11 haec dum motus ait. lenta dat uerbera uirga.
. . . . rumpuntur cotibus amnes.
12 attamen omnipotens cunctantum pectora uatum
increpat obiurgans: „Quoniam sententia uobis
ancipiti sub corde fuit meque omnia posse
mens haut firma uidet paruumque inpertit honorem
sublimis domini imperio. cui credere coram

503 sqq.| Aldhelmus p. 314: coticula . . . paeoni primo adsciscitur uersifico de aqua contradictionis „rumpuntur cotibus amnes“.

Ἀριθμ. 20, 11 καὶ ἐπάρας Μωυσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπάταξε τὴν πέτραν τῇ ῥάβδῳ δὶς καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολὺ καὶ ἔπιεν ἡ συναγωγὴ καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν 12 καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυσῆν καὶ Ααρων κτλ.

486 ossaque| quique ossa π 487 tetia *B* 488 praecatus *L* 489 medici| medi *C* 490 iudęea *B* inde[a] a *A* iudea *C* falanx *BC* 491 cadesa *A* 493 ullus *B* 494 gilidis *B* ronos : ro *in* ri *corr. A* 495 oro *B* 496 medicans ω *corr. p* 497 tactu| tantum *B* 498 moyses *A* moses *B* mores *C* 500 sax *B* num quidnam *A* 503 *ex Aldhelmo adscivi. om.* ω 505 quoniam| q : *B* 507 haud *C*

Iudaeas acies decuit fidemque referre
nil non posse deum: id propter. ducere plebem
ad sedes dudum sponsas terramque feracem
haut licitum uobis magnaque adsumere dona.'
14 Interea populus Edomum adiungitur aruis,
per quae pacificas acies deducere Moyses
26-29 percupiens placido regem sermone poposcit
20 praetumida uirtute ferum pugnamque parantem.
22 quem tamen euitans monti coniungitur Oro,
29 in quo decursae post tempora plurima uitae
28 conditur Aronus notaque insignia liquit
26-29 festa sacerdoti. celsis qui altaribus addit
maiorem cunctis Eleazaron, ut deus ingens
iusserat et placitis ministrum adlegerat aris.
21 1 illic multimoda fidentes pube Chananni
terrorem inmodicum ualida cum clade dedere
Iudaeis. cum terga darent nudata per agros.
3 sed tamen adsumunt animos dominoque fauente
hostiles sternunt cuneos atque urbibus ignem
subiciunt ualidis inmensa et laude triumphant.
4 Sed quamuis fluerent optatis commoda rebus,
non tamen obliqui fremitus nec murmura desunt
5 in uatem coniecta pium: dum quisque feroci
uoce gemit multa terrarum dote refertam
Aegyptum post terga datam Nilumque feracem
frugum et securo semper cultore colorum.
6 id deus omnipotens aequato examine plectens

509 iudeas *BC* 510 nihil non *A* 512 haud *C* assumere *C* 513 iterea populos eedomum *B* 514 perq: *BC* moyses *AC* moeses *B* 515 poscit *B* 517 Horo π *(Vulg.)* 519 natoque *Mayor* 520 qui *p* que ω (sacerdoti *pro* sacerdotii *positum putabat* π) 521 eleazarum *C* 523 c[h]ananni *A* chanani *B* 525 iudaeis *A* iudeis *BC*. Iudaei π nudata nudataque *L* que *om. C* 526 assumunt *C* 527 adque *B* 528 subicunt *B* triumfant *A* 529 obtatis *A* 530 murmora *A* 531 dum [quis] que *A* 532 dota *A* refertum *C* 533 egiptum *A* datum *C* 534 colonum ω (colunum *B*) *corr. p (cf. u. 352 sqq. ex Num. 11,5)* Canopum *Mayor* 535 deus] ds *B*

uipereas acies uiroso ex fomite prompsit:
quae multos strauere uiros. dum tenuia quamquam
uulnera letali distendunt corpora suco.
7 At populus lugubre gemens. dum procubus orat
ante pedes uatis et publica funera narrat.
agnitione probri cunctorum in corde reposta
accipit optatam domino saluante medellam.
8 namque probus princeps tumidum formare draconem
aere flauo iussus malo suspendit ab alto.
ut. quemcumque uago fixissent dente cerastae.
exueret letum pendentem uersus ad anguem.
10 11 Hinc populus Obetha uenit. Achina deinde
12 15 arua petit; Zaredina dehinc; mox transit ad Adar.
iam uiridi in campo. sedis ubi cultor amoenae
13 Amorreus agit et opimo pascitur aruo.
16 illic est puteus uitrea perlucidus unda.
quem iuxta dominus sancto sermone locutus
Moysetem iussit populum densare refertum.
duceret ut riguos latices undamque nitentem.
17 consona tunc penitus diuina in cantica cunctis
lingua fuit. domino dum laudes hoc canit hymno:
„Inmensus dominus fluenta misit
et totum populi remouit aestum.
pleno dum puteus patet profundo
et multum gelidis scatet fluentis:

536 uiroso | uiroso loetali (letali *C*) ω letali π promsit *AC* 537 tenuiā *B* quaequam π 538 loetali *L* 538 suco | suo *B* 540 pede *B* 541 agnitionem *B* probri *p* prius ω in corde reposta *p* incendere *L* impendere *C* pesti ω 542 obtatam *A* 545 caerastae *A* caeraste *B* cerastae *C* 546 loetum ω 547 Obotha *p* obetha *L* obetha *C* achima *A* 548 aredina ω *corr. p post* 548 *nescio quo errore perductus uu. 509 et 510* (Iudaes—plebem) *repetiuit* π 549 sedis ω sedes π cultura menae *B* cultur amene *C* 550 et opimo *p* opimo et ω 551 est | et π perliquilucidus *A* 552 loquutus *A* 553 mosetem *A* mosotem *B* densa *B* referentum *A* 555 paenitus *A* 556 domini π ymno *A* 557 *sqq. non discernuntur uersiculi in A* 557 immensus *A* dominis *B* 559 petet *A* 560 gilidis *B*

18 quem quondam ualidi fecere reges.
gentes dum ualidas regunt habenis
et sceptris pauidos premunt clientes:
usus ceu proprius pateret ipsis.
externis procul omnibus remotis.
hic nostrae a domino datus saluti
uiuis inriguos repleuit undis.“
Haec ubi sidereo dixere cantica regi
castra mouent. uariosque locos post terga relinquunt.
21 Seonem ad regem decurso limite ducti.
24 obpositas acies ualido certamine fundunt.
23 quas ille. innocui deridens dicta prophetae.
struxerat. et uana nequiquam laude ferebat
gentis Amorreae: duro quae subdita bello
25 decubuit ualidas iam dudum saepta per urbes.

* * *

32 Iazera quin etiam. simili uastata duello.
suscepit protrita iugum atque oppida multa
dedidit. optatae deposcens otia pacis.
22 2 Haec ubi sollicito dictauit fama Balaci.
qui Moabitarum populos urbesque regebat.
5 concutitur grauiore metu Balamque prophetam
ambit honoratis precibus. ut tanta gerentem
6 impediat dictis populum cursumque refrenet
bellantum penitus: quoniam. quae procubus oret.
audiat omnipotens et tristia quaeque secundet.
12 ille negat fas esse sibi maledicta referre
in plebem domino semper ductore uadentem

561 quen *A* condam *AC* ualidi | tumidi π regis *B* 562 abenis *BC* 563 praemunt *L* 564 proprius *C* propriis *A* prius *B* 565 hesternis ω *corr.* π 567 inriguor *B* 569 relinquunt *BC* 570 Seonem | semem *B* duco *C* 571 obpositas | *A* 572 propheta *C* 573 struxerunt *B* 574 amorreae *C* amorrae *L* quae | q. *C* 575 septa ω sazera ω *corr. p* 576 deuello *A* 577 suscipit potrita *B* adque *B* *post* 575 *aliquot uersus exciderunt, quae sequuntur* 576—578 *lacera sunt.* 578 dedidit *p* dedit *L* edidit *C* obtatae *A* 579 solicito *B* dictabat *A* 582 horatis *B* praecibus *L* 583 inpediat *C* 584 paenitus *A* quae | q. *C* procubi *B* 585 tristitia *B*

ad sedem regnumque suum. longeque uideri
iustius. ut meritis accommoda quaeque precetur.
13 quandoquidem dominus nocturno in tempore uisus
inhibeat reserare senem responsa Balaci.
14 talia sed postquam dimissus nuntius infit,
15 et regem sua cura tenet. perquirit anhelus
electos proceres rursusque ad limina uatis
mittit oratores dudum iam dicta rogantes
18 nequiquam. quia dicta dei contraria pugnant.
21 sed tamen emersus uates conscendit asellam
atque praecedentes conlatis passibus aequat.
22 ecce uiae medio domini mox angelus offert
23 strinctam aciem contra pronamque obuersus et instans
cornipedem terret. celeri quae concita saltu
in partem conisa fugit campoque pererrat.
quam dum praecipiti temnentem frena timore
circumagit uates ac pressis pugnat habenis.
calcibus et fodicat uirgaque euerberat acri.
24 pampineas inter uites iam tegmine lapso
semirutus paries cunctanti obiectus asellae
25 procursum inpediit: pedem quae ad saxa recussit
oblisitque senis sensuque adfecit acerbo.
26 nuntius inde citus diuersa in parte resistit
calle perangusto. tenuis quo semita duxit.
circumitus nullos quacumque in parte relinquens.
27 quadrupes hunc strincto uidit mucrone micantem

588 ad *A* at *C* ut *B* sede *BC* longeque] longe *B* nam longe π
589 a. cōmoda *C* acquomoda *B* praecetur *B* 592 infit *B* 593 perquiret *B* hanellus *L* 594 uates *B* 595 oratores *L* ut orarent *C* iamdudum *B* 597 emersus *p* emensus *L* emensos *C* uates *C* uatis *L* 598 praecedentes *A* procedentes *BC* collatis *C* 599 midio *A* 600 strinctam *L* strictam *C* et] ē *B* 601 terrae *A* quae] q. *BC* 602 fuigit *B* 603 quan *B* tempnentem *BC* 604 uatis ω pręssis *C* pręses *B* 605 culcibus *B* et fodicat] et fodiat *C* 607 semirutis *C* simirutus *B* 608 impediit *A* inpediit *B* impedit *C* quae π que *A* q: *BC* recusit *B* 609 aceruo *A* 612 circumitus *L* circuitus *C* 613 strincto *A* stincto *B* stricto *C*

et multum pauefacta ruit. quam surgere iussam
uerberat et multa uector uibice cohercet.
28 illa ubi perdoluit, subito sermone locuta est.
dum deus eloquium desueta in uerba relaxat:
„Quid feci meruiue tibi. quod uerbere multo
30 labentem conixus agis? num terga negaui
sueta tibi? umquamue pauens mea pondera fugi.
praecipitemue dedi. prono dum cernuus armo
laberis et prona fusus ceruice rotaris?“
29 talia dicenti commotus dicta sacerdos
tristia saepe refert multaque exaestuat ira.
31 dumque fremens saeuit. claro mox angelus ore
emicat et sancta conpellat uoce prophetam:
32 „Inmeritam pecudem trino iam uerbere pulsas.
quae me prona fugit terraeque inlisa recumbit
idcirco. quoniam non est tua semita summo
grata deo longeque uagis nunc gressibus erras.
33 et nisi cornipedem diuersa in parte uadentem
terror abegisset. duro te uulnere ferri
strauerat ista manus crudumque exegerat ensem.
ut te deposito mihimet possessa fuisset.“
34 desilit hic uates sanctumque inflexus adorat
delictumque dolens reditum uitamque precatur.
35 dimissus celerat suscepta et munia conplet.
uerba locuturus domini dictanda relatu.
36 iamque uiam uincens Moabae adiungitur urbi
conspicuumque uidet condenso in milite regem
auxiliumque sibi timida cum uoce rogantem

614 pauesfacta *B* surgeret *B* 615 uecto uibice cohercet (conhercet *B*) *BC corr. p* cum uibice cohercet uecte *A* 616 loquuta *L* 619 labentem *A* labantem *BC* 620 pauens *L* parens *C* 621 praecipite *B* 623 cōmotus *BC* 624 tristitia *A* sepe ω 626 čpellat *C* 628 fuigit *B* 629 quoniam] quod *B* quod haec π 630 longae *A* nunc uagis *BC* 632 terro abigisset *B* 633 stauerat *A* que *om. A* 635 uatis ω inplexus *B* 636 dilectum *C* praecatur *B* pcatur *(lineola euanida) A* 637 complet *A* cōplet *C* 638 loquuturus *L* 640 uidit ω *corr.* π milite] limite *C*

23 1 inspicit et domino septenis supplicat aris:
2 conspicuosque simul uitulos lectasque bidentes
3 inmolat et cuncta conmittit munera regi
4 iudiciumque dei tacita sub nocte meretur.
6 quod deinde euoluens his regem terruit orsis:
7 „Montibus e patriis Moabo a principe iussus.
unde rubet uentura dies lumenque serenum.
quaque iacet tellus geminis inclusa fluentis
Tigris et Euphratis. ut dictis saeuus acerbis
8 exoptem non digna uiris. quos sanctus ab alto
protegit omnipotens terraeque indicit opimae.
9 hos igitur de colle procul mox uisere ius est
optatosque mihi iamiam dinoscere uultus
felicis populi. quem solum magna secuntur
dona dei. gentesque procul seiunctus et exsors
percipit optatas placido de numine sedes.
10 quisnam igitur prisci quaesiuit clara Iacobi
pignora uel plebem numeris percurrere quiuit?
occidat hos inter potius mea uita relinquens
corpoream sedem iustisque adiuncta quiescat
progeniesque mea tali cum germine uiuat!"
11 Haec ubi disseruit sensu torpente Balacus
concidit et uatem diuersa et dissona fantem
13 14 increpitat. tumidum iussus conscendere collem.
ut partem exiguam populi subiecta per arua
cerneret. haec iterum digestis uocibus addit:
18 „Confestim mea dicta tuas demitte per aures.
Moabi rector populi. testisque uenito!

643 lectas *A* laetas *BC* 644 linmolat *C* immolat *L* cōmittit *C* committit *A* 646 uoluens ω *corr. p* 647 e] et *B* moab°, a principe *C* 650 tygris *C* eufratis ω aceruis *A* 651 sanctos *B* 652 protigit *A* 653 collo *B* 654 obtatos *A* optatus *BC* 655 sequuntur *A* 657 obtatas *A* placito ω *corr. p.* 659 pignore *BC* numerus *A* 660 occida *B* 663 balachus *C* 664 et | ut *B* 665 collam *A* 667 degestis ω audit ω *corr. p* 668 dimitte ω

19 dissimilis hominum deus est nec uera locutus
inrita uerba facit quidquamue inpune minatur.
20 qui me magna monet subnixus dona precari,
ut facio; plebemque dei per uota sacrabo,
21 quam dolor effugiet totus operumque labores,
participi iunctoque deo, qui dura repellit
omnia, ditificae condonans munera pacis.
huius tu procerem sacro de sidere, rector
caelorum terraeque, uide: nam dignus honore est
22 ille tuo, qui pressa diu ceruice gementem
eduxit populum regno Pharaonis acerbi,
signifer et nulli uirtutum laude secundus
23 unica regna fouet nulloque in augure fidit,
carmina nulla canit nec quidquam captat inane.
tempore sub certo felicia dicta superni
accipiet secura dei perfectaque uirtus
Iebusaea fiet domini de robore summi.
24 emicat hic populus, ueluti cum sola per arua
crinigera ceruice leo sese arduus infert,
non ante adsuetae repetens cubilia siluae,
quam crassa toruus sanie praedaque refertus
terruerit uirides minaci ex murmure montes.“
27 Haec etiam renuit multa rex saucius ira
28 tertia dicta rogans diuerso in colle prophetam;
24 2 uertice de cuius populum per castra locatum
ut uidit, docili deprompsit pectore uerba:
5 „Sublimes magnaeque domus, quascumque Iacobi
semen habet, paribusque attollunt culmina tectis,
6 ut cedrus siluaque nitens, quae frondis honorem

670 disimilis *B* loquutus *A* 671 irrita *C* quicquam ω 672 monet] monuet *A* mouet *B* ·d^{m}onet *C* prȩcari *B* 675 reppellit *A* 676 munera *A* munere *BC* 678 que *om.* *B* 679 praessa *B* 680 faraonis ω acerui *A* 683 quicquam ω 684 filicia *B* 686 iebusea *AC* rubore *B* robure *A* 687 sole *C* 688 arduos *B* 689 assuete *C* 690 crasa *B* 691 terruerit *C* terruit *L* 692 rennuit *B* 694 Tertice *C* 695 depromsit *A* 697 testis *B* 698 cedros *C* f/rondis *B*

uentilat et querulis modulatur sibila ramis.
uel quae laeta uiret sub ripis fluminis acta.
7 has dominus struxit celsaque erexit ad astra.
semine de cuius quondam nascetur in omnes
iura ferens populos regnoque insignis aeterno.
8 quem deus e Pharia clemens arcessit Aegypto
conspicuum nullique parem socioque carentem.
diriget hic gentes diuersa in parte rebelles.
plurima letali contorquens spicula dextra.
9 adclinis cum deinde cubat similisque leoni.
se coram somno lapso explicat. inde soporem
dimouet. ad uigiles confestim redditus actus.
et quis hunc tactu faciet consistere rursum?
qui tua sanctifico laudat praeconia fatu.
felix ille fiet: at qui contraria dicit.
is male dicta sibi uentoso ex ore facessit.
13 haec sunt quae nostra dominus te uoce moneri
imperat. eloquio quod fas infringere nulli est
nec mutare uiro quidquamue adiungere praeter.
quamlibet argenti magnum des ferre talentum
atque tuos census inmensi pondus et auri:
munera nil prosunt: fixum quod dicitur hoc est.
25 His actis sua tecta petit regemque relinquit
attonitum duraque inmensum dicta gementem.
25 1 2 at manus interea bellis Iudaea secundis
luxuriat sanctasque putat quas uicerat aras:
3 idolaque inlicito celebrat gentilia cultu

699 quaerulis *L* 700 q. *C* sub rupis *C* 702 nascitur *B* 703 insignes *B* 704 faria ω 707 lętali *C* loetali *L* 708 acclinis *L* cubat *p* iuuat *A* uiuat *B* uenit *C* 709 securum ω *corr. p* sompno lapro *B* 710 reddit' *C* redditur *B* re^{d}ditur *A* 711 faciet *A* efficiet *BC* 712 qui] quae *B* 713 dici *A* 714 facesit *B* 715 sunt *om.* *C*[1] *(pr. m. ss.)* q. *B* uoce] uoue *C* 716 fas] uas *C* 717 uiro *A* uero *BC* quicquam ω 718 differre L deferre *C* *corr. Mayor* 720 nihil *B* prosunt] p̄p̄ *A* 721 his] hic *C* reliquit *BC* 723 at] aut *B* iudea *L* 724 luxoriat *A* sanctos *A* uiserat *A* 725 quae *A* caelebrat *B*

Beseli deuota prius mutoque Phegoro.
hinc ingens mox ira dei consurgit et exim
4 patentem ad campum proceres procedere mandat.
conuersusque iubet redeuntis lumina solis
cernere et attentos factum noxale piare.
5 id uates festinus agit ferrumque renudat
innocuos sontesque uago mucrone secutus.
6 Haec inter quidam fraterna obprobria prodens,
quod sibi non licitum Madia ex gente parasset
conubium, coram cunctos uatemque praesentat
14 15 Zambrium Chasbumque pari sub fraude nocentes.
7 quos Phinea citus arrepta euerberat hasta
8 inmensamque plagam per iusta piacula sedat,
9 quae bis dena uirum consumpsit milia leto
atque tria, domini dum telum currit in omnes.
12 13 hoc facinus propter sacrata altaria uates
accipit et domini sublimem sumpsit honorem.
26 2 Interea generata nouo de germine pubes
adlegitur numerisque dehinc subducta notatur,
primaeuo quae flore uirens iam germine molli
uestibat uultus uicenos laeta per annos.
51 quae deinde summa sexcenta ad milia uenit
atque bis octona, tercentum insuper auctis.
53 haec meruit sedes domino donante beatas;

726 muto : u *ex* in *corr. B* fegoro *A* fegore *B* fegori *C* 727 hi^c^n *A* exim] ω 729 que *om. C* 730 moxala *B* 731 uates *C* uatis *L* 732 in nocuus *L* sequutus *C* 733 obprobria ω prodens *L* prudens *C* 734 media *C* 735 conobium *B* 736 zambrium *L* zambriam *C* chabum *A* chabam *BC* *corr. p* uocentes *B* 737 finea *AC* finusa *B* arepta *B* 738 inmensam : in *ex* im *rasura corr. A* 739 consumsit *A* loeto *A* 740 tria *L* atria *C* telu *B* om^n^es *C* 741 sacrata *om. C* uates *C* uatis *L* 742 et *om. C*[1] *(pr. ss.)* sumpsit *om. B* 743 pubis *L* 745 primeuo *BC* quae] q. ω germ. molli] germine uir molliens *A* 746 uestibat] florebat *B* loeta *C* 747 summam *A* sescenta *L* milia] limina *C* 748 adque *B* octena *B* octono *A* insuper *p* super ω 749 hae *A* sedes] fides *B* beatus *BC*

31 2 ilicet omnipotens obliquum uertere in hostem
signa iubet uati coeptoque insistere bello.
5 ad quos bis senis hominum cum milibus itur.
quo se cuncta tribus miserat. dum milia quaeque
singula de propriis numerant pugnacia turmis.
6 Phineus haec ductor agit. dum uascula sancta
terrificasque tubas consueta in proelia portat:
7 atque alacris lecto confestim milite caedit
8 Moabas acies regesque interficit omnes:
fusorum dum terga premit uatemque Balamum
9 enecat et domita praedam de gente reportat.
15 sed quia femineas acies post bella trahebat
17 agmine captiuo. proceris per iussa monetur
18 uirginibus tantum meritam non demere uitam.
19 corporeasque uirum maculas purgare fluentis.
27 nec minus et praedam populum partitur in omnem.
30 Leuitisque dedit merito de munere partem.
quos domini in templo semper pia cura tenebat.
28 primitiaeque deo nec non redduntur aeterno
omnibus ex rebus domita de gente relatis.
32 1 His actis Rubena tribus mediaque Manasses
33 atque Gada sedes laetae Galaditis orant.
pecudibus facilis tellus: nam gramine multo
5 herbida Iordani fluuio coniuncta uirebat.
6 quos licet intrepido ductor sermone negarit.
dum mutare putat futura ob proelia mentes.

750 illicet *AC* illi et *B* oblicuum *B* 751 cepta *B* 752 militibus *B* 753 quod *B* quos ecuncta *A* miserat tribus ω *corr.* π 755 fineus *A* finaes *B* fines *C* doctor *B* dum π tum ω 756 praelia *B* ꝓelia : e *ex incohato* l *corr.* *C* 757 alacres *A* 758 moabs *B* interfecit *L* 759 praemit *L* 761 quia *L* q: *C* faemineas *A* post aeter bella *A* 762 captiuo | optiuo *C* percussa *C* 766 læuitis *C* 768 reduntur *B* 770 hiis actib; *B* media | dimedia *A* mannasses *C* manases *B* 771 Gada | Gadae π *(ex C, ubi* a *post* d *litterae* æ *similis est)* 772 pedibus *B* tellus *om.* *C* 774 quas *B* 775 praelia *B*

17-40 concedit praestatque tamen, si milite toto
arma gerant sociasque iuuent in bella cohortes.

777 iuuent *B* iuuænt *C* iuuant *A* bello A coortes *C* c̆hortes *B*

FINIT METRVM SVPER NVMERVM A (f. 137,[u] 1) *om. B* (f.1 40,[r] 1)

INCIPIT METRVM SVPER DEVTERONOMIVM *AB* (*A* f. 144,[u] 1 *B* f. 148,[r] 1)

FINIT LIBER NVMERI : ~ INCIPIT DEVTERONOMIVM .·. ~ *C* (f. 84)

DEVTERONOMIVM.

1 1 Hactenus informis heremi uexatus harenis
Iordanem ad fluuium populus promouerat arma;
qui uirides inter saltus dum lubricus errat,
eximiam Hiericho fluctu labente reliquit
et sequitur pontoque dehinc miscetur aperto.
5 illic sanctificus uates, dum funera cernit
aduentare sibi summamque instare dierum,
quae mundo perscripta fuit: dum degitur istic,
collectum in turmas populum numerosque frequentes
congregat et tali uerborum munere ditat:
4 <Si placet hostiles penitus prosternere gentes
et placidam pacem uentura in saecla tenere,
formidate deum totoque in pectora sensu
condite, ut inlaeso semper sit iunctus amore;
qui uos oppressa dudum ceruice maerentes
sustulit e uinclis et carcere soluit Aegypti:
qui nebulas inter uosmet hostemque locauit
instantem trepidis nudataque terga prementem;
qui dedit et nubem securi ad signa diei,
et piceam claro detersit lumine noctem:
ut uos ignoto terrarum in tramite postos
firmarent elementa dei, mutantia sese,
quo nox fusca uenit, quo candent sidera cursu;
ille et alterno solitum procurrere motu
oceanum semperque uagum, quo flamina uenti
indeprensa ferunt, sicca nudauit harena.

1 hierimi *B* *marg. sinistr.* ·|· min. *A* 2 popopulus *A* 3 qui] qua *A* erat *B* 4 hierico *B* 6 uates *C* uatis *L* 8 perscripta] perscribta *A* praescripta π 12 saecla *AC* saecula *B* 14 uti *A* 15 oppressa *B* merentes ω 16 e] et π solus ω *corr. AOxé* aegypti *L* egypto *C* 21 postos *C* pastos *L* 22 elimenta *L* mutantias esse *A* 23 Quo] Qui *A* 26 indepraensa *L*

sanguineam exsudans, rubrantia litora, terram;
ut uos ancipiti constrictos clade laborum
duceret, erectis alterna ad bracchia muris,
aequore diuiduo, bifida dum pendet in unda.
uidistis, quae cura foret tum numinis alti
uos circum, dum pone uolans se concitat hostis
consimilemque uiam uentoso in marmore quaerit.
at non ille potens tumidos transmittere fluctus
concidit et madidas inter uersatur harenas.
uos, spoliis dites dederat quos mollis Aegyptus,
informes heremi terras domibusque negatas
uicistis tutante deo. dum flumina saxis
8 3 ilicet et mannam nitido demittit olympo.
grandibus et nimbis per noctem lapsa coturnix
aequora conpleuit positis circumdata castris.
4 indumenta pedum longus non discidit usus,
(29 5) nec uestes periere situ uel corpore tritae;
omnia uos circum non perdit fessa uetustas.
hostiles cedunt acies urbesque patescunt:
signifer est dominus. celeri formidine missa
debilitans omnes, uestris qui gressibus obstant.
et nunc aequorei quoniam Iordanis ad undas
uenimus et tellus sese iam proxima iungit
ab summo transcripta deo, per sidera testor
et quidquid celsa domini praefulget in aula,
ut legem aetheriam, quam scripsit dextra tonantis.

27 sanguinea ω *corr.* π ex udans (s *superscr.*) *B* 29 ducere retis *A* 31 uidistis *C* uidisti *L* 32 pone reuolans *B* 33 que *om.* *C* 34 potes (n *superscr.*) *A* transmitere *B* 35 ma/didas (d *eraso*) *A* 36 spolis *L* quos *C* quas *L* quae π egyptus *C* aegyptŏs *A* 37 herimi *ex* erimi *pr. corr.* *A* 38 uicisti *A* 39 illicet *L* mannā : ā *in* a *rasura uif. corr.* *A* dimittit ω *corr.* *p* olimpho *C* 40 cotusnix *A* 41 cōpleuit *C* 42 discedit *L* 43 uestis petiere *L* sitis *A* 46 celere *B* 47 uestris] urīs *C* uentres *L* 48 iodanis *A* 50 ab *p* ad A^1B at *C* a A^2 transscripta *L* 51 quicquid ω cel/sa (*l eras.*) *A* praefulgit *L* 52 aetheream *C* scribsit *A* dextera A^1 (e *postea eras.*) *B*

sensibus et toto uelitis corde tenere.
5 nil durum rigidumue iubet. sunt omnia iusta.
mollia, iocunda longaeque accommoda uitae.
utpote quae iubeant, ut, quidquid non placet ulli
conmissum in sese, id nulli inferre laboret.
14 sabbata diligite, sincero et corde fouete,
quos lex una tenet, dominus quos exhibet unus.
nil uetitum fecisse uolet, qui diligit omnes
nascendi sub lege pares. sit pascha quotannis
16 8 peruigili cum nocte potens septemque diebus
otia lenta ferat nullique obnoxia curae.
sit pater et genetrix cari semperque uerendi.
7 3 coniugium uetitum externa in gente cauete.
5 idola disicite ritumque auertite laeuum,
quem gentes peperere ferae, dum mortua curant
numina et umbrosis statuunt donaria lucis.
20 1 quin etiam quotiens dat signum rauca cruentum
bucina et aeratas educunt classica turmas,
5 6 constructas sacrate domus uinetaque laeta
7 coniugium et licitum consuetis iungito festis:
nam dubios semper faciunt instantia casus
bella uiris nullusque sibi dat tempora uitae.
8 inbelles cohibete domi: mens saucia turbat
saepe uiros fortes. omnique in tempore belli
11 parcite supplicibus et debellate superbos.

53 uellitis *L* cordo *B* 54 regidum *L* 55 iocunda ω longe ω accōmoda *C* accomada L 56 utpute *L* quicquid ω illi *A* 57 cōmissum *C* imferre *L* 59 exi^h^bet *B* 60 fecisse : se *ex* s& *corr. A* 61 quodannis *C* 64 caris *L* ue/ /rendi (re *eras. ut uid.*) *A* 65 externa-cauite *in ras., al m. ut uid. A* cauite *L* uitate π 66 idola disicite ritum *C* idcladissicitertium *L* queaue rtite lę uum *A* 67 peperere | perere *C* 68 numinę (ę *in* e *corr.*) *A* numinæ *B* nomina *C* et umbrosis *C* tum umbrosis *L* 69 quoties ω 70 (a)erata seducunt ω clasica *L* 71 sacratae *L* ueneta *L* 72 coniugium | congium *B* iungito festis *B* iungit ofestis *A* iungere festis *C* iungite π 73 dubio ω *corr.* π 74 tepora *A* 75 cohibet *C* conhibet *L corr.* π nens *B* 76 sepe ω

19 euitate. uiri. fecundam euertere siluam
20 nobilibus pomis; steriles succidite saltus
21 1 tempore bellorum. corpus si forte perempti
cernitur intectum. Leuitas cura tenebit
4 iuuencae truncare pedem. ne maximus ultor
8 11 sit deus innocui. captiuam iungere lecto
si placuit. ius omne sinet sub tecta tenere.
12 crinigerum tondere caput unguesque secare
13 terdenosque dies lacrimis praestare maerentis
extinctos caesosque senes. quis illa creata est.
coniugioque sibi tum demum adnectere iusto.
14 ac si displicuit post damnum capta pudoris.
deponat seruile iugum dominumque relinquat.
15 uxores si forte duas uir duxerit unus
et non aequali seruat consortia cura.
17 pignora contemptae bissem cum iure tenebunt
omnibus ex rebus. peperit quas cura parentis.
23 damnatos tumulate uiros cunctosque sepulchris
condite percussos: nulli nam terra negatur.
22 5 uestimenta uiri nequaquam femina sumat
mulierumue mares: uetito fit noxia cultu.
6 inplumes auium si quis uult prendere fetus.
8 ne matrem cum prole ferat. qui culmina pangit.
prouideat. ne forte faber uoluatur ab alto.
9 uinea ne grauidos pariat bis feta racemos:
nec tibi duplicibus carpatur messis aristis.
23 1 sqq. gentiles uitate uiros: et quidquid abhorret

78 uertere *A* uetere *B* silluam *A* 79 succidere *π* 82 iuencae *B* 83 deus *om. B* 84 sinit *L* teneri *π* 86 merentis *ω* 89 dampnum *ω* 90 i^{u}gum *A* relinquant *L* 92 aequale *ω* 93 iure tenebunt *p* iuge ire tenebunt *C* iuge & retenebunt *A* iuge retenebunt *B* 94 quas] quos *L* 95 dampnatos *AC* *(sed is pr. corr. A)* 97 nequam *L* 99 praendere *L* foetus *AC* fetus *B* 101 fauer *L* 102 foeta *C* recemos *A* 103 mensis arestis *L* 104 .entiles *(initiali neglecta) C* uiros] ritus *coni. π* quiequid *ω* oborret *L*

moribus aut cultu. longe lex sancta repellit.
17 18 inmundas inhibite lupas. ne praemia noctis
uenditae ad aeternam domini sacraria portent.
15 fugacem ne reddat ero quicumque tenebit.
ne ferus adficiat duro sub uerbere captum.
24 messem nemo legat alieno in rure creatam:
nec uinum pressare uelit. quod protulit uua
25 uicini de parte sui: praecerpere sane
racemos spicasque licet. non demere totum.
24 2 coniunx pulsa domo alio si forte marito
3 nupserit, amisso si post uiduetur eodem.
4 ne redeat spreti repetens consortia lecti.
5 nemo nouam nuptam infecto eliminet anno.
6 nec mola uendatur. gemino quae concaua saxo
in goerum sinuata uolat frumentaque frangit.
16 alter ob alterius ne pendat crimina poenam.
25 3 ille quaterdena susceptet uerbera tergo,
qui stolido sermone ferox conuicia iactat.
4 ora triturantis fuerint ne uincta iuuenci.
5 pignore non genito si fors decesserit ille.
cui frater adstabit. dimissam ducat ad aedes.
qui superest, natosque creet. ne semine nullo
6 sit uacuata domus gentemque infuscet inanem:
7 at si uir renuit. causam mox femina dicat
ad proceres legemque citet. quae cogit inertes.
11 iurgia se quotiens in rixam perfida uertunt

106 lupes (a über e) *A* 107 uendite *C* uindite *L* aeternam ω aeterna *uel* aeterni π *an* in sacraria? 109 adficiat *B* atficiat *A* afficiat *C* sub erbere *L* 110 ru/re *A* 111 nec] ne *A* praessare A^1 *B* uellit A^1 *B* 112 percerpere *L* 113 racimus *L* 116 spraeti A^1 *B* le(c)ti *B* 117 noua (a *ex* u *corr.*) *B* 118 q. *C* saxa *L* 119 goerum *B* go(e)rum *A* girum *C* uolat *L* uocat *C* rotat π frangat (*postea* a *in* i *corr.*) C^1 120 ob] ab *A* 121 tego *C* 122 conuicia *A* conuitia *BC* 123 uinta *C* 124 pignere *C* 128 at] ad *L* rennuit *L* 129 que *AC* inaertes *L* 130 iurgias equotes *L* quoties *C* rixa ω *corr. Mayor* perfide (a über e) *A*

trendentesque uiros alterna in iurgia pulsant,
inserat his mediam sese ne femina, neue
inguina corripiat alieni obscena mariti.
Haec quisquis deuotus agit, non tangitur ulla
peste mali. nec bella timet morbosque calentes.
nec sterilem sentit consumptis mensibus annum.
sed placidus toto laetatur tempore uitae.
diuitias donante deo, qui crimina mundi
despectat mitis iraeque in tempore punit."
Talibus orabat uates cunctosque monebat
31 9 25 Leuitas, quos cura manet uenerabilis aulae
sacrorumque dei. ut legis iussa perennis
omnibus adsidue legerent: quo promptior esset
sollicitudo dei cunctorum in corde uirorum:
26 utque etiam tabulas gemina de caute politas.
bis quina quae iussa tenent metuenda per orbem.
sanctificae adseruent clausas penetralibus arcae.
14 His actis prodire iubet Nauete creatum
iudicioque dei plebis dat iura regendae,
20 utque libens Iudaea manus subuerteret aras
19 mentitosque deos, hymno dat uerba melodo.

CANTICVM MOYSI.

32 1 Auditum tribuat deumque laudet
caelum quodque supra praetexit astra:
et tellus tumido diuisa ponto

131 alternam iurgia *A* in : i *in ras. B* 132 hiis *L* ne sese π neue| neuem *L* 135 nec| ne *L* timi[&]t *A* 136 steriles—annos π 137 temporȩ *L* 139 dispectat ω quae *B* 140 uatis ω 142 leges *L* 143 assidue *C* adsiduae *L* promtior *C* prumtior *A* prumptior *B* 146 q. *B* iusa *L* 147 sanctifice *L* adserent *L* clausis π 148 hiis *L* 149 dat iura *C* datura *L* (datur[a]ȩ *A*) 150 quae *B* iudea ω 151 ymno *L* meledo *L*

INCIPIT CANTICVM MOYSI| INCIPIT *praef. C om. L*, MOYSI *AC* MOYSIS *B*

152 dñmque laudat *L* 153 que *om. L* castra *C*

aures conmodet et sonos receptet.
mentis nuntia quos ait loquella:
2 ut sueuit pluuios potare rores,
aestus cum rapidi calente flamma
messis puluereo tabescit aruo:
rident gramina parturitque mundus
et multum patulis diuisa rimis
nimbos frugiferos hiulca sorbet.
3 nomen nam domini mei poposci.
cuius gloriae conuenit honores
et laudes meritos referre seruos.
4 cuius eloquiis uerum cohaeret.
quae semper ualida uigent iuuenta.
rectum iudicium uiaeque iustae
nullis flexibus inplicant uiantes:
iniquum nihil est nihilque prauum.
5 beatae dominus fidelitatis
non reddit meritis pares reatus.
quamuis progenies iniqua pactis
pernix supplicium sibi laboret.
6 heu plebs tristificae dicanda morti.
haec reddis domino deoque nostro.
illi. qui genitor mauult uocari.
seruis dum tribuit nomen natorum:
cunctos numine cum regat perenni.
ac possit subito delere leto?
hic te constituit. creauit ille.
qui nunc obtinet et tenebit olim.
7 memento potius aeui perennis.

155 cõmodet *C* 156 nuntio *L* loquela *C* 157 patare *A* 159 messes *L* 160 ridente *A* ridenter *B* mundus] tellus π 161 ramis *A* 162 inimbos *L* hiiulca *L* 153 numen ω *corr. p* 165 meritas π 166 coheret *C* conheret *L* 167 quae] cui π uigenti uenta *L* uigent inuenta *C* *corr. p* 171 felicitatis (*ss. pr.* fidelitatis) *C* 172 ante meritis *spatium duarum litt. B* 173 quamui *A* 174 labret *A* 175 tristifice *L* 176 deoque] quae deo *L* 177 illi *L* ille *C* 179 nomine ω *corr.* π 180 delere loeto *C* de re lecto *L*

et quae post obitum funusque uiuant;
annos quos series futura sumat
et quae sint iterum creanda, quaere.
aut si mens hebetat, patrem precare,
qui te continuo totum docebit:
uel de presbyteris unum rogato:
nubem discutiet dabitque lucem.
8 cum semper dominus in astra celsus
diuisos populos dedisset orbi,
primus quos genitor creans Adamus
terrarum trepido dedit labori:
uerbum iusserat ut dei perennis,
finem gentibus indiditque summam,
qualem sidereae tenent cohortes.
9 cohaesit domino plebes Iacobi,
cuius cretio conrogatur ipsi:
heres nam domini deique uiuit
sola sufficiens sibique firma:
10 qua tellus iacet abnegata tectis
et solis calidis anhela flammis
nullis perpetuum rigatur undis,
istic eliciens deus nocentes
adfecit merita subinde plaga,
et mox sanctificae dedit medellae,
11 subdens dexterae, ceu laborat ales
pullos tegmine sub fouere pinnis,
10 lumen ut medium solemus ipsi,
per quod cernimus, abditum tenere.

186 sint *L* sunt *C* quaerere *L* 187 haebetat *A* praecare *L* 189 presbiteris *L* unum *p* senem ω 192 diuisus populus *L* 196 finem | firem *L* indedit *L* 197 conhortes *L* 198 conhaesit *L* cum hesit *C* plebis ω 200 quae *L* uiuit | uiui π 203 hanhella *B* hanbella *A* 204 nullus *A* 205 deus *p* dominus ω 206 affecit *C* adficit *L* subunde *L* 207 medelae *C* 208 dexterae *L* dextera *C* laboret alæs *A* 209 pullos π populos *C* populus *L* tegmine : ıb *p* sub tegminis ω sub geminis *Mayor* pennis *C* pullos tegmine confouere pennae π 211 pe[r] *C*

ne sit fors aliqua molesta plagae.
12 solus quos dominus ademit hosti.
qui caelum statuit fecitque terras.
13 ipsis multimodum cibum parauit.
quem tellus parit inrigata nimbis:
mellis et latices dedere saxa.
et pingui pariter fluente oliuo.
14 lac uictum pecudum dedere mammae:
tellus triticeas fecunda messes
et uinum madidis creauit uuis.
15 cuius laticibus repleta pubes
gestit ebria denegare numen.
cuius muneribus ditata regnat!
16 quin et pestiferos secuta ritus
17 pingues daemonibus parauit aras.
19 uidit haec domini deique lumen
et iustam meritis necem parauit
sontes dissocians proculque pellens.
21 dum rectum potius uidetur ipsi
ignotam refugis praeferre gentem.
22 ignis e domini coruscat ore.
qui. cum perpetuum pererret orbem.
ipsis emicat inferis timendus.
sternit pabula diruitque messes
et quae seminibus uenere iactis.
23 lucent sidera fulgurantque montes.
iusta cum dominus mouetur ira
et telo timidos petit calenti.
24 pallor corpora luridus necabit.
ieiunum solitus adire pectus.

212 ne fit sors ω *corr. p* (sit π) 214 qui *p* et ω 215 parabit *A* 216 inrigata nimbis *C* animbis (*litt.* inrigat *om.*) *L* 220 menses *L* 222 pubis ω 223 æbria *C* 225 pestiferus *L* 226 demonibus ω iras *B* 232 igni se *L* orem *B* 233 peresset *L* o^r bem *A* 234 imferis *B* 235 papula *L* 237 fulgorant ω 239 telo π cælo *C* tello *L* timidus *L*

illos pennigerae ferent uolucres:
illos bestiae mordicus uorabunt:
25 illos uulnera duriora ferro
consumptis facient lugere natis:
27 tandem desinat ut sibi uideri
diues ceu proprio Iudaea dono.
30 illam uulnificus delebit hostis,
unum dum fugiunt timentque mille.
sed rursus dominus redit serenus,
ut totam protinus [placidus] sedauit iram:
longe dissimilis deis reorum:
32 quorum uinea uitis est Gomorrae
fellito nimium fecunda musto,
33 cunctis dirior aspidum uenenis.
35 tempus iam properat, uidete, leti,
omnes quo dominus coercet ultor.
37 et nunc pestiferos rogate diuos:
38 adsint, subueniant leuentque poenas,
ut uotis redeat medella uestris.
39 solus sum dominus, uidete: solus
uitae conditor arbiterque leti:
ius est parcere, ius mihi ferire!
nullus fortior arbiter caelorum
extat, qui ualeat leuare leto
illum, quem domini manus coercet.
40 quam dum stelligera per astra tollo,
dicam: ‚Perpetuis mandabo saeclis
41 educens gladium uagina nudum:

242 illos π illo *C* ille *L* pennigere ω ferunt ω *corr. p* 243 uorabant *C* 245 legere *B* 246 designat *B* 247 ceu] ceum *L* 248 illa *L* delibit *L* 251 ut totam protinus sedauit placidus irã *C* ut totam protinus placidus sedabit ira *L* 252 reorum *C* renorum *L* eorum π 255 uenenus *A* uenemus *B* 256 loeti ω laeti π 257 quo ω quos π conhercet *L* ultos *L* 258 rogare diues *L* 259 atsint *C* paenas *B* 262 loeti ω 263 ius est mihi ferire ω *corr.* π 265 exstat *L* loeto ω 266 conhercet *L*

qui dum per trepidos rotatur hostes.
lucet fulgure candidus corusco.
imis pestifer et timendus altis.
43 semper cum domino laetare. caelum!
quem cunctus polus angelique laudent
et gentes socia parique plebe.
longa nam dominus erumpit ira
et, dum percutit inprobos superne.
parcit subditis et pios reseruat.

34 1 Postquam digna deo cecinit modulamina uates.
uisurus terram Nabali e uertice montis
donatam populo. cuius moderamen agebat.
conscendit sublime iugum functusque deinde
5 occubuit. nullo contectus membra sepulchro.
7 cuius uita fuit bis sexaginta per annos
omnibus in rebus felici interrita cursu.
nullis fracta malis nullique obnoxia morbo:
7 quin etiam occiduo sub tempore lumina flammas
seruauere suas. uisu sincera sereno.

270 hostis *L* 271 fulgore ω 272 himis *C* 274 populus ω *corr. p* 277 improbos *C* inprobus *L* supernæ *C* 279 cicinit *L* uatis ω 280 Nabali *p* Haba:i ω 281 donata ω *corr.* π moderaminagebat *L* 283 nullo : o *ex* u *B* sepulcro *C* sepu^{l}chro *A* 285—288 *desunt C (statim post u. 284 nulla lacuna interiecta paenultimo uersu folii 91^{r} sequitur liber Iesu Naue u. 143 sqq. C)* 286 fracta *p* facta *L* 288 seruare sua suis uisu *L corr.* π

EXPLICIT METRVM DEVTERONOMII *L om. C*

IESV NAVE.

1 1 Haec inter dominus Iesum dignatus adire
promittit ualidis sublimem confore donis,
2 admonitum transire uadum Iordanis amoeni
castraque metata hostili inponere ripae;
utque nouas sedes terrarum in parte reposta
6 constituat plebemque locis disponat opimis.
4 quin etiam gentes distincto ex nomine noscit
monte tenus magno, quem Libanon incola dicit,
usque tuas, prono qui laberis agmine, ripas,
Euphrates, Syrio disiungens limite Persas,
uel mare, quod tumidum uentosis fluctuat undis.
5 nam praeter eximium conserta in proelia robur,
terrorem late populis pallentibus indens,
Iudaicus miles domini tutamine fidit,
cui meritum insigne dominus largitus ab astris
praestitit, ut caperet dites sine uulnere terras.
7 „Heia age uiriles, deus intonat, arripe curas,
ut populus donata sibi mox regna capessat,
8 legiferoque simul uisus ne dimoue libro,
ut domino tutus numquam uiduere perenni."
10 ille citus scribis mandata gerentibus infit,
11 ut uictum populus et congrua tela capessat,
moturus ualidas uicina ad bella cohortes.

INCIPIT METRVM SVPER LIBRVM IESV NAVE *A* f. 151r *B* f. 154u (SVPER LIBRVM *om. B)*

4 imponere *B* 6 disponit *A* 7 distincto *L* distincte π 8 libano *L* 10 eufrates *A* eufratis *B* sirio *A* 11 uent//osis *(*u *eraso) A* 12 conserta *p* referta *L* praelia *B?* 17 uiriles *B* uiriliter *A* deus] dñs *A* 20 tŏtns (v *al. ss.) B* 21 gentibus imfit *B* 22 capissat *A* 23 conhortes *B* 1—146 *AB* *(L = AB)*

tertia puniceum signet cum linea mundum.
12 adfatusque tribus iuncto Iordane manentes.
14 ut pecora et natos percepta in rura relinquant.
15 at bellum commune gerant uictisque deinde
se referant populis. domino quos principe pulsent.
16 illae alacres iungunt cuneos atque agmina miscent.
aspera quaeque pares ferro uotisque petentes.
2 1 Haec inter iuuenes pugnaci ex agmine lectos.
quae loca quiue habeant homines, ubi moenia gentis.
uestigare iubet cursimque inspecta referre.
pinguia qui Medium lustrant dum praedia terrae.
inrumpunt urbis aditus custode uacantes
occultique situm lustrant et tecta Hiericho.
excipit hos meretrix. dudum quae dicta Rachaba est.
clamque tegit trepidos ac uerbis sedula mulcet.
2 quod postquam regi dictum, terrore minaci
3 4 exigit absconsos stabili cum mente loquentis
5 egressos dudum portis bipatentibus ambos.
6 quos tamen occultim lignorum texerat antro.
7 illos cura ducis per deuia quaeque requirit
et. uelut hostis agat, portarum limina claudit.
8 at meretrix. postquam cessauit cura tyranni,
uertitur ad iuuenes et uatis more locuta est:
9 »Nota mihi, fratres. dominus quae praemia uobis
10 deferat. ex furua cum primum dempsit Aegypto:
ut mare per medium fluctu suspensa tumenti
unda fuit uobis ueluti pro moenibus ingens.
uel cum per uacuas heremi squalentis harenas.
caelicolum uictum niualis manna parauit.
uel cum terrifici reges. trans flumina rauca

27 at *Mayor* ad *A* ac *B* cōmune *B* 28 referunt *A* 29 adque *B* 32 gentes *A* 34 *an* Madiam? 35 uagantes *B* 36 iericho *B*[1] 37 excepit os *B* q. *B* 38 clamque tegit| cum tegit *B* 40 loquentis *A* loquenti *B* 41 egressus *B* 42 *an* linorum? 43 Illos| Illos quos *B* diuia *B* 44 ostis *B* 45 ac *B* 46 uatiis *B* loquuta *B* 48 defferat *B* demsit *A* 49 per dium *B*

Iordanis positi. uestro mucrone cadentes
liquerunt patrias uobis uincentibus urbes.
11 quid moror? obsedit mentes et pectora pallor;
nullus tela capit curuo nec fidit in arcu:
non pedes aeratas acies in proelia denset:
non quadriga uolat ferrato bellica curru.
uobis uera datur. iuuenes. uictoria. uobis
sidereo ab rege. qui terram fecit et astra.
12 et nunc. o iuuenes. iuratis dicite uerbis.
ut. cum depositis procumbent moenia muris.
sit salus in uestris conposta et credita dextris.
13 ne captiua fiam socia cum stirpe domuque
patribus et caris. quorum me cura fatigat."
14 adnuitur cunctosque domi seruare iubetur.
uiuere quos cupiat secum. atque indice signo
18 spartea uincla sua suspendat cauta fenestra:
ut. cum per captam legio se fuderit urbem.
inlita puniceo cernatur lana colore.
22 illi alacres superant fossas et tuta capessunt
Aïsamo in colle. trina sub luce latentes.
ne. dum praepropero repetunt sua castra recursu.
incurrant aliquos diuersa ex parte sequentes.
at meretrix secura sui mandata facessit.
3 1 nec non et princeps. iuuenum sententia doctus.
raptim castra mouet Sattina ex ualle proculque
aduolat atque animos palpat dans otia cunctis
2 trina die: scribasque instigat dicere plebi.
3 ut. cum sacratam praeferri adspexerit arcam
atque sacerdotes post altar pergere celsum.
signa leuent alacres promptim spatiumque relinquant.
4 milia quod sensim duo conpleat: atque fluentis

55 liquaerunt uobis patrias *B* 56 pecora pullor *B* 58 praelia *B* 62 o *om. B* 68 adque *B* 69 spartea *B* sportea *A* 73 Aisamo *p (ex Num. 33, 49)* Osamo *L* colle] colore B 76 sui] sua *B* 78 Sattina *p* Attina *L* 79 auolat *B* 80 Trina *p* Una *L* die π dies *L* aspexerit *L* 82 adque *B* 83 prumptim *A* prumptum *B* 84 adque *B* fluentes *L corr. Mayor*

5 corpora purificent, domini ante ora locandi.
7 Haec inter princeps domini dignatus honore
emicat, eximio Moysetis stemmate dignus.
15 iamque sacerdotes fluuium transmittere iussi
nuda in primori mergunt uestigia ripa:
* * *
4 2 tum bissena tribus dat lectos iussa tribunos,
qui medio e fundo legerent candentia saxa,
6 7 calculus ut madidis bissenus demptus harenis,
flumina testetur populo siccata uianti.
9 consimiles etiam cautes numeroque modoque
in medio posuere sinu, quas mobilis unda
diluit et rauco perfundit lubrica fluctu.
12 at Rubena tribus nudatum transmeat amnem:
quam Gada subsequitur, media properante Manasse,
13 quadraginta uirum mittentes milia bello.
3 13 cum subito eluuies, fluuio decurrere sueta,
16 stringitur et glacie cursus frenatur aquarum:
euolat inferius positi pars fluminis ac se
condit in oceanum uastoque inmergitur aestu
a regione, pii quae condit membra Mosetis,
usque ad inmensum dubiis cum fluctibus aequor.
4 18 atque ubi Iordanem transmeauere frequentes,
laxatur glacies solis mollita tepore
exsuctasque prius coniungit flumine ripas.
5 1 Haec ubi cognorunt diuersa in parte tyranni,
demittunt mentes: nullum constantia firmat.
2 hic princeps cultros bissena ex caute parauit,
3 de quibus, ut iussum est, populi praeputia dempsit.
6 nam bis uicenos heremo plebs tanta per annos
ediderat ualidos maiora in milia natos.

87 aemicat *B* moysetis *B* mosetis *A* stemate *B* 89 *lacunam indicaui p* 90 tum nobissena *B* 95 mobiles *B* 97 at] aut *B* amnē *B* omnem *A* 98 quē cada *B* 101 glaciae *A* 103 inmergitu *B* 106 adque *B* 107 tempore *B* 108 exsuctas *B* exsuetas *A* adsuetas π 109 cognouerunt *B* 110 dimittunt *L corr. p* 112 de *p e L* 113 heremo] aereme *B* 114 aediderat *B*

8 praebetur his lenta quies, ut tristia maestis
uulnera mitificet sensim coitura cicatrix.
10 pascha dehinc colitur et candens manna negatur
12 ditibus annona, quam passim plurima messis
exhibuit populo certatim farra metenti.
11 azyma niuosa pascit de polline laetos.
10 noctis festa piae campo celebrantur aperto,
nouorum in mense senis bis solibus actis.
(6 1) haec super e portis despectat turba pauentum,
castra modo et lecto conseruans milite muros.
13 interea uates quendam mucrone minantem
perspicit, et celere gaudet coniungere gressus,
talia dum memorat: „Qua te de parte praesentas?
noster es, an potius Phoenicum ex gente? fatere."
14 accipit optati sermonis protinus usum,
sublimi narrante deo, „Delapsus ab alto
aethere nunc ueni, totis cui militat astris
insignis legio et quo sub principe degit."
15 ille sub haec mixta tacitus formidine gaudet,
fusus humi ueneransque deum, dum talibus infit:
„O domine, inmensam dignatus linquere sedem,
quae famulum celerare iubes, quas sumere curas?"
16 dicitur, ut propere plantarum uincula soluat,
fixerat in sancta quoniam uestigia terra.
6 1 quin etiam ualidam muris atque obice firma
casuram Hiericho uidet, gentesque feroces
2 atque obitum regum, quibus est coniuncta ruina.
3 7 ille celer toto circumdat milite muros.

115 tristitiā estis *B* 118 didibus *B* 120 azima *A* azema *B* 121 noctis *B* nocti *A* piae *A* pie *B* 122 altis π 123 dispectat *L corr. p* 124 et delecto *B* 125 uatis *L* mirantem *L corr. p* micantem π 126 perspecit *B* celeri *L corr. p* celeres *Mayor* congaudet coniungere *B* 127 pate *B* presentas *L* 128 foenicum *A* fenicum *B* 129 obtati *A* 130 dilapsus *L corr. p* 136 quae] quo π iubis *B* curas] causas *B* 137 ut propere] propere ut *B* uincola *B* 139 atque *p* ad *L* ab π 140 casuram *B* cesuram *A* 141 atque *absumptum A* 142 totos π

pone sacerdotes statuens arcamque sacratam.
8 uatibus inperitans. quo plebs audentior esset,
terrificos sonitus septem proflare tubarum.
11 iussa dehinc legio tacite circumuenit urbem.
10 ut tum belligerum tollat stipata clamorem,
terrificum dederit proceris cum tessera signum.
15 septima iamque dies laetum patefecerat orbem,
cum iubet aeratas acies in proelia Iesus
16 fidentem proferre gradum uastumque fragorem
mittere pectoribus. quem promptim tela sequuntur
non aries caementa quatit turresque retundit
incessens etiam muros portasque superbas.
sed fragor et uastae concordi murmure uoces
20 tormentum mortale gerunt. quo moenia sidunt
nudataque suis patuerunt omnia claustris.
21 inrumpunt alacres subuersam protinus urbem,
omnia uertentes gladio flammaque uoraci.
22 femina sola fuit meritae donata saluti,
23 ciuili discreta neci atque abdita castris,
cognata comitante manu, ne nescius illam
interimat miles, totis dum postibus errat.
24 seruatur domino uirtutum lauta supellex
omnibus ex rebus, poterant quae pascere uisum.
26 His actis princeps populum iurare coëgit,
ne studeat quisquam muros renouare iacentes
pignore multandus primo fundamina propter,
extremo dehinc, temptet si attollere portas.
7 1 interea euentus corrumpunt praua secundos.
idola sectatur populus et pronus adorat

143 poene *A* 144 imperitans *A* ardentior *B* 145 terrificus *B* 146 orbem *B* 147 *Cf. 191 uersu paene ultimo.* tum *p* cum *ω* 148 tesera *BC* 149 iamque] que *om. BC* letum *BC* 152 prumptim *L* 153 cementa *C* cimenta *L* quatitur resque *B* 155 uaste *BC* condimur mure (cor *om.*) *B* 156 mortale *A* morale *BC* murale π 160 donate *C* 161 adque *B* 162 comitata *A* 163 erat *B* 164 suppellex *ω* 165 q. *C* 166 conegit *B* 167 lacentes *(sic) C* 168 mutandus *B* fundamine *B* 169 extremoque *Mayor* 171 pronus] protinus *B*

saxa leuata manu. dum cautes numina credit.
signifer est Acharus. Carmeli filius Ambri.
quem sectata cohors dominum legemque reliquit.
2 in uetitis haut laeta diu: nam milia postquam
3 trina uirum consueta. nefas. sunt missa per arua
hostica credentum facili formidine uinci
4 Georum pubem. trepide dant terga per agros
praecipitique fuga repetunt sua castra ducemque.
6 dedecus id postquam ductoris contigit aures.
discindit uestes et prouida pectora tundit.
quem comitata senum confestim turba maerentum
7 supplicat. innocuis dum poscit uocibus Auses:
,O domine. quae causa fuit producere plebem
Aegypti de sede tuam? quid pendere fluctus
aequoreos cunctaque dehinc quae tradita nosti
ingenti donante manu. qua ditius est nil?
an ideo. adflictam tumidus ut sternat Amorreus?
tutius ergo fuit trans magnum degere flumen.
qui patuit nobis bibula siccatus harena.
saucia quid faciet. aut quid confusa loquetur.
quod mage seruitium cupias detrudere lectos.
atqui uera salus et certae dona medellae
te penes et quidquid mitis clementia praestat.
9 conuenient gentes. dederas quas uincere nobis:
mixta Iebusaeus Amorreusque phalange
aduersum te. summe sator. fera bella mouebunt.

172 sexa leuita *C* nomina *B* 173 acbarus *C* carmeli/ *B* 174 conhors *B* dominumque *L* que *om.* *C* legemque *om.* *B* reliquit *C* reliquid *A* relinquit *B* 175 haut *A* aut *B* haud *C* 177 credentum *L* creduntum *C* 178 Georum *AC* Seorum *B* pubem] urbem π trepidę *C* 181 descendit *B* prouida *A* praeuida *B* prăeuida (o *in* æ *an* æ *in* o *corr.?*) *C* tondit *B* 182 quem] quę *C* comitante *B* confestim dat turba *AC* dat *om.* *B* merentum *C* 183 auses *C* aures *L* 185 aegipti *C* quid] qui *B* pandere π 188 tumidos *B* amorrus *AC* ãmorreos *B* 190 arena *B* 192 seruitum *B* ditrudere *C* 193 autqui *L* certe *BC* 194 paenes *A* pene sed *C* quicquid *AC* 196 iebuseus *AC* falange ω 197 sume *B* merebunt *B*

ergo tuum nomen pateris ridere superbos
ignotaeque tibi gentes plus iuris habebunt?"
13 flectitur his dominus natemque adsurgere iussit.
commemorans sensim deformis crimina culpae
plectenda exitio capitis. quod talia suasit.
16 hinc ubi prima dies noctem dimouit opacam.
corripit e somno corpus sociosque fatigat
cognatasque tribus per nomina singula uisit:
25 deprendens noxale caput dat corpora morti
inproba. dum pariter pecudes mittuntur in ignem.
20 quod facinus primus conmissum dixit Acharus
21 infelix praedae et spoliorum accensus amore.
quae sepulta domi propria tellure tegebat.
22 continuo haec missi quaerunt: quae cito reperta
23 et coram conposita duce populoque frequenti.
24 ille ubi quaesitam uidit non defore praedam.
talibus eloquitur rector terretque timentem:
25 „Fare age nunc cunctis. quae te dementia cepit.
aut quid adiuuit rerum tibi nescius usus.
inmemor ut legis ritum sequerere nocentum?
et nisi saluasset sublimis gloria plebem.
libera colla iugo pressisset uictor Amorrus.
heia age. pro cunctis admissa piacula pende.
ut saluata deus dominusque in castra recurrat."
haec ubi disseruit, saxorum tollitur imber
damnatumque premit stirpemque euerberat eius:

198 redire ω *corr.* π 199 iure *B* 200 hiis *B* 201 cōmemorans *C* commerans *B* crimine *C* 202 plaectenda *B* plectanda *A* quod] qui *A* 203 demouit ω *corr. p* dem .... *(spatio relicto) A* 204 e] & *L* 206 depraendens noxiale *B* corpore *C* 207 improba *C* peccudes *B* 208 cōmissum *C* commissum *A* 211 haec] huc π missi π missa *A* misso *BC* quaerunt *Mayor* sunt ω q. *C* cito cuncta reperta π 212 quoram *B* conposita *AC* conposito *B corr.* π 214 tumentem *A* 215 detementia *B* coepit *L* 216 audiuit *L* adiuit *C corr. p* 217 legis ut *B* ritus π sequere *B* 219 pressisset iugo *BC* (praessisset *B)* 220 per cunctos π admira *B* pande π 221 deus dominus] *litt.* dšd *in ras. B* 222 deseruit *B* ymber *BC* 223 dampnatum *BC* praemit *B* uerberat *B*

et pecora et quidquid rerum seruauerat idem.
candens flamma rapit canoque in puluere soluit.
8 1 his actis curae emotae: deus omnia mitis
respicit et cunctis pariter consueta resignat
robora. quis ualeant acies detrudere cunctas.
3 accipit hic domini mandata insignia rector,
instruat ut socias quaecumque in bella cohortes.
mille legens iuuenes insigni corpore et armis.
4 ut. belli dum furta parant, dumeta capessant.
haut procul hos tacite Gergesi a moenibus abdens.
5 ut cum mentita formidine uertere terga
6 occipiat clausosque uiros educat in aequum.
7 continuo celeres nemorosa cubilia linquant
nudatasque uiris studeant peruadere portas.
nec mora. propositis respondent omnia uatis.
postquam obliquo decertant agmine turmae,
15 princeps terga suos confestim uertere iussit.
16 quos inimica super denso ruit agmine turba
ac multo clamore premit ferrumque coruscat.
19 quod speculata cohors, quae concaua ualle latebat.
euolat et uacuis perrumpit moenia portis.
subiciens rapidos tectis sublimibus ignes.
20 confusus cum deinde sonus ac flebile murmur
Gergessos conferre caput uisumque coegit.
respiciunt atram in caelum uolitare fauillam
flammarumque globos. quos culmina capta uomebant.
22 diuersamque manum tergo frontique minantem:

224 quidquid | quicquid *AC* quid *B* idem | id est *B* item π 225 cadens *BC* canoque | canope *C* 228 robŏra *C* 229 hic | haec π domini | dñm *C* 230 conhortes *B* 232 *uerba* dumeta capessant *om.* *C* dummeta *A* 233 haut *A* aut B haud *C* 233 Gergesi a *p* gergesia *AC* gersia *B* Gaeorum π menibus *BC* 235 occipiat *C* accipiat *L* clausus *B* 236 nemorosa *BC* numerosa *A* linquat *L* 237 nudata *B* 239 oblico *B* 242 praemit *B* choruscat *A* 243 speculati *C* conhors *B* q. *C* 244 męnia *C* 246 ac *A* e *BC* 247 gergessos *C* gergesos *L* Gessaeos π conegit *B* 249 globus *B* capta uomebant *absumpta* *A* uomeb' *C*

deprensi horrescunt exossaque tela relinquunt.
confixa ante oculos lacrimantumque ora parentum
pars in praecipites fossas uictore ruente
truditur. aut captae portis sese arietat urbis.
25 sternuntur ferro iuuenum bis milia sena.
28 ipse quoque exultans aususque erumpere in aequum
rex primo incursu capitur uinctusque tenetur
29 configiturque cruci: miserum dant saxa sepulchrum.
27 omnibus absumptis solum non sorbuit ignis.
quod rapuit festina manus: iumentaque tantum
sunt dirempta neci, subeunt quae pondera tergo.
9 1 interea ad reges reuolat uictoria cunctos.
audit Amorreus Iordani adiunctus amoeno
et qui dumosis posuere in montibus aulas
uel campos habitant laetos uallesque supinas.
et qui caerulei consistunt margine ponti.
Cetaeusque simul Chananaeusque susurrat
Eueusque pauet Pherezeusque labascit.
et Iebusa manus pariter Gergessaque pallent.
2 nec tamen infracti penitus penitusque iacentes
attollunt animos seseque in proelia firmant:
omnibus unus amor Iesum detrudere regnis.
conueniuntque Gabana. loco atque agmina sistunt.
8 30 ipse inter curas bellorum construit altar.
31 Moysetis de more. deo: quod uincula ferri

251 depraensi *B* exossa ω relinqunt *C* 252 confixa ω *an* confixi? pars fixa π 254 arieta turbis *L* 255 sena *p* dena ω 257 *deest A, adest BC* iṇ̣ primo *C* 260 lumenta *(sic) C* que *om. C* 261 direpta ω *corr. p* que *L* q. *C* *inter* 261 *et* 262 *uu. 274—286 ponendi uidentur* 263 adiunctos *B* amẹno *C* 265 supinos *A* 267 cetheus *L* ch&teus *C* Hetaeus π simul—Eueus *om. B* chananeus *AC* 268 pauit ω ferezeus ω labascit *L* labescit *C* 269 Et Iebusa| Iebusaea π gergesa *B* 270 penitus *semel tantum L* iacentis *B* 271 seseque| que *om. C* praelia *B* pelia *C* 272 iesu *C* regnis| ignis *B* 273 gabana *A* gebana *BC f.* Gabaona (*ut* 287) Gibana π loco *C* loca *L* adque *B* 274—286 *post* 261 *collocandos suspicor* 274 alta *B* 275 moysetis *C* moysetiis *B* mosetis *A*

nulla ligant, dum saxa simul conpacta cohaerent,
aequali coeunte situ, libamina promens
grata deo, quis spirat odor iucundus in altis.
32 quin etiam legis discribit iura magistrae:
Deuteron est nomen, quoniam transacta reuoluit;
quam pariter totum fas est cognoscere mundum.
33 arca sacerdotum uehitur ceruicibus alma,
quicumque ut uideant domini donaria summi.
34 atque etiam uates populo benedicere suetus
percurrit, quae iussa prius, quae cauta deinde,
gestorum ratione pari atque ordine certo.
9 3 at Gabaona manus postquam successibus altis
Iudaeos creuisse uidet caesosque tyrannos
urbibus euersis nullumque obsistere posse,
4 callida uersuto celerant conludia facto
16 et, quos contiguis regio coniunxerat aruis,
9 confingunt discreta procul sese adfore terra
mirantes tropaea uiri palmasque recentes,
11 si ualeant precibus uictori adiungere dextras
et sociare domos totamque adnectere gentem
uicturam ratione data, ni dissona corda
despiciant humiles et subdita colla retractent,
utque fidis certae ualeant seruare colorem,
12 4 deprensos multo conpellant pondere mulos,
putria portantes celeri molimine farra,
quae ueteres lasso cohibebant tegmine sacci;
13 5 uinaque consuti multo cum uulnere folles

302| Mico: Vinaque—folles Alchimus

276 saxa| sueta *C* cōpacta *C* coherent *AC* conaerent *B* coercent π 277 aequale *B* 278 quis *C* qui *L* iocundus *BC* 279 discribit *C* describit *A* descripsit *B* iure *C* 284 adque *B* uatis ω 285 que *AC* q. *C* 286 gestorum rat *abscissa A* adque *B* 287 at| au *B* gabatna *C* 288 uidit ω cesos *L* cessos *C* 290 calida *B* caelerant *B* conlodia *B* 293 tropea ω 294 praecibus *B* adiunge *B* 295 adnectege regentem *B* 296 datā *C* nisisona *B* 297 dispiciant ω *corr. p* 298 fidis *C* fides *L* fidei π 299 deprensos *B* deprachensos *B* cōpellant *C* compellunt π multos *B* 301 ueteres| ueres *C* conhibebant *B* 302 quae consua *C* multo *C* multum *L* *Mico*

nix retinent. dum plaga negat uincire liquorem.
uestitus lacero nudabat corpora panno.
calceus adtritis misere dat tegmina plantis.
15 frangitur his ductor populi. dum supplice palma
uincitur et mentes credit cohaerere loquellae.
suscipit orantes ueniam castrisque receptat.
16 set. ut saepe solet. non longum ficta teguntur.
conpositosque dolos aperit testatio ueri.
22 ilicet hos uates coram castigat amice:
19 et. quia iurarat domini per nomen aeterni.
mansit amica fides: sed ius commune negatum est:
21 23 lixarum officio circum sacraria iussi
conuehere exortes puris de fontibus undas.
10 1 hos Donibezelo postquam descisse relatum est.
regna Iebusaea qui tum tractabat in aula.
5 quinque mouet reges suscepta in proelia fidos.
acrius obliquus sociis pro foedere rupto.
quam ⟨in⟩ populum. inmensas acies qui fuderat armis.
6 at Gabaon coetu multorum territa regum
mittit oratores uatemque exposcit amicum.
confestim toto succurrat milite maestis.
7 nec mora. correptis dimittit Galgala signis
8 hostica castra petens. domino subdente uigorem
talibus adloquiis: „Timeas ne nomina regum
multa simul ualidasque putes his esse cohortes:

303 uincere ω 304 lacere *B* 305 calceus] caleus *L* adtritus *C Becker* missere *BC* 306 ductor] ditor *C* dum *om. C* 307 mentis *B* coherere *C* cohęrere *A* čherere *B* loquellae *A* loq.læ *C* loquella *B* 309 set *p* Et ω sepe *A* seper *B* 310 aperit *BC* uiri *B* 311 illicet *BC* uatis ω amice *C* amicis *L* 312 et id quia *L* id *om. C* 313 fidis *B* commune *B* cõmune *C* negatur π 314 iussi *A* iussis *B* iusis *C* 315 exsortes *B* xsortes (*e om.*) *C* exsordes π 316 discisse *B* 317 iebusea ω 318 p̃lia *C* proeli *B* 319 atrius *ut uid. C* obliquus *A* oblicuus *B* obliq̈s *C* obliquans socios π federe *A* phoere *B* 320 in *om.* ω *add. p an* populo? 321 aut *B* gabaona caetu *C* 323 totos occurrat *B* succurrit *A* 326 alloquiis ω 327 ualidans *B* putos *A* conhortes *B*

quamlibet inmensa confidant nube cateruae.
nil pedes efficiet equitum nec tela ualebunt.
falcibus et curuis armatas temne quadrigas.
namque ego pallenti quatiam formidine gentes:
nusquam fronte pari concurrent comminus hostes
palantes tumida ualido cum milite caede."
9 haec ubi cognouit, numerosum tendit ad hostem:
namque Apaphum belli tenuerunt sede tyranni
10 confestimque fugam dimisso milite sumunt.
cetera turba uirum confusae stragis aceruo
occubuit camposque inpleuit fusa patentes.
11 nec tantum exanimes uincentum perculit ensis,
quantum praegelidi conferta ex grandine nimbi:
et licet hinc enses, hinc fulmina clara coruscent,
una dies tantis non est sat longa triumphis.
12 ergo hebetes cernens gladios et funera lenta,
auxilium a domino princeps, quod sueuerat, orat.
„Quamlibet extentis lux haec non sufficit horis,
tempora ni iubeas noctis se adiungere luci.
sit nunc flamma uagi librato in pondere solis
nec moueat tremulos lunaris circulus ignes,
ut elementa, suis ceu nescia currere metis,
tempora protelent, condensus dum ruit hostis."
13 auditur propere: sol sistitur et uaga luna
cohibuit faciles utroque in cardine cursus.

350| Mico: Protelo . Tempora—hostes . alč.

328 confidant: a *ex* u *ut uid.* *C* nubæ *B* 329 efficiat *B* (efficient π) tela 330 fal/cibus *B* tempne *BC* 331 namque| nam *B* 332 fronti *B* comminus *B* cōminus *C* hostis *C* hortes *B* 333 tumido *(sic)* palantes (pallantes *BC*) ω *corr.* π 335 apafum ω *ex* ἄφνω *LXX natum uidetur p* sede] caede π 337 confusa . ē regis aceruo *C* 338 occobuit *B* impleuit *AC* 339 enses *A* . 340 praegilidi *B* conferta *p* conperta *A* c̄perta *BC* grandine/ *B* 341 flumina *C* choruscent *A* corruscent *B* 343 cernes *B* 344 quod ęsueratorat *B* 347 librata *A* in *om.* *B* 349 aelimenta *BC* elimenta *A* ceu *C* seu *L* 350 consensus *Mico* dum *om.* *Mico* hostes *L* *Mico* 352 conhibuit *A* coibuit *B* utrosque *A*

16 nec minus et reges, quos concaua saxa tegebant,
18 obstricta ceruice palam consistere iussit.
24 undique tum positis concurrit Iudaea telis
inpressoque genu conculcat colla gementum.
26 ilicet exsangues crucibus figuntur in altis
pendentes, donec sese nox reddidit atra.
27 tum suspensa uirum deponit corpora ligno,
quae super adgestis onerantur saxa ruinis.
29 his actis properat bellator subdere Lemnam,
30 grandaeuosque necat, pueris nec defuit ensis:
nil penitus tota permissum uiuere gente.
31 inde petita Lachis prostratis moenibus ardet;
33 rex etiam populi capitur ferroque necatur.
38 Dabira quin etiam, paribus cooperta ruinis,
extincta legione perit socioque tyranno,
40 et qui dumosis habuere in collibus arces
aut curuas coluit ualles camposque iacentes,
occidit, extinctis pariter cum rege maniplis.
11 1 ac dum cuncta fluunt successu laeta secundo,
Iabirus, acta uidens uictricis fortia gentis,
ditia qui populis Asorum regna regebat,
festinans flammam uicini extinguere belli,
congregat eximios reges populosque feroces,
quem Roboamus adit propere Ma[che]donis ab aula;
et Somorus factusque comes Axinus in armis,
2 8 et qui Sidonia ductor regnabat in arce,
Ceneritus Arabusque, quibus contermina regna,
firmabant animos sceptri socialis amore.

355 iudaea *C* iudea *L* tellis *B* 356 inpressu *B* conculcat *L* proculcat *C* 357 illicet *BC* 358 pendentis *B* donet (?) *C* 359 uirum] aurum *B* 360 onerantur *A* honerant *BC* 362 grandeuos ω negat *C* 363 gentem *B* *uu.* 364—546 *desunt (nulla in codice fenestra)* *C* 364-546 364 petit a lachis *L* petit Lachis π prostatis *B* 369 coluit *A* colluit *B* (*L*= 370 cum sege *A* 372 abirus *L corr. p* gentes *L corr.* π 374 flamma *B* 376 Roboamus] *an* Iobabus? machedonis *L corr. p* 377 axinus π axnus *L* 378 et quis edonia *B* arcae *A* 379 cineritus *L corr. p* arabus π aratus *L*

iungitur Ernadurus et qui coniuncta Chanannus
3 rura colit ponto. uel qui primordia solis
rubra uident. roseus cum primum panditur axis.
his super adproperat Iebuso adfinis Amorrus
Cetius Eucheusque Pherezeusque sequuntur.
qui deserta colunt squalentis deuia Thitsae.
4 omnibus est animus stipata incurrere turba.
exim quisque suo contorquent spicula ritu:
hic peditum incedit legio densataque nube
6 quadriiugique ruunt ferrato milite currus.
ut fragor ipse fuget nitentem comminus hostem.
7 at parte ex alia Iesus nil territus instat.
propter aquas ueniens Maronis nomine dictas:
8 atque ubi cum lecto conscendit milite collem.
desuper incurrens securum proterit hostem.
omnia caede madent tellusque infecta cruore est.
9 mox currus celeres subiectus deuorat ignis
cornipedumque pedes gladio truncantur acuto.
10 ipse regum princeps ferro dat pectus Asurus:
11 urbs etiam totis procumbit subruta muris.
14 communis hic praeda datur uictoribus omnis.
12 24 bis denos hac pugna duces nouemque peremit
unus ab astrigera signum qui sumpserat aula.
11 23 protinus adscribit uates populoque uiritim
12 1 diuidit ablatas tantis pereuntibus urbes
gentibus. obtentu positas et cardine terrae.
unde rubet croceum uenientis flamma diei

404| Exempla poetarum 190 K. Mico: Protinus—uiritim. Alchimus

381 chanannus *A* chananis *B* 383 cum *p* tum *L* qua π 384 his is π 385 cetius *A* cetinus *B* Ceteus π et Eucheus *L* Euthaeusque π secuntur *B* 386 squalentes *B* hitsae *B immo* Masphae 387 animos *B* 391 ĕminus *B* 392 aut *B* 393 propteraquas *B* Maronis *p* aronis *L* 394 adque *B* *litt.* te collem *abscissae A* 396 cede *L* 398 truncatur *B* 399 asurrus *B* 400 urbis *B* 401 communus *B* omnes *B* 402 hac| ac *B* 403 sumserat *B* 404 protenus *Exempla* uatis *L* *Exempla et Mico.* 405 cantis *B* 407 flammęa *B*

trans amnem prisco Iordanem nomine dictum
usque supinatam Chebronis nomine uallem,
Hermonium ad montem, uasto qui uertice surgit,
3 atque ad Amar pelagus Cheneri et marmora glauca,
sepositam et Phasgam dudumque Asedota uocatum.
4 solus conpositis restabat praeda duellis
Bassamum rector (Ocum dixere uetusti),
gigantum uirtute ferox, quos rector agebat,
Astarota cui domus est et sedes in Aedra.
6 huius terra datur tribubus sulcanda duabus
et mediae, dum laeta placet atque herbida uallis,
Rubenae Gadaeque simul sociaeque Manasse.
7 cetera partitur sociis dux aequus in omnes.
13 5 accedit regio qua Libanus exit in auras,
6 et mare Masrefatum fecundaque Sidonis arua.
14 (14 4) Leuitas dominus uillarum nomine priuat.
22 Balamus occumbit uentura edicere suetus.
14 6 at socius semperque duci coniuncta Chalebus
corda gerens, placido subnixus pectore fatur:
„Nota tibi, ductor, animi sententia nostri
tempore iam ex illo, pariter quo uisere terras
hostiles missi, cunctis pauitantibus unus
te socio exprompsi nil posse obsistere nobis:
quamlibet inmensi facerent noua bella gigantes,
stare deum contra nostraeque adsistere parti.
nempe tenes, placidus ut nobis maxima quaeque
pollicitus fuerit senior ac sorte seorsa
hunc dederit collem mihimet cunctisque meorum.

408 apnem *B* dictam *A* 409 crebronis *B* 410 uaste *B* 411 adque *B* ad Amar] Adamar π chemeri *A* ehemeri *B* *corr. p* marmore *L* *corr. p* glauca *A* faura *B* 412 uocatam *B* 413 compositis *B* 414 basamum *B* indixere *B* 415 Titatum *L* Titanum π *corr. p* 416 sedis *L* edra *B* 418 adque *B* 419 mannasse *B* 420 portitur *B* 421 exiit *B* 422 Masrefatum *p* masafatum *A* masefatum *B* 424 uenturae diceres uetus *B* 425 ad socios *B* calebus *B* 427 doctor *B* 429 misi *B* 430 *litt.* te socio ex *abscissae A* nihil *B* 432 adsistere *L* obsistere π 433 tenis *B* tenus *A* *corr.* π 434 sortes seorsa *B*

et nunc, quod bellum Enachina ex gente superstat,
cognata cum pube geram, non degener aeuo,
14 10 etsi quater denus bis iam mihi uoluitur annus.
12 ordinis esto memor sedemque adlega petenti,
quam propriam teneant nati prolesque natorum."
13 talia poscentem Chebrono in colle locauit.
15 additur et magnis haut decolor urbibus Ardoc.
15 15 his actis properat Dabiram exscindere gentem,
cuius opus suetum dociles conscribere fatus
et elementa graues pueris dictare magistros.
16 elicit ille uirum promissae ad foedera natae,
prompta cui uirtus animusque in pectore praesens.
63 omnibus interea populis seruire coactis
Iebusaea manus patriis non cessat ab aruis,
Chananno perstante domi tectisque parentum.
20 cetera ter ternis tribubus metata traduntur.
20 2 Leuitis merito bis ternas segregat urbes
3 perfugioque dedit factum noxale timenti,
ne poena adficeret admissa piacula casu,
4 quae proceres mandat librata expendere lance,
ut facto grauiore reum nex congrua damnet.
21 39 ipse quater denas Leuitis deuouet urbes
fenoris exsortes. tum plebis consona uoce
19 50 accipit Ephremum uentura in tempora collem,
urbe super iuncta, mansit cui Thamnatha nomen.
21 46 condidit his cultros dura de caute paratos,
de quibus obscenos dictu truncauerat artus.
22 1 omnibus explicitis socios remeare uolentes

436 Enachina *p* echina *L* ex g. s.] in gentes upestat *B* 437 pupe *B* degrne raeuo *B* 438 denus *A* denios *B* annis *B* 439 esto mnemor ordinis *B* adliga *L corr.* π 442 haut *A* aut *B* *an* Arboc? 445 elimenta *B* 447 prumpta *L* animos *L corr. p* 448 conactis *B* 449 iebusea *L* cessit *A* 450 channano *B* 451 cetera terrenis *B* 453 perfugitiuoquae *B* 454 cassu *B* 455 lancę *A* lana *B* 456 dampnet *B* 457 deuouit urbis *B* 458 foenoris *B* plebes *L corr. p* 459 effremum *L* 460 cui] qui *B* tamnata *L* 462 de *Mayor* e *L* obscenus *B*

Iordanis trans stagna uagi his inbuit orsis:
2 „Grata manus nobis sanctoque electa tonanti
fortibus e factis pariles meruistis honores,
quos dedit omnipotens cunctis. qui collibus istis
4 conposuere domus. et nunc remeate laetantes.
illud pro cunctis repetens uos saepe monebo.
5 ut memores sitis. quanta uos cura perennis
diligat omnipotens. dederit quae praemia uobis:
et quae constituit sanctis facienda loquellis.
noritis seruanda fore. quia uita perennis
his quaeritur rebus. maneat si gratia legis
inoffensa dei semperque in pectore degat.
ergo deus dominusque simul timeatur. ametur
uisceribus totis totoque e pectore nostro:
sic fiet. ut uestra pressentur sub iuga gentes."
22 6 haec ubi dicta dedit cunctisque optando poposcit.
10 illi iter incoeptum peragunt fluuioque propinquant
conspicuamque locant turrito culmine molem.
11 quae tribubus ubi facta nouem monumenta patescunt.
12 ceu domini inmemores cupiunt conlidere bello:
13 ante tamen missi. certum qui noscere possent:
Phineus legitur. Aaronis candidus heres.
14 atque decem primi tribuum meritoque locoque.
16 qui memores mandata simul procerisque patrumque
euoluunt. maestis quamquam nil criminis esset:
„Dicite. quae fuerit substructi cura sacelli?
excideritne deus? sanctaene oracula legis?
ergone deserto gentilia sacra tonante
quaeritis et uiui functorum conditis aras?

465 grata manus | grataus *B* 466 effactis *B* 468 composuere *B* domus *L* 470 quanto *B* 474 quaeritur his π si | fi *B* 475 inoffensia *incepta* i *litt. statim del.)* *B* 478 praessentur *B* 479 obtando *A* optanda *B* 480 ille iter coeptum *B* 481 mole *B* 482—484 monumenta patescunt ceu d. i. c. conlidere | bello ante tamen *etc.* *B* 483 collidere *A* 484 misi *A* 485 fineus *A* finees *B* aronis *B* 486 adque *B* 489 saculi *B* 490 sanctaene | ne *om.* *B*

17 numquid parua dedit cunctis monumenta Phagorus,
exitio informi misero damnatus in ausu?
haec odio in gentes mandant populosque patresque,
dum bellum sociale parant atque arma resumunt.
19 numquid parua data sunt uobis iugera terrae,
quae placuit uobis? aut ⟨si⟩ producere fines
ac proferre libet, de nostris sumite campis:
dum modo sidereo semper sacrata tonanti
sit synagoga parens, nobis nec dissona distet.
20 conmoneat sensus factum dementis Achari,
idola cum rigidis formauit mortua saxis.
nonne malum praeceps contracti criminis egit,
unius ob noxam populum qui perculit ultor?"
21 illi humiles blandis respondent talia dictis:
22 "Nos colimus, qui cuncta pio sermone creauit
quique uidet tacitis haerentia crimina fibris;
nec opus, ut testes ad publica facta uocemus:
ipse deus nouit, quae causa extruxerit aram.
27 nobis cura fuit condendae ad flumina molis
perpetuae, ut captae maneat testatio terrae:
ne quandoque fiant uenturae obprobria proli
credentum sancti diuisa oracula templi.
29 nescimus uanis oblata libamina diuis.
ne uero, ne tanta pios dementia mutet,
ut placeat quidquam, domino quod displicet alto!
illa nobis tantum mactare ac sternere fas est,
quae sueuit synagoga deo libare perenni."
31 his dictis manifesta fides placidique tribuni
32 laudibus ornatos meritis liquere laetantes.

493 fagobus *L corr. p (an* Phogorus?) 494 dampnatōs *B* 495 in gentes *p* ingens *L* ingenti π 496 adque *B* 497 datae π 498 aut si π si *om. L* 500 sacrata : ta *in ras. al. B* 501 ńobis] uobis π disona *B* 502 conmoneat *A* demente sachari *B* 505 qui] cum *B* 508 herentia *L* 510 exstruxerit *B* 514 Ne credentum *A* Credendum (*sic*) *B* 515 oblata uanis *A* 517 quicquam *L* 519 sinagoga *A* dño liberare *B*

23 1 interea longo uates iam senior aeuo
2 accitum populum monitis fidelibus inplet:
.Cernitis ut, ciues, me iam longaeua senectus
ingrauet et motu tardentur membra supremo:
3 et nunc uel moneo, uel, si non displicet, oro,
ut uestra sit uita deus, lex, semper in ore,
et quae praestiterit nobis cunctisque parentum
patribus, euoluat memori sententia fatu.
4 namque feras gentes, quarum nunc regna tenetis,
non gladius domuit noster, non perculit arcus,
sed dominus, qui signa pius agmenque praeiuit,
praegrediens nosmet, quotiens fit comminus hostis:
5 qui populos tantos gelida formidine missa
subdidit ac reges uoluit succumbere nobis:
quique parans uacuos nostris cultoribus agros
post bellum atque arma feras prorumpere iussit,
ut reliquam partem conductis morsibus essent.
ergo agite et pontum siccatum discite uobis
insuetoque modo fluuium sistente meatu
concretum, tenuis si nondum desuper unda
stringitur in glaciem calidum durata per aestum:
ut deus inmensi per saecla ingentia facti
accipiat meritas laudes, dum consona plausu
lingua canit nil esse deum sublimius uno.
6 pergite, quo ducit docilis sententia legis:
7 ne uariis actus sub flexibus ambitus erret.
24 14 idola nulla uirum deuicta ex gente supersint,
sit dominus uobis deus arduus et deus ingens.

522 uati. *L* 523 implet *A* 525 et *om. L add.* π ardentur *corr. p* subpremo *B* 527 *f.* uestro *p* 529 patribus| parentibus *B* 530 fera *B* teN&is *B* 532 que praeiuit π qui spreuit *A* quis preuit *B* 533 quoties *A* quoti, es *B* conminus *B* 535 subdita greges *L corr.* π 536 culturibus *L* 537 atque *A* adque *B* postque π 538 morsibus essent *abscissa A* 539 discite π dicite *L* 541 tenuisse se nondum *L corr. p* 545 *an* deo? sublimius. Vna Pergite π 546 docili *L corr.* π legi π 547 *ab hac u. C f. 96 u. ex.* esset π 548 deuicta ex g.] de uicta gente π deus *C* dñs *L*

547-
(ω)
L

15 quod si cassa placent et mortua numina cordi.
dicite. discedam. noceant ne uana colentes.
eligite, o cuncti. quae sunt accommoda uobis.
deserit omnipotens refugas longeque refutat,
9 qui sub pestiferi quondam monumenta Balacis
omnia laeta magis uati despondit amico.
adspice. quae teneas. quam fortes fuderis hostes
et quam magna deus cunctis fidelibus addat.
hunc colite et ualidas legi conectite mentes."
16 consona respondit populi sententia uati:
„Accipe. magne ducum. quae sit fiducia nobis;
illum, Niliacis qui nos educere terris
dignatus. colimus solumque agnoscimus omnes
esse deum caeli terraeque et marmoris alti.
17 quo mandante maris patuerunt aequora Rubri
et qui signa dedit nostris percongrua uotis.
18 qui gentes nostris subiecit gressibus omnes."
haec ubi disseruit populus fidelia fatu.
26 pagina sanctificis legitur laudabilis orsis.
ipse senex cautem terebinthi in codice ponit.
ut sit perpetuae testis noscenda fidei.
29 expletis igitur uitae dux optimus actis.
cuius uita fuit centum distenta per annos
30 atque decem. functus merito dat membra sepulchro
Ephremo in colle. fuerat qui sedibus aptus.

553] Mico: Disserit—refutat. Alchimus.

551 neceant neuana ω *corr. p* ne cernam uana π 552 elegite *L* acconmoda *B* acōmoda *C* 553 disserit *L* *Mico* refugas ω *Mico* (refugat *deterior codex Miconis)* quae *A* 554 *post* Balacis *pauca deesse uidentur* π 555 despondit *C* des ponit *L* 556 aspice ω fortis f. hostis *L* 559 populos *L* populus *C corr. Mayor* uati *C* nati *L* 560 magna *C* nostri π 562 dignatur π 564 equora *L* 566 subiecit nostris ω *corr. K Becker* 567 deseruit *L* fidelio *L* 568 laudabiles *L* 569 cautem] autem *B* terrebinthi *B* caudice *C* 571 uitae] ductae *L* 574 efremo *C* efromo *B* ephremo in coll *absumpta A*

iustitiae ob meritum nulli defletur amico:
cultellos tantum proceris iunxere fauillis.
circumcisa quibus fuerat Iudaea iuuentus.
32 ossaque in Sicimis Iosepi inposta quiescunt.
in quibus et membra fuerant tumulata Iacobi.
33 post hunc terrenos linquit Eleazarus actus.
ergo uiris tantis post acta insignia functis.
gentiles populus cultus atque idola sumpsit.
defugiens dominum terrae dominumque caelorum.
37 subditur Eglomum quae propter facta tyrannis.
atque quaterdenos uixit captiuus in annos.

575 defletus *C* 576 cultellos] coltellus *A* collectus *B* 577 iudea *BC* 578 ĩposita *C* 580 linquid *C* 581 postata *C* post acto *L corr. p* post tanta π 582 populus : us *in* os *uel* os *in* us *A* us *in* os *corr. B* adque *B* 583 difugiens *L* diffugiens *C corr. p* 584 quae (q. *C*) propter ω propter sua π tirannis *B*

FINIT IESV NAVE : ∼ ITEM INCIPIT LIBER IVDICVM ∵ *C* Explicit metrum Iesu naue *B* Explicit metrum ∴ *A*

IVDICVM.

1 1 Postquam conspicuo Iesus decesserat actu
reddideratque deus famulum post bella quieti.
confestim Iudaea tumens sibi poscere regem
incipit et dominum. quae sit sententia, poscit,
ut Chanana manus, quae nondum subdita bello
aemula pugnaci uersabat corda tumultu,
suesceret imperiis excusso accedere ferro.
2 3 inditur his Iudas, qui fratre cum Simeone
4 inlata extinguit confestim pugna Chananos,
cum quibus admixta sternuntur caede Pherezi:
milia ferme decem fuso cecidere cruore.
5 ipse caput belli, magnorum causa malorum,
dux fuit et princeps Donibezecus: aberrans
6 corripitur meritasque luit pro crimine poenas.
nam manibus pedibusque simul sine more recisis
7 uberibus maeret lacrimis, quos non habet, artus,
quosue gerit, simili dum perfurit inprobus actu:
septuaginta prius truncarat corpora regum.
ergo dedit poenas, quas fecerat, et mala pendens
congrua decessit Solymis regnumque reliquit.
8 ipsa etiam Ieru capitur flammisque perusta
concidit, ingenti propere conuulsa ruina:

18| Aldhelmus ad Acircium (p. 244 G.): „libro Iudicum: „Septuaginta—regum.“ 1—9 *ABC* (ω = *ABC* *L* = *AB*)

[p Peiper, π Pitra , qui ubi idem inuenerunt, nullum signum adpositum est.]

INCIPIT METRVM SVPER LIBRVM IVDICVM *L* FINIT IESV NAVE :~ ITEM INCIPIT LIBER IVDICVM ; *C*

1 posquam *C* 5 chanana *AB*² channana *B*¹*C* quae] q. *C* 9 inlata *absumptum A* chanannos *C* 10 ferezi *C* 14 pęnas *C* 16 artis *C* 10—69 *C*
17 ĩprobȝ *C* 20 solimis *C* reliquid *C* 21 Ieru *p* ieuru *C* Iebus π

10 post Chebrona ruit et Chananaea iuuentus.
quae iuga celsa tenet surgentis in aethera terrae.
11 Dabira post capitur trepido fecunda duello.
praescia doctiloquae numeros euoluere linguae.
12 quoque magis celeri lapsarent moenia casu.
obtulit. ut thalamis natam coniungeret Ascham
Chalebus genitor illi. qui fortibus armis
arduus obliquas uertisset funditus arces.
13 ilicet incensus promissae ad coniugis usum
Gothoniezelus. proles laudata Genezae;
atque ubi perfectis conpleuit gaudia uotis.
accipit emeritam grandi cum dote parentis.
15 nam praecelsa dedit et collibus ardua curuis
iugera. et optatos lympharum praestitit usus.

* * *

16 dimissi properant Phoenicum et moenia nota
linquentes solas heremi scrutantur harenas.
deueniunt celeres. ubi concitus explicat alas
auster et umbrosis obducit sidera nimbis.
fit domus ambobus. Aradam quam nomine dicunt.
atque Amalec placitis adscita adiungitur aruis.
17 inde petit Iudas Sephetam cultore Chanano
et domitam tristi conpellat nomine terram.
esset ut extorris et semper facta seorsa.
18 solam non potuit sceptris subiungere Gazam.
Ascalon atque Accaron. nec fines subdere Azoti.
19 ipse deo fidens dominoque adiunctus aeterno
successus bello faciles capiebat in omni.
possedit montem. curuam quia subdere uallem
20 non ualuit. forti fuerat quae uota Chalebo.

23 thebrona *C* 26 numerose uoluere *C* 27 quodque *C corr. p* męnia *C* cassu *C corr. p* 29 fortibus *Mayor* furentibus *C* 30 obliquus *C* 31 illicet *C* 32 Crotoniezelus *C corr. p* prolis *C* 33 cōpleuit *(et ubique* cō *pro* con) *C* 36 linifarum *C* *inter* 36 *et* 37 *unus et alter uersus excidit;* dimissi *sc. filii Cinaei, cognati Moysi.* 37 foenicum et męnia *C* 38 linquente *C* hęremi *C* 40 aucer *C* 43 sefetam *C* cultores hannanno *C* 47 Azoti *π* loeti *C* 51 quae fuerat *C*

22 his actis Iosepa cohors cum uindice Iuda
Bethelam properant pugnaci excidere ferro.
23 Luza prius fuerat, mutauit tempore nomen.
24 hic cum terrifico uallassent moenia coetu,
egressum casu quendam capiuntque rogantque,
ut doceat urbis aditus, quibus agmine denso
intrantes ualeant ferratas frangere portas.
25 merces prima fuit iuueni deposcere uitam,
quam meruit patrium gaudens conuellere uallum
proditor, occulto penetrans sua moenia furto:
dum redimit sese, cognatam uendidit urbem,
26 ac post interitum sociorum ad iugera Cetae
auolat et patriae de nomine construit aulam.
27 at parte ex alia Manasses praedia Bethsae
non tenuit, Scythicis fuerant quae capta colonis,
nec Tanacam natasque suas, nec culmina Dorae,
nec Balaam nec quae sunt iuncta ⟨his⟩ arua Madogi:
his quoniam suerat Chananus sidere terris,
30 qui solus cunctis Iudaea uindice captis
emeruit medius patrias non perdere sedes,
commoda perpetui solitus praestare tributi.
33 is tantum, quem Midsa fouet, quem cultio Bethsae,
inmunis nullum uectigal praestitit hosti.
34 nec minus intrepidus, dum bellum temnit Amorras,
exturbat subolem Danis ferroque cohercet,
turgenti quoniam molitus degere colle
non dederat faciles ad subdita plana recursus;
incoluit montem, quo plurima turba ferarum
pullulat et uario proterret murmure saltus.

52 iudice *C corr. Mayor* 55 hii *C* 56 cassu *C* rogvnt (?) *C* 62 cognotam *C* 63 Cetae] c&ee *C* 65 betsae *C* 66 scithicis *C* quae] q. *C* 67 natas *p* nazas *C* 68 Balaam *p* abalam *C* his *add. p om C* 69 channanus *C* sidere] fidere *C* 70 iudaea *A* iudea *B* iudeo *(litt. o non prorsus certa) C* 72 conmoda *B* 73 his *C* midsa *B* midfa *C* idsa *A* betsae *C* betthsae *B* 74 uictigal *B* 75 tempnit ω ãmorras *L* amorrus *C* 76 sobolem ω conhercet *L* 77 colla *A* 80 pollulat *L* proterrit *L*

70—506 *ABC* = ω *AB* = *L*

35 exim fusa manus redeuntem concipit iram
uulneribusque accensa suis pugnacior exit.
ac modo uictorem sublato nudat honore
inpositumque iubet uectigal pendere Amorreum
magnaque terrarum multatum parte cohercet.
36 nam qua plana iacet grauidae telluris Ydomea.
scrupea quaque tument pendentis saxa Crabinae.
omnia uictor habet. subiectum seruitus urget.
2 1 haec inter dominus contractas concutit iras
et iubet aetheriis famulum descendere regnis.
qui memor aeterna domini depromeret orsa.
emicat ille uolans. Clauthmona ex Galgala uisens.
Bethelam ueniens. in qua Iudaea iuuentus
dulcia sopitis adsumpserat otia bellis.
gentiles uenerata deos. profanaque tura
sculptilibus dederat iam dudum noxia saxis.
ergo his adgreditur dictis terretque timentes:
„Inmemor imperii rerumque oblita tuarum
quo. Iudaea. ruis? uel quae nunc numina fingis?
quaeue superstitio est terram praeponere caelo
fictilibusque deis uesano adsistere cultu?
quo abiit. profana. deus. qui dura gementem
Niliacas inter gentes Pharaone tyranno
per mare diuiduum. heremi per torrida saxa
exhibuit tantasque dedit tibi cedere gentes.
ut uictrix totisque simul perfuncta duellis

82 que *add.* C *om.* L pugnatior ω exiit L 83 nuda C 84 inpositum C 85 multarum C conhercet B 86 grauide AC tellurus L ydomea L ydemę C 87 quamque L (quãque B) qq. C Crabinae *uel* Acrabinae *p* chabinae AC schabinae B 90 aetheris C discendere ignis L 91 aeterni π 92 chlaũmonia L chlaimona C *corr. p* ex *p* et ω uicens C 93 bethela ω *corr. p* uenens L iudea BC 95 uenerat adeos C 96 sculptibus AC scultibus B 97 adcreditur ω 98 ruarum C 99 quod B iudea ruis C iudeae aruis L 101 dehis C 102 abiit C 103 Niliagas B Ailiacas C faraone C faraones A^1B 104 herimi B^1 ærimi C 105 exibuit A quę A cędere C caedere π

diffiueres, alios ritus et sacra dicares,
quam quae sidereae dederat tibi regula legis.
ecce tenes terram, uatibus iurata sacratis
quae fuit atque datur lectae per saecula plebi.
2 testamenta mei non sunt iam cognita uerbi,
quo mixta populis gentilibus ac male suadis
exoras mutos, fabrorum pignora, diuos,
quin potius uestrae fuerat res congrua uitae
omnia conterere fictosque auertere cultus.
3 sed quia nulla meis data est fiducia iussis,
uictis regna dabo; uos rursum sub iuga mittam,
ut similes sitis diuis, quos creditis esse."
4 quae postquam Iudaea dei mandata recepit,
uertitur ad gemitus et tristia pectora tundens
uberibus lacrimis ueniam rogat: nec mora uotis
ulla fuit, sanctaque dei per templa petentes
prosequitur pietas, quae maestis laeta resignat.
6 dispersus igitur populus ad nota recursat
5 tecta libens locoque dedit plorabile nomen.

* * *

13 Rursus corda labant, redeunt ad crimina sueta
Bachalimque colunt; domino per talia laeso
14 sustentant meritas mentita ob numina poenas,
subduntur dominis, quos uicerat — heu dolor atrox! —
15 nec miseris quoquam respondet conscia uirtus.

107 di frueres *L* 108 quãque *L* quãq. *C* sidereae *Mayor* sederae *A* sedere *B* si daere *C* 109 tenis ω uatibus ω patribus π 110 adque *B* lecta ω *corr. p* laeta π secula *C* specula *B* 112 quo| quod π gentibus ω 114 fuerant ω *corr.* π *litt.* ua uitae *in ras. al. ut uid. B* 115 auerrere *C* 116 nullã eis *B* fidutia *L* 117 uinctis *B* sursum ω *corr.* π 118 simile^s *B* diues ω 121 ġrogat *B* 122 s̄cæ dei *(om.* que) *C* petentes *C* petentis *A* tenentis *B* 123 mestis ω 124 notas *B* *post* 125 *intercidit de morte Iesu Naue narratio* 127 bachalem *C* bachilem *L corr. p* læsso *C* 128 sustentant *C* sustant *L* nomina *L* pe̜nas *C* 129 uicerat *p* uicerant ω uicerunt π heu *p* qui ω 130 miseriis *L* meserus *C* respondit ω *corr. p*

16 lenitur mox ira dei proceresque creantur.
qui male praecipiti populum rapuere periclo:
19 his quoque despectis rabies consueta resurgit.
3 6 nec solos sociant ritus: consortia miscent
intonsosque dicant lucos arasque reformant.
nec tamen inlaesa procedunt facta: premuntur
8 seruitio regemque tremunt Achusa Rathomum,
qui tum iura dabat. geminos qua diuidit amnes
insula ab Assyrio disiungens limite Persas.
subiectos cohibens annis redeuntibus octo.
9 tandem congemuit merito Iudaea reatu
ac dominum prostrata rogat: qui fractus amico
numine restituit trepidis solamina uitae:
nam missus saluator adest populoque salutem
exhibet ac maestas deterget pectore curas
bellator. Ceneza satus. Gothozelus heros.
Chalebo cum fratre uigens. sed iunior aeuo.
10 spiritus hunc domini uirtutis dote cluentem
extulit et celsa sublimem sede locauit.
hic ualidus fidusque deo discrimina uictis
abstulit et regem pauidum seruire coegit.
11 talibus in rebus multos Iudaea per annos
eualuit nullique fuit obnoxia fraudi.
sed postquam princeps decurso tramite uitae
12 decubuit. ritus ueteres plebs laeta reformat:
tempora mutantur bellumque et seruitus instant.
concurrunt populi. quos rex Eglonus agebat.
13 Ammones Moabique simul fortesque Amalechi.

132 precepti *A* praecepit *B* 133 hiis *B* dispectis *L* 134 solus *L* socians *L* ritos *C* 136 premuntur] p̃muer *C* 137 ratomum *L* 138 dabat *C* dat *L* ap̃nes *B* 139 insola ω assyrios *C* asyrio *L* Assyriis π disiugens *B* 140 conhibens *L* annis *C* animis *L* 141 iudea *BC* 145 hac *C* mestas *L* 146 belatur *L* Ceneza *p* gezea *C* zezea *L* 147 calebo *L* 149 extolit *B* 151 conegit *L* 152 iudea *C* 154 decurse tramitæ *C* decursa etramitae *B* decursa & tramite *A* *corr. Mayor* 155 leta *BC* 158 quae A^1B

Hebraeamque aciem ferrata grandine fundunt,
ipsaque Phoenicum uictores sceptra reuellunt.
deduntur proceri, qui mortem euadere quaerunt,
14 perpessique decem dominos ac messibus octo.
15 his inflexa malis natio, quae fecerat, horret
deposcitque deum, qui solus crimina donat.
ilicet adlegitur, qui sceptrum sumat. Aotus:
hic utraque manu conitens robore dextrae
degenerem nullo sensit sub pondere laeuam.
16-18 is cum uictori sociorum munera ferret,
ancipiti gladio furtim sub ueste recinctus
admissusque, dehinc regem subnixus adorat
inualidum: nam membra toris uacuata lababant
in tantum, ut modico posset procumbere culsu.
19 adfirmat superesse sibi, quae dicere uellet
confertamque rogat comitum discedere turbam.
adnuitur, mediaque sedens dux barbarus aula
20 surgit et admotus toto se corpore iungit:
ac postquam longe fidorum abscesserat agmen,
21 eripit a femine gladium, quem ueste tegebat,
22 perque uterum regis capulo tenus abdidit omnem.
proripit hinc sese ferrumque in uulnere linquit,
23 limina concludens proceris postesque superbos.
24 at famuli dominum, prodire ad munia suetum,
mirantur tacita solum consistere cella,
uentris onus forsam subducta effundere ab aluo
secretum, sociae dum uitat lumina turbae.

* * *

159 haebraeam *L* aebream *C* 160 quae *L* fenicum ω 161 q.r̃t *C* credunt *L* 162 decim *L* messibus *p* mensibus ω 163 hiis imflexa *C* quae] q. *C* 165 illicet ω Aotus] actus *A* 166 huc *C* robure *L* 167 degenere *L* ponere *A* leuam *BC* 169 subuertere cinctus ω *corr. p* 170 atmissus *C* 172 modice *L* culsu *L* pulsu *C* 173 atfirmat *C* uellit *L* uelit *C* 175 Dinuitur *L* 177 agmen *absumptum A* 182 at] ad *B* 184 forsam *B* forsã *AC* subductę fundere *L* 185 socie ω lumine *C* *post* 185 *Aodi fuga excidit*

27 iamque memor facti socios in bella lacessit
terribilesque tubae sonitus permiscet Aodus:
28 raptim signa mouens Iordanis litora claudit.
ne quisquam breuibus ualeat transire fluentis.
29 cumque decem duro fudisset milia ferro.
reddidit amissum sociis nomenque decusque.
30 exin bella silent. nullum dant proelia motum
bisque quater denos cessarunt tela per annos.
31 post haec Semegras parili uirtute superbus
Iudaeos rexit populos clarosque reliquit.
4 1 sed dum securis pascuntur gaudia rebus.
fastidit gens torua deum cassoque precatu
numinibus miseris. quas uicit. consecrat aras.
ergo exercentur poenis et crimine digna
2 supplicia expendunt. Iabinus regius heros
Chananaea manu ex Asuris pube coacta.
Sisara militiae ductore et principe pugnat
3 ferratasque acies nongentis curribus implet.
et licet inmensas fido trahat agmine turmas.
plus terror quaesitus agit: namque axe uolanti
quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
uincuntur Solymi passim grassante Chanano
bisque decem ducunt per tristia quaeque decembres.
4 tempore non alio prophetis Debbora regnat.
cui coniunx Lapidotha fuit. Metibile sedes.
5 iura ferens populis adclinis caudice palmae.

187 terribilis *L* permisceat *C* Aodus] audos ω *corr. p* 190 decim *L* 192 exim *BC* praelia *B* p̄lia *C* 194 § *C* semegras *L* simegras *C* *an* Samegras? superbos *L* 195 iudeos *C* iudaeus *L* clarus *L* reliquid *A* 197 quae *A* pręcatu *A* pręcatu *B* 198 numenibus *C* quas ω quae π 199 paenis *B* 200 herus *L* 201 chanannea *C* chananea *L* ch-am anu *B* ex Asuris *p* iasuris ω conacta *L* 202 sisarra *L* 203 non gentes *L* 205 quassatus π 207 solimi *AC* passum *A* solimparsum *B* chananno *AC* cha nano *B* 208 decim L tristitia *L* decembris *L* 209 profetis *BC* debora *L* 210 coniux *L* metibile ω *an* in Bethele (ἀνὰ μέσον Βαιθήλ *LXX*)? sedis ω 211 populus addinis cladicae *C*

6 euocat haec procerem Baracum ex urbe Cadessa
et monitis inbuta dei bis milia quina
Sisareos mandat cuneos consistere contra.
8 ille timet sociamque rogat in bella prophetin.
nescius ingentis coepti sibi defore palmam.
si pariter ad castra uocet. cui gloria prima est:
9 at mulier solo sexu noua munia sumit
10 delectasque mouet per barbara culta cohortes
7 Cisonem ad fluuium. ueniens qui gurgite prono
saxa rotat ripasque tumens euincere gaudet.
14 iamque intra iactum teli uenere phalanges.
cum dominus. cui uirtus inest. qua sidera mutat
quaque tremunt terrae. qua fulmen nubibus ardet.
qua mouet incertum refugo molimine pontum.
15 terrore immisso Sisaram fugat; is male praeceps
dimittit currus et deuia quaeque capessens
casuram medio liquit certamine pubem.
19 conpulsusque siti. pedibus nam fugerat hostem.
18 pocula Ioelam poscit: mox pellis opertus
tegmine femineo estinat uiuere dono:
21 sed laudem Ioela uolens fastidit inertem
perrumpitque uiri properans caua tempora palo.
qui gelido captus leto fluitante cerebro
exspirat tenuem transfixo uertice uitam.
5 1 tum psallunt proceres simili sermone tonanti:
3 „Quisque cluis regno, magnas qui temperas urbes.
qui satrapes uel sceptra geris a rege secunda.
procuruus uenerare deum. da digna perenni

212 cadersa *L* 213 imbuta *C* 215 profeten *C* profetent *B* prophetent *A*[1] (t *eras. in fine A*[1]) *corr. p* 216 ceptis *L* ceptis *C* 217 uoce *L* 218 At] Aut *L* 219 dilectas ω conhortes *A*[1]*B* 220 iurgite *L* 222 teli] laeti *L* loeti *C* falanges ω 224 qua *ante* fulmen] q̃ *C* quã *L* 226 ĩmisso *C* sisarram *L* fugatis ω male p̃ceps *in ras. B* 227 diuia *L* capersens *L* 228 cassuram ω 232 inertem : ertem *in ras. B* 233 timpora ω 234 gilido *L* gelidido *C* laeto *L* loeto *C* fluit ante ω 236 sallunt *L* tonant *L* 238 septrageris *B* septrigeris *A* 239 da] dã *C* perenni *L* parendi *C* (*an* parenti?)

cantica; nam aliud dominus te cogere non uult.
qui terras, qui saxa quatit, qui flamine pontum
emouet et tonitru nigrantia nubila sulcat,
exiguis qui celsa leuat, qui grandia mutat,
dulcisoni cantate chori, collesque nemusque
responsent laudesque nouet tinnitibus ⟨aether⟩.
protinus et uestrae concordent murmura uoci.
respexit dominus, quos liquerat, et male fractis
reddidit imperium medioque ex hoste recepit.

* * *

32 Ergo quater denos requies est mira per annos,
6 1 dumque bonis fruitur, iterum redeunte reatu,
quae fuerant damnata, placent: namque idola laeti
instituunt nomenque dei numenque relinquunt.
quos dominus laesus septem disperdidit annis
ac pauidos regi iussit seruire Madiae.
2 non ulli dare se campo, non obuia ferre
pectora, sed solis gaudent se condere muris:
castra modo celsaque metu munimina firmant,
fornicibusque cauis absconsi sic quoque pallent.
4 tum pecus omne capi, tum praedia cuncta cremari
incipiunt saeptisque nihil nisi poena relinqui.
7 ergo inopes famemque simul ferrumque timentes
ad dominum rediere deum, qui supplice turba

240 namque π 242 euomet *C* tonitu ω 245 nouus & tinnitibȝ q. *C* aether *add. p om.* ω 246 protinus ut uerae ω *corr.* π 248 recipit *L* *post* 248 *multa intercidisse suspicor p „seriem ampliorem cantici Debborae, quod poeta pro more suo homerico perrexit heroicis metris intexere“ interiisse putat* π 249 erdenos-annos *del. in A* mira] mirā *B* missa *C* 250 nis fruitur-reatu *del. in A* 251 ampnata-laeti *del. A* dampnata *BC* loeti *C* 252 nomenque relinquunt *del. in A* nomen *utrobique BC* relinq^i^t *C* 253 laesus *C* laesos *L* annis *del. A* 254 madiae] iae *del. A* 255 non nulli ω obuia ferre] *una* o *litt. remansit in A* obia *B* 256 condere muris] *litt.* e m *del. A* 257 firmeN *C litt.* ant *del. A* 258 caues *L* absconditi (tis *L*) ω *corr. Mayor* pallent] *litt.* nt *del. A* 259 capi, tum] captum ω 260 septis ω nil *L* pęna *C* 261 famēn̦ *B*

8 flectitur ac uatem mittit pia iussa ferentem,
ut tandem memores rerum bellique recentis
respiciant dominumque colant, qui numine dextro
dilectum Pharia populum reuocauit ab urbe,
ne rursus, uetitis adolent dum altaria flammis,
non semper faciles incurrant numinis iras.
11 nuntius inde dei sub quercu sedit amoena
et Gedeum, dum farra terit, his uocibus urget:
12 „Heia age rumpe moras! dominus te sumere iussit
sceptra, quibus ualeas populum subducere fraudi."
13 ille docet dominum mordacibus undique dictis
infensum tristes nimium librare ruinas;
quin etiam populum, nullo iam milite, fessum
seque parum fortem non posse insistere bello.
14 16 urgetur seruire deo, qui robore celso
17 multimodas acies inuicto numine terret.
19 adnuit imperiis sanctumque ad prandia poscit:
aedulus eligitur, solo qui lacte refertus,
mollior et cunctis, errabat nescius herbae;
azyma mox niuea de polline facta locantur:
20 haec iuuene admonito uicino infundere saxo
21 ipse manum tendens summo de uertice uirgae
contigit atque uirum medio sermone reliquit.
22 ergo ubi dispexit Gedeon dominique ministrum
ante oculos uolitasse suos pia mente reuoluit,
24 continuo domino sacratum suscitat altar
atque loco nomen posuit Pacemque uocauit.
25 nocturnis monitus uisis gentilia templa

263 iusa *B* 265 nomine *L* 266 dilectī *C* faria ω 267 dum *om. C* 270 urguet *C* 272 fraudi *L* fraude *C* 274 infessum *C* trites *L* 275 populo *L* 277 urguetur *B* 278 nomine *L* 280 aeludus ω elegitur *L* laete (laetae *A*) refertus *L* lacter effertus *C* refectus π 281 molior *L* cunctiseruabat *C* herbae ω 282 azima *AC* azema *B* 284 tendens *p* tenens ω retinens π 285 contingit-sermon *del. A* contingit *B* adque *B* 286 ergo-dominique m *del. A* 287 ante pia m *del. A* 288 continuo-sacrat *del. A* altor *C* 289 atque loco *del. A* 290 nocturnis m *del. A*

subruit et lucos alta ab radice reuellit.
27 ac ne profanus genitor contraria ferret
iurgia, per noctem tacitus male condita uertit,
26 28 constituens iuuenem subuersa ad templa iuuencum.
28 quae postquam conperta patent subitaeque ruinae
flammarunt animos, auctor per moenia facti
29 quaeritur et lucos Gedeon strauisse docetur.
30 poscitur ut dedat Ioas pro crimine natum.
31 qui renuens diuos memorat sibi uindices esse
et debere sua, si sint uiuantque, tueri.
34 spiritus hic domini Gedeonem ad proelia firmat.
classica iamque sonant, dat cornea bucina signum.
37 oratur dominus, canenti ut uellere lanae
caelestes fluitent nocturno in tempore rores:
38 nec mora, permaduit ac peluem pressa repleuit;
inde aliud posuit rursus, terramque madentem
sicca pruinosos nec sensit lana liquores.
7 3 additur his aliud, bis dena ut milia plebis
atque duo iubeat rursus remeare timentum,
milibus inque decem certandi ut summa locetur.
4 hanc etiam monitus minuit, ne turba coacta
robore fida suo domini non cerneret arma.
5 ut iuuenum princeps aciem deducit ad amnem.

* * *

atque canum ritu fluitantes lambere lymphas
praecipit, ut socios laetae uirtutis haberet.
6 ter centum placuere uiri: nam cetera turba

291 subruit et luco *del. A* 292 profanus] *litt.* fa1 *del. A* 293 condit' *C* 295 pallent ω *corr. p* 296 męnia *BC* 297 lucus *L* 299 rennuens ω uendices *C* 301 hic] huc *C* praelia *B* p̃lia *C* 302 clasica *L* 303 canenti *L* candenti *C* 304 fluuitent *L* 305 praessa *B* p̃ssa *C* 306 terraque madente π 307 nec *p* non ω 309 duo *L* duci *C* 310 decim *L* 311 conacta *A* c̃acta *B* 312 cernet *B* 313 ut] aut *L* at *C* ampnem *C* *post* 313 *exciderunt pauca* 314 fluitante *L* limphas *C* limfas *L* 315 praecepit *B* laetae *L* letae *C* lectae π

palma] monstratos non sumpsit languida gustus.
7 in sedes] reditura suas ceu nescia pugnae.
8 hoc fretus] cuneo bellum tot milibus infert.
quot numer]are uiri nequeunt, quibus arte magistra
porrectis] mos est digitis concludere summas:
12 hinc] acies equitum mixtis peditumque maniplis.
illinc] innumeros torua cum mole camellos.
10 at Gedeo]n properans famulo Pharane sequaci
hostica] castra petit ac nocte obtentus opaca
13 degredi]tur, lustransque situm mentesque animosque,
audiu]it socio narrantem somnia quendam,
quae m]ale sopitus sensu uigilante notarat.
namque] uidebatur panem sibi uisere uolui.
hord]ea quem faciunt quotiens frumenta negantur.
et ua]rios glomerare modos per castra, per agmen:
donec] per media uenit munimina ualli
et penitus] regis inuasit pondere sedes.
14 haec] ostenta uiri cecinerunt sanguinis esse
augurium] finemque ferunt uenisse Madiae.
15 hinc] postquam dominum iuuenis ueneratus abiuit.
somnia] tum conperta uiris sublimior infit
16 soluere, ia]mque manum trino mox agmine ducit.

317 *sqq. primas multorum uersuum uoces archetypus librorum ABC non habebat : librarii lacunas non indicant; minio scriptae initiales litterae in C. pleraque suppleuit π qui uu. 317-352 ediderat Spicilegii Solesmensis t. I p. XXXVIII.* 317 Palma *p* Lymphae π monstratus *A* monstratur *B* 318 redditura *L* 319 *suppl. p* imfert *B* 320 Quot *suppl. p*, Quae π Are uiri *L* Bellare uiri *C* nequeant *C* 322 Hinc *p* Tot π² aequitum *B* 323 Illinc *p* Insimul π cum] cu *L* camellos *L* (came l los *B*) camelos *C* 324 Inproperans ω *suppl. p* farane ω 325 obtentus *L* obtectus *C* 326 Egreditur *C corr. p* Ter *L* Ingreditur π 327 Audiuit] it *BC* id *A* socia *L* narrantes omnia (omni *B*) *L* 328 Male *C* Ale *L* sense *C* noctarat *C* noctaret *L* 329 Namque *suppl. p* Ipse π 330 quoties ω 332 modia *ut uid. C an* Madii? 333 Et penitus *p* Et praeceps π reges *L* pendere *L* 334 ceciderī (u *supra* i) *C* cicinerunt *B* 336 dominum] dñs *C* ueneratus iuuenis ω *corr. p* 337 imfit *B* 338 Soluere *p* Dicere π Iãq. *C* Inque *L* amine *L*

cornea] tela tubas manibus et lampadas indit
17 exemplumque suis sese iubet esse laborum
18 pro]mentesque deo grates primordia pugnae
ed]ere. ne desit dominus, quo principe uincant.
19 iam] uigiles prima noctis mutauerat hora,
20 cum] rapidi incurrunt portis clausasque reuellunt
serras at]que tubas uentosis flatibus implent;
hyd]rias inde rotant, magno quae pondere quassae
dissiliunt. saltusque cient atque aere canoro
dant sonitus fractasque leuant ad sidera uoces.
agmina flammarum laeuis protenta coruscant
et noctem multo radiantes lumine uincunt.
21 quo fremitu concussi animi. mens territa cunctis:
qua data porta, ruunt et territa castra relinquunt.
24 mox omnis Iudaea coit sequiturque palantes;
pars fontes riguos ac raucos occupat amnes.
ut dispersa metu sitientibus arida uenis
hostica turba ruens custodum incurrat in arma.
25 nec tanti cecidere doli: namque agmine prono
Madiae proceres ueniunt Orebus et Axes
inplacidi. ferrumque simul pro gurgite sumunt.
8 1-3 et licet inuidia uirtutis torserit illos,
qui procul afuerant communi et laude carebant,
attamen eloquio Gedeon et supplice fatu
leniuit, quod bina ducum monumenta tenerent.
5 Soccodum post bella dapes dum poscit amice.

339 Cornea π tubas *p* turbae ω tubae π 340 exemplum *non deest* ω 341 Promentes *p* clamantes π 342 Edere *p* Abere *C* Ere *L* Pendere π 343 noctes *C* ora *C* 344 incurrant *C* incursant π portisq *A* 345 Serras *p* Postes π Atq. *C* Quae *L* flatibus *C* uentibus *L* 346 Rias *L* Rigas *C* quae] q. ω pandere *L* quasse ω 347 disiliunt *L* adque *L* aera ω 348 sonitus] sc̄s *C* 349 leuis ω choruscant *C* 354 riguosa craucos *A* ampnes *B* 357 ammine *L* 359 Inplacidi *p* Nil plaudi ω Nil pauidi π 360 uirtutes *A* 361 cō-muni *C* 363 *deest uersus C* Linuit *L* 364 Occodum ω *corr. p* amicę *C*

6 spernitur ob reliquum medii certaminis actum.
hostilesque etiam dicuntur uiuere reges;
7-9 suspendit plectenda tamen minitansque recedit.
inde opus inceptum peragit, fugientibus haeret.
10 inuenit in Carris metantes castra Sabaeos:
namque quater denis stipabant milibus agmen
post cladem. centum ruerant qua milia ferro
ac bis dena simul: numerus hic bella nouabat.
11 sed meritis innexa suis gens concidit omnis.
12 Zebeus ductor post funera tanta suorum
et Salmana fugit: nam mens euicta periclo
haesit ad extremae ueniens ludibria sortis.
15 nam captos pariter Gedeon per singula ducit
ostentatque uiris, qui dudum murmure duro
poscentem uictus stolidis risere cachinnis.
16 nec mora, per sentes raptantur membra nocentes
intonsique uirum rorantur sanguine dumi.
17 quin et, nequa forent sceleris uestigia tanti,
urbs ferro subuersa ruit turresque minaces
conuulsae penitus longam traxere ruinam.
18 post reges iubet esse palam, quos undique turba
mirantis claudit populi; tum dicere iussit,
quos et quanta uiros strauissent caede superbi,
qua Iudaea perit. tantos dixere fuisse,
ut regum natos formarum proderet ardor.

365 reliquum *A* requû *B* relicum *C* medii] *f.* Madii actu *C* 367 minitansque] minitenda *C* 368 heret *L* haret *C* 369 carris *C* castris *L* castras abeos *B* 370 *an* nam quater et denis? militibus *L* 371 fuerant ω *corr. Mayor* qua ω 373 inexa *B* innixa π 375 fugit] fuit *C* 376 ad *pr. ss. L* 379 *deest uersus C* post centum *L* 381 rotantur ω *corr. p* 382 *deest uersus C* sceleres *L* uestigia tanti] uestiganti *B* 384 *deest uersus C* 386 mirantes *L* 387 quarta *L* trauissent *L* cede *L* 388 iudea *BC* periit *L* *inter* 388 *et* 389 *in marg. crux uiridi colore picta* ✝ *et super u. 388, qui est primus folii 106ª, eodem colore scripta quaedam partim inter ligandum absumpta:* ioi rotat (roiat?) amo retard cec ħ *C* (*an* me raptat amor per ardua dulcis *ex Vergil. G III 291 sq.?*) 389 regnum *L* perderet ω *corr. p*

19 ille suos fratres germano in pectore uersat.
caesorum speculans habitus. ceu corpore inhaeret.
tum sic motus ait: „Testor te. sancte deorum
omnipotens. et facta tuae sublimia dextrae.

* * *

9 54 femineae meritum dare te memorabile laudi.“
10 1-5 Hunc sequitur Tholamus. bis denis qui fuit annis
2 atque tribus nulla uexatus peste duelli.
3 Iadirus inde uiget Galaditicus atque quiete
aeq]ue multa potens [sceptrum bis denis possidet annis] . . .
4 praediues. genitor deno ter pignore gaudens.
3 nobilis. undenis regnum bis possidet annis.
5 cuius post obitum raptim noua idola crescunt:
6 nam praeter adsuetum daemonis Astaratis aras
et deos Assyriae uel Sidonis atque Moabi
nescios ante sibi ritus Iudaea parauit.
7 quos propter duris Ammanum pressa duellis
8 bis nonas hiemes traxit confecta periclis.
10 ex alt|o tandem recolit tandemque reuoluit
placandum| magis esse deum. qui numine summo
possit uel| longum populi sedare reatum.

390 in peccato reuersat *B* 391 caessorum *C* inheret *A* ĩeret *C* 392 testor] testator *A* sc̄e *C* 393 et—dextrae *del. A* 394 fe[mineae—laudi *del.*| *A* femine *B* dare te] daret *BC* *de Abimelechi historia unus hic uersus superest.* 395 h|unc—annis *del.*| *A* tholam'bis *C* tholam urbis *B* 396 adque *B* n|ulla—duelli *del.*| *A* 397 uig[et—quiete *del.*| *A* 398 aeque multa *p* Ac multa ω sceptrum—annis *abrepta A* septrum bidenis *B* possedit *BC* : *haec nihil ad Iadirum, cf. u. 400, deleui p* 399 gen[itor—gaudens *del.*| *A* 400 regnum-annis *del. A* possedet *B* 401 raptim—crescunt *del. A* raptum *B* 402 pråeter *B* preter *AC* adsue[tum—aras *del.*| *A* demonis *BC* 403 asyriae *L* uel-moabi *del. A* adque *B* 404 nescius ω ant[e—parauit *del.*| *A* 405 ammanum—duellis *del. A* praessa *B* 406 h[iemes—periclis *del.*| *A* rexit π pillis *C* 407—434 *pleraque ipse suppleui* 407 Ex alto tandem *p* Alte tandem *C* & tandem *L* re|colit-reuoluit *del.*| *A* 408 qui—summo *del. A* 409 Possit uel *p* Assuetus π popul|i—reatum *del.*] *A* populis *B*

16 et renouant] pia iura dei: nam protinus aras
proiciunt] cunctosque deos et saxea frangunt
idola. ma]nsuri memores per saecla tonantis.
11 1 uertitur] interea distinctis cursibus ordo
ductor]emque legit populus, qui milite firmo
uel bello] uel pace queat moderarier urbes.
Iephthea] placuit quidam Galadite natus.
2 cuius no]bilitas maculam de matre trahebat,
quae pas]sim prostrata uiris sub fornice uixit.
hunc] fratres pepulere domo, quia decolor heres,
patre c]arens certo, rebus genetricis haerebat.
3 quos fug]it metuens et colles inter opacos
inue]nit scelerum comites raptoque potitur.
4 at pa]rte ex alia Ammonus bella regebat
Iebuseo]s urgens Solymos; Iudaea carebat
nam]que duce facilesque dabat labefacta triumphos.
5 mittu]ntur iuuenes, qui clarum Iephthea bello
6 conueniant] blandoque uocent in proelia suasu.
7 auxilium] primum renuit: mox agmina miscet
33 arbit]riumque tenens Ammones submouet hostes.
12-28 sed prius] adloquio restinguere bella paratus

410 iura *p* ira *ω* protinus aras *del. A* iaras *B* 411 Proiciunt *p* Subuertunt *π* saxea frangunt *del. A* 412 Idola *p* Numina *π* mansuri *pπ* Insuri *C* Ṅsuri *B* Nsuri (N *in ras. ut uid.*) *A* pseda *C* pensaecla (secla *B*) *L* 413—419 *suppl. pπ* 414 Omque *L* (∴ *super* O *in B*) Emq. *C* rectoremque *π* 415 queat *C* quo eat *L* moderari *ω corr. p* urbes moderari *π* 417 Nobilitas[ti] *C* Bilitas *L* 418 ueris *C* furnice *L* 419 pepuluere *A* quia *p* qui *ω* 420 Patre c. *p* Atque c. *π* heret *L corr. p* hereret *C* 421 fugit| it *BC* ıt *al. m. praefixum A* Atque fugit *π* 422 Nit *L* (N *al. m. praef. A*) Nitibi *C* Consciuit *π* raptos *ω corr. p* raptis *π* potetur *A* putetur *B* 423 Parte *C* Rte *L* (*sed* R̈ *al. praef. in A*) *corr. pπ* mammonus *ω* regebat *L* gerebat *C* 424 Surgens *ω* Assurgens *π* solimos *ω* iudea *L* 425 Quae *AC* Q: *B* Absque duce *π* 426 Intur *BC* Ṅtur (Ṅ *al. praef.*) *A corr. pπ* ieptea *ω* 427 praelia *BC* suasse *C* 428 Auxilium *p* Ieptea *π* rennuit *ω* 429 Arbitrium *p* Imperium |Riumque—ho *del.*|stes *A* 430 Sedquio (*sic BC*) drius *pπ* allo paratus *del. A*

legatis] mandata dedit. qui deinde reuersi
nil] actum referunt hostemque instare loquuntur.
sic] ubi deposita est optatae gratia pacis.
30 in] ferrum Iephthea ruit dominumque precatus
grandia uota uouet, multum dolitura parenti.
31 ilicet ut, quisquis primus redeuntem adisset,
uictima perpetuo fieret condigna tonanti.
32 his actis procedit ouans ac milite lecto
signa mouet hostesque fugat, quos caede cruenta
33 conficiens propere bis denas subruit urbes:
34 sed dum regreditur, dum laudis nuntius ipse est
et sequitur longa ueniens uictoria pompa,
filia, quae patrios seruabat sola labores,
occurrit blandumque canit cum congrege turba
et leuis erecta consurgit ad oscula planta:
35 quam pater ut uidit, constrictos scindit amictus
et mala cernentes in fletum concitat orbes.
„Heu fatis funesta meis uictoria! uotum
hoc potius hostile fuit! quo filia curris,
quo ruis? extremum nobis, quod te adloquor, hoc est.
nam dum signa mouens dominum munimina posco,
uictima facta deo sanctas sisteris ad aras."
36 at uirgo, secura sui mortisque beatae,
blandius exultat interque pericula ludit.

431 Legatis *p* Blanda uiris *π* mandata—reuersi *del.* *A* 432 Nil *pπ* [actum—inst *del.*]are *A* loquntur *C* 433 Sic *p* Ast *π* [ubi—grati *del.*]a *A* optate *B* 434 In *pπ* [ferrum—dominumqu *del.*]e *A* gephthea *B* neptea *C* praecatus *L* 435 grandi auota *B* grandia-multum *del.* *A* 436 [Illiet-re *del.*] deunte *A* Illic et *C* Illi et *B* Scilicet *K Becker* primũ *C* re]deunte madisset *A* 437 uictima-co *del.*]ndigna *A* 438 [his-m *del.*]ilite *A* hiis *B* 439 signa-fugat *del.* *A* cede *L* cęda *C* 440 [conficiens- de *del.*]nas *A* 441 [sed-lau *del.*]dis *A* 442 [et-uicto *del.*]ria *A* sequitur] s *ex* l *statim corr.* *B* ponpa *L* 443 [filia-sol *del.*]a *A* 444 occurrit-cum *del.* *A* canet *B* cũ *pr. ss.* *B* 445 [et-os *del.*] cula *A* 446 [quam-constrict *del.*] us *A* constrictus *B* scindit] c̃cidit *L* 447 et-infletu *del.* *A* inflettu *B* infletu *C* 448 Eu *C* factis ω *corr. Mayor* 450 adlocor *L* 453 ad *L*

quin etiam exorat. sua sit sententia certa
neu dubitet haereatque parens, ⟨et parca⟩ precatur
37 tempora. quis ualeat lacrimis lugere iuuentam.
adnuitur mensesque duo praestantur ouanti.
39 ergo aderat praescripta dies genitorque sacerdos
uirgineam domino mittebat in aethera mentem.
12 1 haec inter rabies populi concurrit ad arma
cognatasque acies urget furor, et liuor edax,
dum carpit pia facta uiri, sese ipse peremit:
6 nam triginta duo decumbunt milia ferro
ex populis, Ephrema, tuis uictorque duello
ciuiles etiam meruit Iephthea triumphos.
commutat Iudaea ducem uiduata priore.
8 Israhelita prius Esebon, dux postea dictus,
accepit patriae lectus moderator habenas.
9 multorum genitor: nam quadraginta fuere
ex iustis thalamis nati, spes tanta nepotum,
ter denas cohibens uno sub tempore nuptas.
expletis septem, dum rector iudicat, annis
10 occidit et tectus tumulo mundana reliquit.
11 insequitur sceptrumque tenet Zabulonius Helon,
qui geminis rector lustris moderamina liquit.
13 subditur huic propere princeps Abalenius Abdon.

467| Mico: Commutant (Commutat *al.*) — priore. Alchimus

455 sua sit *p* uasit *L* ut sit *C* 456 hereat *AC* et parca *p om.* ω praecatus *L* 457 iuuentam *C* iuue(ntam *om.*) *L* 458 annuitur *C* que *om.* ω 460 uirgeneam *B* 461 cocurrit *L* ad arama *B* 462 urguet *L* ædax *C* audax π 463 ipsi *L* 465 ex| et *C* effrema *L* efrema *C* Ephreme π uicto *C* 466 ciueles *B* iepthea *L* eptea *C* 467 cõmutat *C* commutant *uel* commutat *Miconis libri* iudea ω 468 dus *C* 469 accipit ω abhenas *C* 471 thalami *L* natis ∴ pes *A* 472 conhibens *L* una *B* nuptas *om.* *C* 474 testus tumlo *L* relinquit *B* 475 taballonius (ta *an* ca *non satis certum*) *C* tabollonius *L* 476 liqid *B* 477 aballenius ω abdon *C* abdo *L*

14 natarum triginta pater: nam mascula proles
quaterdena fuit. multo cum ditior esset
supposita de matre parens numeroque nothorum.
iudicium populi bis quattuor obtinet annis.
13 Ac dum sola dei uiguit cultura. perennis
1 pax laetis seruata fuit: namque idola rursus
adorata uiris bellum mouere cruentum;
namque omnes dominus bellantum subdidit armis
et poenas fecit octono expendere lustro.
2 illis temporibus iuuenis Manoea uigebat
et nondum genitor: sterili nam coniuge iuncta
optabat uotis titulis gaudere natorum.
3 huius mulieri dominus super aethera lapsus
adstitit, insueti promittens munera partus,
4-5 imperitans, natus ne uina et sicera libet,
neu maculosa sinat patulo decerpere morsu,
idcirco quoniam cunctis felicior esset
matribus et numeri damnum pensaret in uno.
5 „Nam uirtus generosa fiet, nullique licebit
inuictum uiolare caput uel laedere ferro.
adlectus domini fecundo ex uiscere fetae,
ut populum] saluare queat bellumque retundens
acer in] hostiles conuertat damna maniplos."
6 uenit et est] confessa uiro; nam flammea dixit
ora uiri] uisumque dei fulgentis honorem,
quaerenti]que dei nomen tacuisse tonantem.

478 trigenta *B* mascl'i *C* masculina *L corr. p* prolis *L* 480 subposita *L* notorum *C* 481 . m̄ī . *C* 482 ac] Hae *C* sola *bis script. L* perenenis *B* 484 cruentum *L* quietum *C* 485 omnis *L* omñs *C* 486 penas *C* octone *B* 487 Manoea] habea ω 488 stereli *L* 489 obtabat *C* titolis *L* titulos *C* 491 numera *A* 493 decersere *B* 494 cun^c^tis *A* 495 dampnum ω 497 l' ledere *C* dedere (uel *om.*) *L* (*puncta om. B*) 498 atlectus *C* at lectus *KBecker* foetae *L* fo&e *C* 499—530 *pleraque suppleui p* 499 quaeat *AC* quaead *B* 500 hostilis *L* dampna ω 501 confessa *del. A* Cuncta suo confessa π 502 Ora *p*π (uiri *om.* π) 503 que] quae *AC* q: *B*

7 „Nazaraeu]s erit, de te qui gignitur," inquit.
8 adiuuat] uxorem uotis Manoea iugatis,
missus qui] fuerit sanctus pia dicta retexat
accend]atque nouum lumen, quo noscere possit,
quid pu]ero deceat, qui nondum natus ametur.
9 ilicet] et caelo dimittitur et noua pandens
adproper]at nuptamque uidens in gramine fusam,
coniuge] seposito, confestim comminus adstat.
10 haec sur]git cursimque uiro, quae uiderat, infit.
11 hic sequi]tur pauitans sanctumque inuisere gaudens,
et uidet] eximio fulgentem lumine uultum.
12 adgr]editur poscitque uirum, si uera loquatur,
expon]at, quae facta uelit, quibus ore sereno
13 angel]us expromit paribus fas esse teneri
omnibus], inmundis nec conmodet ora creandus,
14 neu] uinum siceramue bibat, neu pocula sumat
ulla], quibus ualeat mentem depellere sensu.
15 exul]tans iuuenis haedum dat sumere sancto,
16 mox ius]sus potius consueta offerre tonanti
munera, quae] suscepta uelit pro munere uitae.
17 quaerunt] quin etiam domini condiscere nomen,
18 scrutari] quod nemo potest: mirabile namque est.
19 tum iuuenis] mandata sibi libamina profert,
cap]rigenam prolem sancta ad donaria sistens.

504 Serit ω inquid ω 505 mano ea (ea *in ras.*) *B* 506 retaexat *B* 507 adque *B* 508 pu]ero deceat (*uel* faciat) *p* ∴Erese queat *L* 509 ... 510 Iit *L* nu^p^tam *B* 511 Coniuge *p* Ipsi sepositae π 512 Haec surgit *p* Exsurgit π ∴Gat *L* imfit *B* 513 Hic sequitur *p* Cur *L* 516 Atque *L* uellit *L* 517 Angel]us *p*π Us ∴expromit *L* (*puncta om. B*) 518 in mundis *L* comodet *B* creandis π 519 ue *om. L* 520 Vlla *p* Mixta π sensum *L* 521 ∴tans *L* *suppl. p*π haedum *p* haec dum *L* 522 ∴sus *L* (*puncta om. B*) offerri *L* 523 *suppl. p* uellit *L* 526 Tum iuuenis *p* Interea π 527 caprigenam *p*π probem *L* a^d^donaria *B*

507—760 *AB* = *L*

20 mox] autem flammis ad candida sidera surgens
aet]hera pulsabat uertex caelumque tenebat.
per] quem conspicuus scandebat nubila sanctus.
23 nec mora, promisso turgescunt uiscera fetu
24 et proles optata datur. quam nomine certo
Samsonem dixere patres: hoc sedit utrique.
25 ac dum prima puer titubans uestigia figit.
incedit comitante deo; nam spiritus illi
rector erat. quem terra tremit. cui sidera parent.
quo fretus per castra ⟨fuit⟩ Danisque Thalique.
14 1 inde pubescenti uenit iam corpore Thamnam.
in qua conspicuae capitur candore puellae.
2 patribus eloquitur. uxorem postulat ille:
3 dissimulant licitumque negant. quia femina non sit
ex tribubus generata suis. hoc acrius instat
confirmans iuransque sibi placuisse parentes.
quos habeat: optatori quaesita iugatur.
5 ac dum per uirides laeto cum palmite uites
incedit tacitumque mouet per singula uultum.
ecce leo quasi Maxillae per auia regnat:
rugitu horrisono stimulans se uerbere caudae
excutiensque toros. patulo uenit obuius ore.
6 hunc ille exceptum. neque enim labor. inpete dextra
disicit et lacero diuisum dissipat artu.
dotatus tacitae uirtutis munere factum
occulit atque animo contentus teste laetatur.
8 post aliquot redit ipse dies praedamque requirit:
hic uero. horrendum ac dictu mirabile monstrum,

528 flammi *B* sugens *B* 529 Aethera *pπ* Nera *L* (*puncta om. B*) 530 conspicuius *B* candebat *A* nubilia *B* 531 promissu *L* fotu *L* 532 prolis *L* opta *B* 537 fuit *p om. L* thališque *B* 538 pubis uenti *L* thamn/n *A* thanā *B* 539 conspicue *L* conspicuo *π* candere *L* 540 uxorem *p* uxore *L* illi *L corr. p* 541 disimulant *L* sit *abscissum in A* 544 optatoris *L corr. p* iungatur *L* 547 maxilla *L corr. p* 548 horrisonos *L* 549 thoros *B* 550 hinc *L* 551 artum *L* 552 tacite *L* 553 adque *B* laetatur *A* legatur *B* 554 requiret *L* 555 dictū *B*

mella uidet mediis in faucibus esse leonis
9 flauenti permixta fauo. quae protinus aufert
10 et gustu temptata suo fidentior offert
fratribus egregiis iuuenis. iamque esse timori
coeperat eximio uirtutis nomine multis.
11 ter denis igitur pariter comitantibus exit
praestanti uirtute uiris; tunc quaestio cunctis
12 ponitur et plectens ignaros multa iocatur.
13 ut uestes niueo confestim stamine textas
exhibeant. si uera queant non promere fatu.
incipiens uaria conuoluit uerba figura:
14 „Ex mandente uiri communis prodiit esca.
dulcius atque fauo ualidi de corpore fluxit."
id cum ueridico nullus depromeret ore
15 et septem post poena dies remearet amicis.
confusi struxere dolos sociumque perosi
ad ciuem uenere suam. quam diximus ante
conubio placuisse uiro. rogitantque minaces.
Samsone ut luso secretum nuntiet: ac ni
id faciat. flammas testantur uindices esse.
16 territa femineo permulcet pectora fletu
dura uiri: nam clausa tegit. memoransque. parenti
et matri non dicta suae cur garrula poscat?
17 sed quid femineus non tendat cogere fletus?
uincitur ac tacitae mentis secreta renudat.
et docet illa uiros. septena in luce diei
18 occiduus dubio pallebat lumine mundus:
respondent socii: „Quid melle dulcius. aut quid

557 quae] que *A* q. *B* 558 *deest uersus B* 559 patribus *K Becker* 561 exiit *L* 562 questio *A* questi *B* 563 ignarus *L* locatur *L corr. p* 565 quaeant *B* 567 c̄munis *B* prodita esca *L corr. p* proditur π 568 dultius *A* 569 uiridico *L* 570 paena *B* 571 confusis *B* perossi (per ossi *A*) *L* 572 uenire *L corr. p* 573 [con *del.*]ubio *A* uiri *L corr. p* 574 [s *del.*]amsone *A* ac ni *A* (*puncta om. B*) 575 id *del. A* testatur (*sic*) esse uindices *L* 576 [ter *del.*]rita *A* faemineo *A* flexu *L corr. p* 577 [d *del.*]ura *A* 578 dita *L* 581 sextena *L corr. p* 582 occiduos *L* 583 socimelle *A*

fortius esse potest crines uibrante leone?"
coniugis esse dolos confestim noscitat heros
et simul: „O iuuenes, non haec sententia uestra est:
nam nisi me blando lactasset femina suasu,
cognita non fuerat permixtis quaestio causis."
19 spiritus inde dei iuuenem dimittit in hostes;
ter denos detruncat ouans et cuncta ruentum
uictor habet uestesque suis, quas dixerat, offert.
15 1 paulatimque uiro uirtutum semina crescunt;
nam socer ambiguae ductus cupidine mentis
2 denegat uxorem iuueni atque ipse negatam
conloc]at externo, ne post accensus et acer
restitu]at fortasse petat, natuque minorem
promittit, si] forte uelit. „Pro maximus ultor!"
3 exclamat] toruisque [ex] oculis inmane minatur
ulturus] que diu multum pro talibus ausis
actut]um excidii, quo saeuiat, inuenit usum:
4 ter cen]tum uulpes alacer capit hasque reuinctis
inter se] caudis binasque ex ordine iunctas
5 passim] perque oleas uinetaque collis amoeni
mittit] agens caudisque ardentes lampadas indit,
quae] uix dimissae campos petiere feraces,
quocumque ad]celerant incendia lata trahentes.
ilicet] ignis edax uentorum flatibus auctus
uoluitur:] exuperant flammae tractaeque secuntur.
6 nec lat]uere doli. cultorum conflua turba
tam] grauibus mactata malis se congregat atque
uxorem] dudum iuuenes ipsumque parentem

584 bibrante *L* 585 heres *L* 586 sentitia *L* 587 suasum *L* 589 inde dei] indedi *B* 594 adque *B* negatam] gatam *L corr. p* ingatam π 595—625 *pleraque suppleui p* 596 Vindictam fortasse π que] quae *L* 597 pro *p* quo *L* 598 turnis *L* ex oculis *L* ex *del. p* 599 Facturumque π 601 Ter centum *p*π uulpe *B* 604 Mittit *p*π ardentis *L* 605 quae uix] bis *L* 608 exuperant *p* et superant *L* 609 *nisi malis* mox patuere doli *p* 610 mactata π mutata *L* adque *B* 611 *et* 612 *suppl. p*π

flammis] iniciunt tectaque ussere domorum.
sic tum]ulus, quod poena, fuit; quod flamma, sepulchrum.
7 illum] acuit uindicta grauis, nam multa minatur,
8 hostibus at]que suis uasta dat strage ruinam.
11 inter]ea iuuenes odio ter mille calescunt
de] Iuda tribu, Samsonem ut milite tanto
inte]rimant unumque petant tot milia ferro.
12 sed] iuuenis mox arma capit sociosque precatur
in]stantes, ut bella sinant pro laude capessi.
13 ut] uoluit, est facta fides: tum uincula promunt
stup]pea, quae nouies conectunt bracchia nodis:
14 p]ellitur e saxo. Maxillae aduentat ad oram
turba]que collecta gaudebat uisere captum.
dumque auidi intentant dextras fremituque minantur
horrisono, trahit ille manus et linea rumpit
15 uincula, tum curuam — nam quid non ira ministret? —
maxillam tardi conixus stringit aselli:
hac mille (res mira) uiros pulsatque necatque.
18 cumque sitis sicco iuuenem pulmone moneret
auxilium sperare dei, qui semine nullo
cuncta creat, cui, cum uoluit, res torrida fons est,
qui iussu uel sicca rigat, uel flumina siccat,
qui uastos inter scopulos heremumque calentem
inriguos duris laxauit cotibus amnes:
19 nec mora, cum leui maxillae in osse patescens
rima fluit flumenque tremit fugiente meatu.

612 testa *B* usere *(puncta om. B) L corr. p* arsere π dominorum *L*
613 tumulus *p* ullus *L* paena *B* 615 atque *p* que *A* quae *B*
616 Interea *p*π inuenis *L corr. p* 618 Interimatur π 619 Sed] At π praecatur *L* 620—622 *suppl. p*π 621 fidis *L* 622 pea *(puncta om. B) L suppl. Mayor,* scirpea π nobies *L* bracca *L* 623 illitur *L* horam *L corr. p* 624 Turba *p*π que] quo *L* 625 fremituque *B*
627 quit *L* 630 iuenem *A* pulmonē honoret *B* 635 ampnes *L*

expletur iuuenis caelesti e gurgite potus.
mira facit et magna uidet. laudanda meretur.
20 cuius imperio bis denis Iudaea pollens
orbibus enituit. duce hoc et milite fidens.
16 1 inde abiit Gazamque uenit. ubi femina uilis
iuuenibus calidis uendebat saucia noctes.
2 hanc adiit. quae prima fuit mox causa pericli.
ecce uolat Gazaea manus atque obice duras
emunit portas et ferrea uincula subdit:
inclusum retinens ut capto ludere gestit.
3 nocte fere media Samsonem somnia linquunt:
excitus inmane furit: tum limina pulsans
conuellit geminos stridenti a cardine postes
succedensque oneri cursim super ardua defert
eminus oppositi montis iuga. atque periclis
4 fortior ⟨hinc⟩ Dalilae capitur bellator amore.
5 hanc omnes adiere uiri. quos liuor agebat
inuictum superare uirum. ut iuncta cubili
dulcibus inlecebris lenitum mulceat et mox.
quae uires fomenta nouent. quae semina tantum
robur alant: natura fiat tam fortis an arte?
quae si dicta canat. donandam munere firmant.
6 7 oratus iuuenis: „Si septem uinciar una"
uafer ait „neruis. quos nondum deserit umor.
omne robur perdam cunctisque ignauior exstem."
instruit illa suos fallentem femina fallens.
8 artatur iuuenis neruorum robore duro.

638 caeleste *L* egürte *(puncta om. B) L* 639 meret *L* 640 iudea *L* 641 urbibus *L corr. p* 642 gaçzam *B* bilis *L* 645 gazea *L* adque *L* 646 Eminuit *L corr. p* Communit *π* 647 *uersus deest B* 650 conuellet *L* stridentia cardine *L corr. p(π)* potes *B* 651 onera *L* 652 adque *B* per^i^clis *B* 653 hinc *p* at *π om. L* (μετὰ ταῦτα LXX, post haec *Vulg.* dabile *B* 654 adiere *p* adire *π* audire *L* 656 lænitum *B* 657 uiris *L corr. p* nouent *K Becker* nocent *p* nocuent *L* 658 roborabant *A* robur abant *B corr. p* 659 firment *A* 660 si septem uintiar una *B* neruorum robure duro *A (ex u. 664)* 661 uafer ait *L* humor *L* 664 robure *A (ut 660)*

9 quos modico adtractu ceu mollia uellera rupit.
10 11 consultasque dehinc restes fert esse timori
intactos, qui nulla fiant uersura soluti.
12 inligat illa uirum, cum iam defessa labore
proflarent tenuem marcentia pectora somnum.
ut primum sensit nodos, euerberat auras
et risit similes ceu ducit aranea casses.
13 bis uariis elusa modis tamen ausa precari
rursus adumbrato temptat Samsona rogatu.
respondit diuersa satis nec uera petenti:
„Tu crines dissolue meos rursusque retorquens
texe memor, ulnam plectens non amplius unam;
sic fiet, ut uirtus pereat spoliata uigore."
14 quae fuerant praedicta, facit trepideque reuoluens
suspensa nectit dextra palisque reflectens
inligat et captum sociis Dalila resignat:
exiliens reicit palos crinemque renodat.
15 nil totiens periura timet totiensque repulsa
denuo] adiurat lacrimis male sana paratis
omnemque ad]sciuit, quo sit facilior, artem.
16 nec iam fert] fictos mens emollita maerores
et frau]dem, sed dira sibi patefecit amatae.
17 „Nazaraeus] ego domini sum, crede, perennis,
et uirtus] in crine mihi est nec lamna capillos

679. 681 Aldhelmus ad Acircium [p. 281 G.]: „ut ille uersificus septimo diuinae legis libro de pellice fraudulenta Samsonis, quae subdola pellicatus persuasione synagogae typum praetulit, eleganter cecinisse memoratur dicens „Suspensa—reflectens" et infra: „Exiliens, inquit reicit—renodat."

665 molli *L corr. p* 668 inlicat *L* 669 sonū *B* 670 nodas *L* euer/berat *B* 672 causa praecari *L corr. p* 674 patenti *B* 676 ulmam *L* 678 tripide *L* 681 reiecit *L* re[nodat *del.*] *A* 682 totius *L corr. p* totiensque *p* tacitaque *L* re[pulsa *del.*] *A* 683—712 *pleraque suppleui p* 683 Denuo *p* Samsonem π 684 sciunt *L* sciuit π qua sit felicior olim *p* arte *L corr. p* 685 mense mollita *L corr. p* merores *L* 686 dem *(puncta om. B) L* sibi *del. A* 687 credere *L* 688 crimine *L* lama *B*

ferrato] mucrone secat: qua si quis adacta
cerui]cem faciat nudato uertice caluam.
is cer]tus mihi finis erit uirtutis inemptae."
18 his dict]is manifesta fides: mox munere sumpto
19 Samsonem] mulier gremio fouet: eximit omnes
uires at]que comas tonsor mercede locatus.
20 excutit]ur Samsona toro. mutatus et idem
prensatur]. unaque deus cum robore linquit.
21 confestim] gemino uiduatur lumine; namque
orbibus] effossis uacuas liquere lacunas
et ma]eret dura constrictus compede crura:
attamen] haut nouit. quam caecus possidet. umbram.
carcere] conclusus molam rotat inpete dextra:
pondere s]ic gemino laterum sibi subuenit usus.
22 nec mora] longa die crinis redeuntis honore
caesa]ries rediuiua fuit. quae tempore eodem
restituit] secum pariter roburque decusque.
23 ecce] die quodam proceres coiere frequentes
fact]uri sollemne deo. quem uana colentes
num]en habent. Dagona uocant et nomine pristim.
24 hic] dum depositi Samsonis clade laetantur
ads]tantis longe media testudine templi.
25 acciri iussere uirum iam uincere promptum.
is]que mori iussus trahitur risuque solutis
praebet nequitiae caeco de lumine causas.
26 forte domus tota gemina subeunte columna
pendebat: has inter agens constringit utramque

689 Ferrato *suppl. pπ* 690 Am faciat *L* 691 Is *p* Hic *π* 695 ursā sonat oro *L corr. p* 696 deum *L corr. p* 698 Orbibus *pπ* effossis: o *ex* u *al. A* 699 cum pede *L* 700 umbra *L corr. p* 701 Carcere *pπ* 702 sic *p* et *L* usu *L corr. p* 704—708 *suppl. pπ* rediua *L* 706 cogere L *corr. p* 707 facturi] uiri *L* solemne *L* 708 dagone *L corr. p* nomine pestem *A* nomen epestem *B* pristim *uel* piscem *p* (*Lagardii Onomastica sacra 32,7* Dagon piscis tristitiae *189,14* Δαγὼν εἶδος ἰχθύος ἢ λύπης) 709 Hic *p* qui *π* l&antur *B* 710 Adstantis *π* stantes *L* 711 prumptum *L* 712 Que mori *L* Atque m. *π* 715 constrigit *A*

29 amplexuque tenet toto retroque residit.
28 ut nisu maiore ruat. dominumque precatus
30 ultricem traxit propria cum morte ruinam.
31 quo pater orbatus fratresque et pignora cuncta
conueniunt functumque dolent decorantque sepulchro.
Reg. II 23 11 [hunc sequitur Semada ducem. qui fortibus ausis
sescentos perimit et tempora laeta reducit.]
17 2 Haec inter Micia petit pergrande talentum
3 argenti matrem. quod sanctum femina fidens
esse docet uotumque deo. sed tempore certo
4 reddendum: mox celsa facit donaria sancto
5 et theraphin templumque deo. sinibusque repletis.
qui minor est natus. domino fert dona sacerdos.
10 post Iudam Micia legit. sedemque quaerentem
congesto secum donorum munere nectit
12 adsumptusque dei meruit sacraria uotis.
18 1 ecce tribus Dana subito noua regna requirens
2 mittit oratores socio de corpore quinque.
scrutantes. ut cuncta probent. quae portio terrae
sit melior. qua deinde iuuet conponere sedes.
3 hi dum circumeunt saltusque ac deuia lustrant.
ad Iudam ueniunt socio sermone serentes.
quid faciat. quae sacra nouet? poscentibus ille
4 quae postquam exprompsit. conpulsus consulit. alti
5 et domini mandata dei ueniamque supernam
6 exhibuit. iussosque dehinc discedere laudat.
7 haec reduces docuere suos: iamque agmine denso

717 ut—ruat *euanida A* praecatus *L* 718 ultricem traxit *euanida A* 719 quo pater *del. A* cuncta *ex u. 720 reuocaui p* cara π *om. L* 720 coueniunt *B litt.* coue *del. A* sepulchro] secuncta *L* 721 *et* 722 *deleui p: fuerunt olim haud dubie in Cypriani de Regibus carmine quod integrum habuit Aldhelmus.* 721 hunc *del. A* 722 sescentor *(litt.* sesce *del. A) L* peremit *L* 723 [h *del.*]aec *A* mitia *L* 727 et *del. A* siraphin *L corr. p* *f.* ephudemque deo manibusque *p* 732 tribus *A ut uid.*, ribus *B* 735 sit melior *euanuerunt A* iuuet *p* uiuit *B euanuit uox A* c̄ponere *B* 736 hii *L* salutis *B* salutis *an* saltus *incertum A* diuia *L* 739 c̄pulsus *L* 741 exibuit *B* iussus *L corr. p* discere *B* 742 iamque *p* namque *L*

11 14 17 sescenti ueniunt. ephudem et sculptile portant
18 20 et theraphin. secumque rogant consistere Iudam.
22 sqq. quem cum Micias profugum reuocare pararet,
pellitur: adscitus non uult remeare sacerdos.
27 Laisa bello petitur tectisque crematis
amittit sedes et maestis denegat arces.
28 uincentumque manus studio se conlocat illic
29 et nomen tribule dedit: nam Dana uocatur.
19 1 Vir quidam Leuita fuit, qui coniuge nulla
concubitum de serua petit. haec dedita cessit
2 dissocians conmune iugum infensaque longe
auolat et spreti refugit consortia lecti.
3 quam cum sollicite uellet reuocare maritus,
conmunem famulum secum et iumenta ducebat
ad socerum ueniens natamque ex foedere poscit;
promittit blandeque fouet sensimque tenendo
4 inlicit, ut secum maneat. mox ille residens
uescitur et placida securus sede quiescit.

* * *

743 efudem *L* 744 seraphin *A* seraphiṃ *B corr. p* 745 mitias *A* 747 Laias *L corr. p* petitur *B* patitur *A* 748 mestis *L* 749 studio se *p* 750 uocatu *L* 752 dedit accessit *L corr. p* 753 cōmune *L* infessa *B* 754 auolat *p* audat *L* spręti : ę *ex* e *al. B* 755 reuocare *p* prouocare *L* 756 et iumenta *p* iumentaque *L* 757 nata *L* 758 blandeque *p* que *om. L* *post u.* 760 *multa interciderunt.*

EXPLICIT METRU DE LIBRO IUDICU *B om. A*

DEPERDITORUM CARMINUM RELLIQUIAE.

REGVM I

1 19 10 denique quaesitos tetigit tamen ille penates.
2 20 30 sq. praecaue nunc miser nec te dum nescis et audes
3 24 5 obrepit partemque secat de ueste fluenti.

REGVM II

4 23 8 . . quasi uermiculus ligni tenerrimus . .
5 23 11 sq. hunc sequitur Semada ducem. qui fortibus ausis
sescentos perimit et tempora laeta reducit.

titulos carminum praeter Iobum tradunt ueteres catalogi Nazarianae et Cluniacensium bibliothecarum.

1 *Mico:* Quesitus. Denique—penates.

Vulg. Et Dauid fugit et saluatus est nocte illa.

2 *Mico:* Precaue. Nunc—audes. Alĉ (audis *deterior codex cf. Martial. VII 92, 4. 6. 8* audis et nescis. Baccara. quid sit opus.)

Vulg. Iratus autem Saul aduersus Ionathan dixit ei : Fili mulieris uirum ultro rapientis. numquid ignoro. quia diligis filium Isai in confusionem tuam et in confusionem matris tuae? (31) omnibus enim diebus, quibus filius Isai uixerit super terram. non stabilieris tu. neque regnum tuum.,

3 *Mico:* Obrepit—fluenti. partemque] pariterque *deterior codex.*

Vulg. Surrexit ergo Dauid et praecidit oram chlamydis Saul silenter.

4 *Aldhelmus p. 310:* tener tenerrimus. ut in Basilion cautum est: quasi—tenerrimus.

Vulg. Haec nomina fortium Dauid . sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres ipse est quasi tenerrimus ligni uermiculus. qui octingentos interfecit impetu uno.

5 *uid. Iudicum uu. 7,21 sq.*

Vulg. Et post hunc (Eleazarum) Semma filius Age de Arari (ὁ Σαμαίας υἱὸς Ηλα ὁ Αραχι): et congregati sunt Philisthiim in statione: erat ibi quippe ager lente plenus. cumque fugisset populus a facie Philisthiim. (12) stetit ille in medio agri et tuitus est eum percussitque Philisthaeos. et fecit dominus salutem magnam.

REGVM III

6 ? 8 5 hinc repetita sacri gradiens per moenia templi
7 ? 8 64 distento et plenam monstrantes uentre saginam.

REGVM IIII

8 25 28 purpureis maior Persarum in sede tyrannis

PARALIPOMENON I

9 23 sqq. partitusque meis iustos indico labores
10 ? 28 18 iussit ut obrizo non parui ponderis auro

PARALIPOMENON II

* * *

IVDITH

* * *

HESTER

* * *

6 *Mico:* Repetita. Hinc repetita—templi. Sall. [Salomo?]

Vulg. Rex autem Salomon et omnis multitudo Israel, quae conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam et immolabant oues et boues absque aestimatione et numero.

7 *Mico:* Sagina. Distento—saginam.

Vulg. In die illa sanctificauit rex medium atrii, quod erat ante domum domini: fecit quippe holocaustum ibi et sacrificium et adipem pacificorum, quoniam altare aereum, quod erat coram domino, minus erat et capere non poterat holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum. *cf. Num. 355* laeta uentres laxare sagina.

8 *Aldhelmus p. 232:* sicut in nouissimo uersu libri Regum cautum: Purpureis—tyrannis.

Vulg. et [Euilmerodach rex] locutus est ei [Ioachimo regi Iudae] benigne et posuit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.

9 *Mico:* Partitusque—labores. Prosper.

Vulg. (3) Numeratique sunt Leuitae . . (4) ex his electi sunt et distributi in ministerium domus domini uiginti quattuor milia, praepositorum autem et iudicum sex milia *etc.*

10 *Mico:* Obrizo. Iussit—auro. Alchimus.

Vulg. Altari autem, in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit.

IOB

11 1 3 lanigerae pecudes et equorum bellica pubes

INCERTAE SEDIS

12 Omnibus attamen his sat perstat. quod uoluisti.
13 Angelico monitu repetunt sed regna Canopi.
14 nec lupus insidians Christi deroderet agnos.
15 captiuamque manum deformis seruitus urget.
16 contulit atque seni suffragia sancta salutis.

11 *Aldhelmus p. 218:* Iob prosapia in principio libri quod prosa contexitur et deinceps secundum Hebraeos dactylo spondeoque scandere fertur. et septem lanigerarum pecudum descripta summa narrantur.

Aldhelmus p. 288: lanigerae—proles. *haec ex Cypriani carmine esse Manitius suspicatur. cf. Cypriani Exod. 1288* ipsasque eliminat illinc lanigeras pecudes.

Vulg. Et fuit possessio eius septem milia ouium et tria milia camelorum, quingenta quoque iuga boum et quingentae asinae ac familia multa nimis.

12 *Mico:* Attamen. Omnibus attamen—uoluisti. Apollinar̄. *[sc. Auiti ad Apollinarium fratrem missa carmina erant].*

13 *Mico:* Angelico—canopi. egypti. *cf. Cypriani Gen. 818* adeat ne regna Canopi.

14 *Mico:* Roderet. Nec—agnos. Alc̄.

15 *Mico:* Seruitus. Captiuamque—urget. *cf Cypriani Iud. 88* omnia uictor habet. subiectum seruitus urget.

16 *Mico:* Suffragor. Contulit—salutis. Alcuinus. *an de Samuele (Reg. I 25,1)?*

INCERTI DE SODOMA.

Iam deus omnipotens primaeui tempora saecli
uindice diluuio cunctis aboleuerat undis.
quas caelum sparsit. terrae. maris expuit aequor:
hactenus haud liquido poenas decernere pactus
excidio. quotiens. hiemem cum induceret aer.
frenandis uarium pluuiis mandauerat arcum.
purpureo et uiridi signantem nubila limbo.
Iridis in nomen. propria est quae fibula nimbis.
  Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda
impietas iterumque mali noua pullulat aetas.

Incipit uersus Cipriani de Sodoma *L (Laudun. 279 f. 3ᵛ col. 2; alterum Laudunensem 273 f. 5ʳ non contuli.)*

|Incipiunt uersus Cipriani de Sodoma *R (Paris.* 14758. *olim Sti Victoris 380, s. XIII. unde m = Morelius primus carmen edidit. contulit Hartel. de codd. L et R uid. Auiti opera ed. R Peiper prooem. p. LIII et LVIIII.)*|

Opusculum tertuliani de excidio sodomę et niniue *P (Paris 2772 olim Colbertinus. Hartelii H, quo Steph. Baluzius usus est.) Pʰ idem ex Hartelii conlatione.*

In christi nomine incipit dictatus tertuli ani metrica arte constricius in primis de incendio Sodomorum V (*Voss. Leid. Q 86 f. 81 sq. s. VIIII, conlatus ab L Müllero Rhein. Mus. XXII 1867 p. 329 sqq., Hartelii A. uid. Auiti opera ed. R Peiper prooem. p. LXVI)*

Interiit codex Laurissensis, ex quo Ioh. Sicchardum editurum esse hoc carmen Beatus Rhenanus in praefatione ad Tertulliani opera ed. a. 1528 dicebat: erat is haud dubie Nazarianus iste, ex quo fluxerunt Laudunenses nostri: uid. Auiti prooem. p. LIII

1 primaeui] primi qui *P* tempora] crimina *V* 3 quas] quod *V* (*unde* quot *L Müller*) parsit *P* spargit *V* maris] uomit *V* (terra euomit *L Müller*) 4 actenus *V* haud *L* et *PV* 5 quoties *L* cum induceret *LP* (in^{tro} *P rec. m.*) conduceret *V* 6 pluuis *P* 7 purporeo *LV* 8 yridis *V* in] huic *m* hinc *Hartel* en numen *L Müller* fabula *V* 9 fecunda *L*

excidio iam non imbres sortita, sed ignes.
sic Sodomum meruit tellus ardentibus uri
roribus et finis portendere signa futuri.
effera luxuries illic, inimica pudoris,
instar legis erat, fugeret quam praescius hospes,
ante uel ad Scythicas uel apud Busiridis aras
exoptans per sacra necem caestusque cruore
fundere Bebrycum et Lybicas satiare palaestras
Antaei, Circaea nouas per pocula formas
sumere, quam laesum Sodomis amittere sexum.
Pulsabat caelum inuidia: conubia mixta
incestu parili, generis natura rebellis
in sese, laesumque uiri cum corpore nomen.
tempore sed certo deus omnia prospeculatur:
iudicat iniustos, patiens ubi criminis aetas
cessandi spatium, uis nulla, coegerat ira.
iamque dies ultrix aderat: duo de grege missi

11 excidio] supplicio *V* 13 roribus *PV* foribus *L* fontibus *nescio quis* facibus *m* iactibus *Gronou.* flammis *G Fabricius* pon(r)tendere (r *rec. ss.*) *P* futura *V* 14 podoris *P* pudori *V* 16 uel ad] penes *V* uel adscyticas (cyt *al. in ras.*) *P* cythycas *V* bufiridis *P* busiris *L* 17 caesus *LP* c(a)stum (a *rec. ss.*) *V* caestu *Gronou.* que] ue *L Müller* cruore *L* cruorem *cett.* 18 fundere] subdere *V* bebrycium *L* brebrycium *P corr. Peiper.* brebicio *V* (*sic:* brebiciöblicas : l *ex* b *ras.*) et *L om. PV* lybicas *LP* blicas *V* (*uid. supra*) satiare] et adire *uel* Libycasue subire *L Müller* palestras *LP* 19 antei *LP* ante etiam *V* circea *LP* nouam p. p. formam *V* 21 pulsabat *LP* pulsabant *V Rm* mixta *LP* monstra *V* communia monstra *L Müller* 22 incestu *P* incestũ *L* ince(s)//tum (s *al. ss.*) *V an* incestu in parili? parilis *V* 24 tempora *P*[a] prospeculator *P* prospiculator *V* prospeculatur *L* prospeculatus *m* prospicit altor *Peiper* 25 *i. ubi criminum cumulus, non singulare aliquod facinus uiolentum, diutius cessare ab ira deum uetuit.* ubi] sibi (si *ex* su *corr. uidetur*) *V* *uidebatur deesse uersus aliquis Pamelio et Goulartio* 26 uis (*an* ius?) nulla *L* iussa (nulla *om.*) *P* frustrata *V* coegerat *LPV*[2] coegerit *V*[1] ira *LP* iram *V* irae *m* uis multa coegerit irae *Gronou.* 27 adherat *V*[1]

angelica forma iuuenes. qui spiritus ambo
diua ministeria domini mandata ferebant:
succedunt Sodomis. illic de stirpe piorum
transuena Loth aderat. sapiens iustique colonus:
unus erat meminisse deum. solet utilis arbor
in siluis latitare ferens uelut hospita fructus.
is tunc pro porta residens — uix moenia adibant
caelicolae — quamquam diuinos nescius ultro
aduocat. adpellat. patrio ueneratur honore
hospitioque uocat longe stabulare parantes,
enisus longis precibus: pia pignora mensa
officiisque probis studio dispungit amicos.
  Nox requiem dederat. lux soluerat altera noctem
et Sodoma in foribus strepitat cum lege pudenda.
Loth contra supplex: „Ne uos nunc pacta libido
incendat. iuuenes, ipsam foedare iuuentam
luxu. quo genitura uocant, quo semina, frustra:
quo nullae nuptant animae. non lustra colentes.
non stabulis reduces. non undis subter hiantes.

28 angelica *LP* angelico *V m* iuuenis *P* 29 diua] dua *V* ministeria domini *LP* ministeria ut domini *V* ministerio *m* ferebant *LP* iubebant *V* 30 so^do^mis *L* illa *P* priorum *L* 31 lot *(saepius sic) V* aderat *LP* aequi *V* 33 ferens *uel* ferax *Peiper* feris *PV* feras *L* hospita *LP* hospite *V* opsita *L Müller* fructus *LP* fructu *V* 34 pro] p/ro (e *eras.) P* adhibant *V*[1] 35 caelicolae: i *ex* a *ut uid. P* quamquam] quam *P* inscius *V* 36 apellat *V* 37 longe *LP* uulgo *V* stabula separantes *V* 38 pignera *V* mensa *LP* mensae *V* 39 officiisque probis *LP* officiumque probum *V* stud^io^ *al. corr. V* dispu/ngit (g *eras.) P* amicos *LP* amico *V Loth liberos et amicos prohibet a mensa, ne molesti sint hospitibus: similiter Abraham Gen. 18,8 sq. ipsam Saram accedere uetat, ipse iuxta illos sub arbore stabat.* 40 *maior initialis litt. P* 41 sodama *P*[h] cum lege] cum ^p^le^be^ *V* pudenda *PV* rudenda *L* 42 nunc *LP* male *V* pacta *LV* pasta *P* parta *L Müller* praua *Gronou.* 43 intendat *V* ipsam *VLP* istam *Hartel* 44 luxuquo *LP* luxoq; *V* luxoq/^no^ *V*? uocant *P* uocat *LV* uacat *Hartel* semine *V* 45 nubtant *L* rulitant: r *ex* n *corr. V* 46 *uersus deest V*

nec quae pinnarum modulis prope nubila pendent,
nec quae per terram protracto corpore manant.
omne genus luxu genus est: sed femina coniunx
omnibus, et numquam cuiquam nisi femina mater.
nunc, si fas iuuenale habet uastare pudorem,
sunt intus natae biiuges mihi, nubilis aetas:
uirginitas in flore tumet: iam dedita messi
digna cupido uiris: tulerit quam uestra uoluptas,
dedo pater proque hospitibus pensabo dolorem."
Vulgus ad haec demens: „Quisnam tu, quantus et unde,
qui nobis domineris, ait, legesque recondas?
transuena, non rector, Sodomorum iugera liras.
nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,
pro natis proque hospitibus: satis unus in omnes."
dicta et facta simul, uulgi mora nulla furentis.
turbidus hiberno dum uoluitur impete torrens,
riuorum innumeros uno pede deuehit amnes:
si qua illic arbor rapidis offenditur undis,
haut mansura diu, quantum radice licebit
crinitas durare moras, ubi subter adesam
perdit humum, circumfosso iam caudice pendens

47 pinnarum *LV*¹ pennarum *PV*² 48 terras *V* manant *LV* reptant *P* 49 luxu genus est] nixu genuit *Hartel* lusu genitumst *L Müller* sed] nisi *L* (*ex u. 50*) 50 cuiquam *om. P* 51 fas *LP* fax *V Riuin.* iuuenale *Peiper* iuuenalis *PV*¹ iuuenales *L* iuuenilis *V*² habet *LPV*² *an* iubet? auet *V*¹ *Riuin.* podorem *P* 53 tumet *LP* tumens *V* dedita *LP* debita *V* 54 quam u. uoluntas *LP* qua u. uoluptas *V* 55 cedo *Rm* 56 *maior initialis litt. P* quantur *P* 57 nobis domineris ait *LP* nostris dominere animis *V* recondas: as *ex* es *P* 58 non rector] conrector *R* corrector *m* iugera liras *Peiper* iugerat iras *L* iugera iras *P* iugera libras *V* 59 lues] leues *P* 61 ferentis (v *supra*) *L* 62 dum *LP* ceu *V* ut dum *m* impetu *L* 63 innumeros *LP* //c numero (a *erasa*) *V* uno *LP* unum *V* ceu—dum uehit *uel* dum—deuehit *Peiper*, uehitur *LP* subuehit *V* amnes *L* amne *P* amnem *V* innumerum prono (*uel* que uno) pede subuehit agmen *L Müller* 65 haut *L* haud *PV* mnsura *P* 67 circum föso *V* iam] cum *L*?

huc illuc certam differt incerta ruinam:
haut aliter Loth in media uertigine uulgi
nutabat uinci prope iam: sed diua potestas
subuenit. angelici iuuenes de limine raptum
restituunt tectis. demens et uulgus ibidem
poenarum auspiciis interdum lumine multant.
  Tum decreta dei reserant. dignam fore poenam
de caelo Sodomis: ipsum meruisse salutem
iustitiae titulo. „Quin ergo accingeris istinc
festinare fugam pariterque educere. si quid
gentis habes. nos exitium iam inducimus urbi."
  Loth generos citus adloquitur. sed dura hominum mens
credere despexit monitum risitque timorem.
tempore mox quo lux tenebras accendere temptat
et bicolor caeli facies de nocte dieque est.
instabant iuuenes Chaldaeam educere gentem
ex Sodomis iustamque domum donare saluti.
„Heia age. Loth. exsurge tuamque adsume iugalem
et natas duplices atque hinc exterminis ito.
praeueniens Sodomum poenas." manibus quoque amicis
producunt trepidos atque haec tibi cetera mandant:

72| Mico: Restituunt—ibidem. uir̄ (*i.* Virgilius).

68 huc et illuc *L* 69 haut *L* haud *PV* medio *L* uulgi: gi *ex* ge *uel* go *al. corr. P* 70 nòtabat *V* potestas /// / (raptū *eras.*) *P* 72 et *LV* *Mico* sed *P* uulgul *Miconis cod. melior* 73 auspiciis *LP* V^2 hosp iciis V^1 lumina *L* 74 tunc *LP* tum *V* secreta *P* fore *L* fora *V* affore *P* 77 si quid *L* si quem PV^2 si queant V^1 79 citur *P* adloquitur| *LP* 80 dispexit *V* resit *P* 81 quo mox *L* mox *om. V* accendere *Peiper* conscendere *L* cit scindere *P* iam scindere *V* confundere gestit *Gronou.* 82 et tibi color *P* facie *V* 83 instabant iubant iu^ne^nes *V* c^h^aldaeum *P* 84 ex *LP* de *V* 85 heia *LV* eia *P* assume *P* 86 exterminis *LP* exterminus *V* 87 preueniens: pre *ex* pro *V* poenes P^{1a} a^quo^que (*pr. corr.*) *V* 88 atque haec tibi *LP* (ibi *R*?) et ibidem *V* mando *m*

„Serua, Loth, animam, ne uisum in terga retrorsum
uertere forte uelis, coeptum uel sistere gressum:
in montem propera!“ timuit Loth ardua tardo
ereptare gradu, caelestes ne prius irae
opprimerent: alios igitur deposcere portus
adgreditur, paruam quam contra adspexerat urbem.
„Huc, inquit, fuga sit: certe uix moenibus extat,
nec longe nec magna mihi est.“ fauere petenti,
urbis et ipsius pariter cessere salutem.
Segor inde loco nomen uox barbara nouit.
tunc Loth ingreditur Segor: simul exoritur sol,
ultimus ille quidem, Sodomumque incendia feruens
infert: nam totos radios armauerat igni:
aemula subseritur caligo, includere lucem
coeptans atque globos confuso intexere caelo.
fumantes coeunt nubes, nouus inruit imber,
sulpura cum flammis flagrat chaos, aestuat aether,
exustus crepitat liquidis ardoribus aer.
Hinc habet in falso de uero fabula famam
Solis progeniem currus optasse paternos
nec ualuisse leuem puerum frenare superbos
ignis equos, arsisse orbem, tunc fulmine raptum

89 seruato loth *L* serua loth *P* seruato seruato (lot *om.*) *V* seruans Loth *m* ne uisum *om. V* neu *L Müller* inṭerga *V* retusum *V* 90 caeptum *P* 91 mentem *V* 92 ire// *P* 93 alios igitur *LP* illos alios *V* depostere *V* 94 agreditur *P* contra] cum *P* aspexerat *libri* 95 inquid *P* sit] si *P* huc, inquit, intende fugam *R* contendo fugas *m* exstat *L* extat *P* instat *V* 96 longa: a *ex* e *V* mihi est *LP* mihi (*om.* est) *V* petenti *L* precanti *P* parenti *V* pauenti *Hartel* 97 gessere *L* cessere *PV* salute *P* 98 nouit] creuit *L Müller* 100 sodomumque *LP* sodomis iam *V* feruens] seruans *L Müller*, uersans *Hartel* (*coll. Vergiliano illo* uersare dolos) 101 infert nam totos *LP* iratus toto *V* amauerat *P* 103 libentesque globos c^v^infuso intexere caelo (*om.* coeptans) *V* 104 fumantis *V* inruit] *LV* irruit *P* 105 sulfura *L* sulphura *P* sulpura *V* chaos *L* c^h^aus *P* cahos *V* aestant aethor *V* 106 exusustus *P* 107 in falso *LP* in falsum *V* abit in falsum *L Müller* 110 flumine *V*

aurigam inlicitum. planctum mutasse sorores.
uiderit Eridanus. si qua illic populus albet.
aut si quis plumat senio modulatior ales.
hic aliter uersae maerent miracula formae:
namque comes coniunx. heu me. male tum quoque legis
femina non patiens diuinae. ad murmura caeli
audaces oculos nequiquam sola retorsit.
non habitura loqui. quod uiderit. et simul illic
in fragilem mutata salem stetit ipsa sepulchrum.
ipsa et imago sibi. formam sine corpore seruans.
durat enim adhuc nuda statione sub aethra.
nec pluuiis dilapsa situ nec diruta uentis.
quin etiam siquis mutilauerit aduena formam.
protinus ex sese suggestu uulnera complet.
dicitur et uiuens. alio iam corpore. sexus
munificos solito dispungere sanguine menses.
  Nusquam sunt Sodomi. nusquam illic impia lucent
moenia. cum dominis domus omnis inhospita nusquam.
tota rogus regio est: hinc atro horrore fauillae
hincque situ cano cineres incendia signant.

111 auriga *P* inlicitum] *LPV* planctu *P* 112 heridanus *L*¹*PV* heridianus *L*² 113 aut siquis *LP* si quis ibi *V* plumat senio *LP* senium plumat *V* (plangit *uel* plorat *L Müller*) 114 aliae (ter) *V* uersa emerent *P* alia euersae *L Müller* 115 coniuncx *V* heu metaletum *L* heu m&maletum *P* eheu male tunc *V* legis] logos *ut uid. V* 116 non patiens diuinae *P* inpatiens diuinae *L* diuine ad patiens (ad *pro* haud?) *V* *unde* diuinae patiens *Hartel* 117 nequicquam *L* sola *LP* pone *V* 118 uiderit *LP* uiderat *V* 119 sepulchrum *LPV* 120 ipsa et *PV* ipsa (*om.* et) *L* sine carne reseruans *P* 121 etenim adhuc (adhoc *P*) *LP* et *del. Peiper* adhuc etenim *V* aethro *V* 122 delapsa *P* dilapsa *LV* dituruta *V* 123 muta lauerit *V* 125 alio *L* celio *P* alios *V* in corpore *V* in *om. LP* 126 *maior init. litt. P* munificos solito *LP* munifico solitos *V* 127—128 Nusquam sunt Sodomi — inop(po)sita nusquam *LP* Iamque urbes nusquam Sodomum gens impia nusquam *uno uersu V* 127 illic *Peiper* illa *LP* illorum *m* 128 inhospita *Fr Iunius* inops ita *L* inopposita *P* 129 regio] rogia *V* atro] catro *P*³ rore *L Müller* 130 hinc desitu *V* inde situ *Iuret.*

nullus arat frustra piceas fuligine glebas.
occidit illa prior feritas. quam prospiciens Loth
[discretus patruo dites delegerat agros].
semiperempta etiam si qua illic iugera laetas
autumni conantur opes. facile optima sese
promittunt oculis pira. persica et omnia mela.
donec carpantur: nam protinus indice tacta
soluitur in cinerem uacui fallacia pomi.
sic igitur caelo pariter terraque sepultis
nec mare uiuit ibi: mors est maris illa quieti.
quod nullos animat per anhela uolumina fluctus.
quodque etiam patrio numquam suspirat ab austro.
quodque caret proferre aliquam de gurgite gentem
squamigeram leuique cute uel cortice saeptam
uel crispam conchae et duplici conpagine clausam.
solum illic propria mentitur fruge bitumen.
exusti fuligo maris. quod uiuidus ardor
subter stagna coquens de sulpuris et salis aestu
temperat inque picem dat terrae adhaerere marinam.

132 *maior init. litt. P* illa prior illa feritas *L* feritas *LP* species *V* prospiciens] spiciens *V* 133 *adest V om. LP Oxoniensis editor haec ex coniectura suppleuit*: Deseruisse pii fertur commercia fratris. 134 laetas] laetant *L* 135 optima sese *P* optimas esse *L* optima esse *V* 136 mela *L* (mella *R m*) mala *PV* 137 carpantur *LP* carpere aues *V* tacta *Peiper* tactu *libri* tacti *L Müller* 138 cinere *V* uacui] uani *L Müller* fallacia *V* fauillaque (quae *L*) *LPR* 138 terrae *P*[a] 140 illa quieti *LP* ipsa maris pax *V* 141 quod *LP* qua *V* nullus *L* animat] amittat *V* agitat *L Müller* anhella uolumine *L* 142 quodque *P* quaeque *L* quaque *V* etiam] enam *V* 143 quodque *P* que *L* (queue *R*) quaque *V* caret *LV* (cauet *m*) nequit *P* negat *L Müller* gentem *P* gente *L* piscem *V* 144 squamigeram *LP* squamicutem *V* leuique cute (cuti *P*) *LP* uel leuicutem *V* 145 crispe *V* conchae et *Peiper* conchem (ĉ *L*) *LP* concât *V* concham *m* concha *L Müller*, duplici] aut duplici *R* (*non P*) conpagine] *LP* clausam *LP* clusam *V* 146 propria mentitur *LP* propriam editur de *V* *unde* p. metitur de fr. *L Müller* 148 qûoquens (c *supra*) *V* sulpuris *PV* sulfuris *L* 149 dat terrae *LP* terris dat *V* adherere *L* haerere *P* habere *V*

inuehitur proprio cum tempore pingue crematae
uirus aquae spumisque cutis super aequora nigra
texitur. adpellunt. quis est ea captio mercis:
adclinant laterum leues libramine lembos.
ut semel impositam doceant conscendere uenam;
nam se sponte leuans adnabit inertis ad ora
nauigii pressumque dabit prae munere largo,
ni plaga contigerit. qua mensis femina uestit.
  Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur:
cuncta illic inuita natant: natura recessit
mergendis data corporibus. si denique testae
luciferam narem insistes, qua spiritus igni est,
uelificabit apex flammae: si flamma perempta est,
ibit subter aquas adstructio naufraga lucis.
  Hae Sodomum et Gomorum signatae in saecula poenae
gentibus iniustis. quis corda ecdura timorem
deseruere dei. de caelo iura uereri,
inque unum rerum dominum curare docebunt.

150 cum *LP* sub *V* pinguae *L* crematae (te *L*) *LP* cremata *V* crematum *Rm* 151 spumis—nigra *LP* spumae—nigrae *V* 152 appellunt *LP* appellant *V* capacio *V* quis est captatio *L Müller* 153 adclinant laterum leues *LP* adclinantque leues laterum *V* labra mine *P* 154 impositam] *LPV* conscendere *LP* inscendere *V* uenas *P* imposita—uena *m* 155 nam se sp. l. adnabit inertis ad ora *LP* (inertis] mercis *a Vamel (Gronou.)* nam sese iam sp. lauans donabit inerti *V* 156 nauigii *LP* nauigio *V* praessum *L* pressum *P* pessum *V* 157 contingerit *V* quam mensis *LP* qua mses *V* (*i.* qua menses) uestit] *an* tersit? 158 ecce aliud *LP* en aluit *V* 160 data *LP* stata *V* testæ *LP* teste *L* testam *V* 161 luciferae *Gronou.* narem *LP* nare *V* nauem *Riuin.* insistes *Peiper* insistens *L* sistens *P* instituas *V* igni est *L* ignis est *P*[h] ignis (*om.* est) *V* 162 uelificauit *LP* uelificabit *V* 163 adstructio (κατασκευή) *Peiper* destructio *libri* 164 sodomm̄ et gomorr̄ *V* gomurum *V* scl'a *LP* 165 quis corda *LP* corda in quis *V* corda] corpora *R* pectora *Cauchius* ecdura *Peiper* dura *LV* obdura *P* 166 de caelo *L* caelestia *PV* 167 inque] atque *uir doctus in Morelianae ed. exemplari Bodleiano* curare *LV* sperare *P* spectare *Oehler*

EXPLICIVNT VERSVS CIPRIANI DE SODOMA *L R* (Cypriani *R*)
EXPLI CIT DE SODOMA: UĔR C. LXVI. *P*
DE SODOMIS EXPLICITUM. DE IONA *V*

EIVSDEM DE IONA PROPHETA.

Post Sodomum et Gomorum uiuentia funera in aeuum
et cinerum senio signata incendia poenae.
et frustra solis oculis nascentia poma.
et pariter facti mortem maris et salis illic:
si quis homo est poenam mutato corpore seruans:
paene alios ignis superi decusserat imbres
urbs. erat ⟨ut⟩ iusti transgressio. Niniue dicta.
nam quis subuersae mentis metus? omnia uulgo
poenarum documenta uacant. ubi possidet error.
at bonus et nostri patiens et plectere serus
omnipotens dominus nullam iaculabitur iram.
ni prius admoneat durataque pectora pulset.
praesagos agitans augusta mente prophetas.
namque Niniuitum meritis mandarat Ionam
praefari exitium dominus: sed conscius ille
parcere subiectis et dicta cedere poena

inscriptionen communem cum carmine de Sodoma habet P (Paris 2772) DE NINEVE p^1 *(codex Pithoeanus Fr. Iureti, in quo Tertulliano tribuebatur. littera p lectiones ex textu, p^1 ex notis petitas significaui.)* DE SODOMIS EXPLICITVM. DE IONA *V (Voss. Leid. Q 86)* ITEM T̃TVLIANI DE IONA PROPHETA *T (Vindobon. 16)* Carmen de Iona et Niniue *Fr. Iuretus*

1 gomorrum *T* 2 cinerem *V* senios ignara p^1 4 facti *Pp* tacti *VT* functi *C Barth* 5 si quis *P* si quid *VTp* poena *V* formam *Riuin.* 6 poene *PV* alio p^1 ignes p^1 superis decesserat p^1 imbres *P* imbris *VT*p^1 7 Vrbis erat iusti transgressio ninine dicta *P corr. Peiper (an* Vrbs (miseret) iusti *etc?)* Vrbs aequi iustique uiam transgressa nineue *VTp sed* V. a. i. fuerant transgressi niniuite p^1) 8 quis] qui *V* mentis *P* menti *VTp* 9 uocant *V* erro *V* 10 ad *V* boni p^1 10^b 11^a et plectere—dominus *om. V* 13 prophetam *p* 14 namque *Pp* iamque *VT* niniuitum *Pp* niniuetum *T* ninbusum *V* Ionam *Pp* Ionan *VT* 15 dominum sed *Riuin.* constius *V* 16 subicotis *V* dicta c. poena *P* debitam c. poenam *VT*p^1 (debita c. poenae *Iuret.)* coedere *V*

supplicibus facilisque bonis cessabat obire.
ne uanum caneret cessura pace minarum.
mox fuga consilium: si qua est tamen ista facultas
euitare deum dominique euadere dextram.
qua subter totus trepidans conpescitur orbis.
an ratio est. quod agit sancto de corde prophetes?
Litoris in labio. portu celeberrima fido.
urbs oras Cilicum contra libatur Ioppe.
inde igitur Tarsos properus rate scandit Ionas:
eiusdem fert acta deus: nec denique mirum.
si dominum in terris fugiens inuenit in undis.
paruula nam subito maculauerat aera nubes.
uellere sulpureo de semine conscia uenti.
paulatimque globus pariter cum sole cohaesit
deceptumque diem caliginis agmine clusit.
fit speculum caeli pelagus: niger ambitus undas
inficit. in tenebras ruit aether et mare surgit.
nequiquam medios fluctus dum nubila tangunt.
gloria uentorum quos omnis turbine miscet.

17 subplicibus *V* facilisque bonis *P* facilemque boni *VTp* obire *Pp* abire *ut uid.* *V* ultire *T* 18 canere caesura *V* 20 dexrã *T* 21 qua *Pp* quo *V* qui *T* subter totus *P* super totus p^1 totus subter *VT* conpescitur] *PV* trepidans] irepmdans (m *an* in *post* p *incertum*) *V* 22 rati p^1 corde] corpore p^1 propetes *P* prophetas *L Müller* 23 fide *V* 24 ora scilicum *P* ora est Cilicum *p* oram est C. c. *C Barth* libatur (*i. leuiter attingitur a propheta*) *Peiper*, libratur *libri*. *an* lustratur? dictatur *C Barth* ioppen *Pp* ioppe *VT* 25 tharsos *T* tharros p^1 scandit *P* conscendit p^1 poscit *VT* tendit *C Barth* pergit *uel* inde *in* ire mutandum *censet* *L Müller* 26 eiusdemque *T* fert acta deus *Pp*

(i. *fieri patitur* feritacta (*C Barth*) per stagna dei *V* p̃ signa̧dĩ *T* 28 paruula] parua *P* aere *V* nubis *T* 29 sulpureo *V* sulphureo *PT* sulfureo *p* conscia *P* constia *VT* (*in T uix legi potest*) conotia p^1 concita *Iuret* 30 pallatim *T* globus pariter *Pp* globum pariens *VT* sole cohaesit] suleo haesit *V* 34 nequiquam *P* nequicquam *p* neć quicquam *VT* medios *Pp* medium est *V* mediuse *T* nibila *V* tangunt *Pp* tangit *T* tant *V* 35 gloria] atria *Hartel* proelia—miscent *C Barth* glomera—miscent *L Müller* omnis *P* omnes *VTp*

diuersus furor in profugum frendebat Ionam;
una ratis certamen erat caeloque fretoque.
tunditur hinc illinc. tremit omnis silua sub ictu
fluctifrago. subter concussa est spina carinae,
palpitat antemna. stridens labor horret ab alto.
ipsa etiam infringi dubitans inflectitur arbor.
nauticus interea gemitus uoxque omnia temptat
pro rate proque anima: spiras mandare morantes.
oblaqueare mitram. clauorum stringere nisus
atque reluctantes impellere pectore giros.
pars maris interni putidum graue odore uicissim
egerit. at rapiunt ⟨pars⟩ merces atque onus omne
praecipitant certantque pericula uincere damnis.
sunt miserae uoces ad singula fragmina ponti.
expanduntque manus nullorum ad numina diuum.
quos maris et caeli uis non timet: haut minus illos
puppibus abstrusos irato turbine mergunt.
    Nescius haec reus ipse cauo sub fornice puppis
stertens inflata resonabat nare soporem.

36 ionam *Pp* ionan *VT* 37 caelo *Pp* pelago *VT* 39 „*alias v. c.* fluctiuago" *Iuret de cod. p* concessa est *P* concussa est *p* concussae *VT* 40 palpitat *Pp*T^2 pulpitat *T* pulpitar *V* antenna (mn *p*) *Pp* antemnae (ne *V*) *VT* 41 ipse T^1 42 gemitus| geminus *p* genitus *Oehler* uoxque *P* clamor *p* (*unde* labor *Riuin.*) timor *VT* tempta *V* 43 animas pheras *P* animas speras p^1 a. spiras *T* a. spira *V* mondare *V* mundare *Iuret* morantes *Pp* morantis *VT* 44 obliquare *Riuin.* mithram *VT* methram *P* muthram p^1 risus *P* 45 Atque reluctantes *P* uel reluctantes *p* uellere luctantes *VT* ueli eluctantes *Iuret* inpellere *V* pectores *T* giros *PV* gyros *T* nigyros p^1 46 putidum *P* puteum *VTp* graue olere *Pp* grauem odore *VT* uicissim| uicirīs *V* 47 Egerit at *Peiper* Egeritur *P* egregiae *VT*p^1 egregias *Iuret* rapiunt pars *Peiper* rapiunt *om.* pars *uel* tum *P* rapiunt tum *VT* tunc rapiunt p^1 omnes *p* 48 certansque paricula *V* damnos *V* 49 sunt *Pp* tum *VT* 50 expandunt *Pp* expanse *V* expansāt *T* nullorum| multorum *rec. m. ss.* p^1 numina *Pp* nomina *VT* lumina *Iuret* 51 haud *T* aut *P*p^1*V* minos *V* munus p^1 52 pupibus *P* abstrusa siratos p^1 mergunt *P* mergens *VTp* 53 necius *P* cauae *C Barth* formice *P* 54 stertens *P* stertentem *VT* sternentem *p* resonabant *V*

iam tunc in somno domini formando figuram.
hunc simul undisequae cogit qui munia prorae,
pace soporatum placidaque quiete superbum
increpat inpulsans: „Quid, ait, discrimine in isto
somnia more capis tantoque in turbine ponti
solus habes? en unda operit, spes unica diuum est.
tu quoque, quisque tibi deus est, dic uota precesque
[indigetans patrium supplex inflectito numen.“]
sic tum quis culpae propior, quis causa procellae,
discere sorte placet, nec sors mentitur Ionam.
tunc rogitant: „Quis et unde hominum, quis denique rerum,
quo populo, qua sede cluens?“ famulum ille fatetur
praetimidum fidumque dei, qui sustulit alte
caelum, qui terram posuit quique aequora fudit:
ipsius [et] sese profugum causasque reuelat.
deriguere metu: „Quid nos igitur tibi culpae?
quid fore nunc, quonam placabimus aequora pacto?“

55 domini formando] in se formando p^1 56 undisequae *P* undisecae *VT* undis ita p^1 cogit qui *P* qui cogit *VT*p^1 moenia pro re p^1 57 que *uel* atque quiete *Peiper* et quiete *P* requiete *VTp* requiesse *CBarth* superbum] supinum *CBarth* 58 increpat *P* institit *VTp* inpulsans] *VT* quid aiunt discriminis in isto p^1 59 more *Peiper* mare *P* nare *VT* re p^1 (*unde* rite *uel* tute *Riuin.* capis *Pp* canis *VT* ponti *P* portum *VTp* 60 en *om.* p^1? nos *Iuret* unic *V* 62 *deest totus uersus Pp adest VT* indigetas *V* indegetas *T corr. Oehler*, indigetes *L. Müller* numen *T* nomen *V* 63 Sic tum quis *P* exim quis *VT* exin quis *p* (indicit ex inquis p^1) propriae *Pp* (proprie *p*) proprior *T* prorior *V* 64 sorte] forte *P* ionam *Pp* ionan *VT* 65 et] es *CBarth* 66 cluens *P* cluis *T* cliuis *V* ciuis p^1 67 Praetimidum fidumque dei *Pp* Praetimidumque dei *VT* qui sustulit alte *P* qui caelum sustulit alte *VT*p^1 (altae *V*) qui sustulit altum *Iuret* 68 caelum qui t. p. quique equora f. *P* qui t. p. qui totum (totam *Vp*) corpore f. *VTp* totum] pontum *Hartel* Tethyn *Iuret* 69 et sese *VT* et *om Pp* 70 deriguere *VT* diriguere *Pp* quid nos] quos *uel* quod p^1 igitur] agitur *P* colpae *V* quid nos iungis tibi culpa *CBarth* rogitant ibi *nescio quis* 71 fore (a) *T* qui (ei ã) *T* facto *Pp* pacto *VT*

namque magis multoque magis freta saeua tumebant.
[tum domini uates ingestu spiritus infit:]
„En ego tempestas, ego tota insania mundi:
in me, inquit, uobis aether ruit et mare surgit:
in me terra procul, mors proxima, nulla dei spes.
quin date praecipitem, causam nauemque leuantes:
unum onus hoc magnum pelago iactate uolentem."
  Ast illi frustra nituntur uertere cursum
in reditum; nec clauus enim torquere sinebat,
dura nec antemnae mutari libra uolebat.
postremo ad dominum: „Ne nos in mortis hiatum
unam animam propter dederis, nec sanguine iusti
respersisse uelis, si sic tua dextera ducit."
  Iamque illic imo exoriens de gurgite cetus,
squamosum et conchis euoluens corporis agmen,
urguebat proprios concusso marmore fluctus,
praedam sponte petens, quam celsae puppis ab arce
prouoluentem auide limosis faucibus hausit,
uiuentemque dapem longam percepit in aluum,
cumque uiro caeli rabiem pelagique uorauit.

72 freta seuatum eptent *(litt.* p *non satis certa)* *V* 73 *deest totus uersus Pp adest VT* ingestu *Hartel* ingesta *T* ingestus *V* 75 in me] e *T* inquid: d *in* t *corr. P* aet^{h}er *P* ather *VT*? 77 p̃citem *T* nauemque que *om.* p^1 78 unus p^1 iactare *P* uolentem *Pp* uolenti *VT* 79 illi] illis p^1 isti *Oehler*? 80 torquere sinebat *Pp* torqueri ualebat *VT* clauos nec enim torquere ualebant *L Müller* 81 antene *VT*? uolebat *Pp* uolebccct *P*) sinebat *VT* 82 ne nos *om. P* 83 nec] ne *p* iusti *P* iustum p^1 iusto *VT* 85 immo *P* de *Pp* e *VT* caetus *T* coetus *P* 86 et p^1 e *P* et *uel* e *om. VT* euoluere *p* 87 urgebat *Pp* urguebat *VT* proprios *p* propios *P* propius *VT* marmore] murmure *P* 88 Predam sponte petens quam celsae p. a. a. *P* Sponte dei praedam rapiens quam p. a. a. *VT p (sed* dei *om.* p^1) capiens *uel* captans *L Müller* 89 Prouoluentem *Peiper* Pronolute auide *P* Prouolutatam (auide *om.*) *VTp* Pronoluunt nautae *Riuin.* porro uolutatam *L Müller* limosis faucibus *Pp* limosis mox faucibus *VT* hausit] hesit *P* 90 que *om. V* longum *P* percepit *Ip* properauit *VT* 91 uiro *om. T* uorauit umbra *P* *(uid. u. 92)*

sternitur aequoris unda, resoluitur aetheris umbra:
hinc fluctus, illinc flatus redduntur amici,
securamque uiam placida signante carina
spumea caeruleo candent uestigia sulco.
nautae tunc dominum laeti uenerantur eique
sacrificant grates: fertur ratis et uates aluo:
|nauigat et uates alio susceptus Ionas|
nauigium fluctus secat, et sub fluctibus imis
Iona defertur anima spirante ferina,
conclusus neque tinctus aquis, maris intimus exter,
inter semesas carnes resolutaque putri
corpora digestu iam iam sua funera discens:
in signum sed enim domini quandoque futurum
non erat exitii, set caeli gloria factus.

92 umbra *hoc loco om. P* 93 rediuntur *V* 95 spumea *P* candida *VTp* ceruleo *PV* candent *P* florent *Tp* florente *V* 96 nautae *Pp* nauita *VT* tunc *Pp* tum *VT* dñm *P* domino *VTp* laeti *Pp* laetus *VT* uenerantur eique *P* uenerando timorem *VT* (*ubi* timore) *p* 97 sacrificant *Pp* sacrificat *VT* fertur ratis et uatis aluo *P* tum portus intrat amicos *VT* *neutrum habet p in quo lacuna est.* 98 *totus uersus deest P, habetur in VTp*[1] alios *V* 99 nauigium *P* nauigio *VTp* fluctum *p* secat et *P* que secat *VTp* 100 Iona defertur *P* uiscera uelificans *VTp* (uelificant *p*?) spirante] inspirata *p* 101 conclusnas *P* aquas *V* 102 semesas *Pp* semessas *VT* (semesses *V*) carnes *P* classes *VT* clases *p*[1] clades (*i. piscium cadauera*) *Barth* 102 103 corpora putri] Digestu *p* 103 corpore *T* iam iam sua *P* sua iam iam *VT* sua iam uel ua *p*[1] 104 insignium *V* futurum *P* futurus *VTp* 105 exitii *P* exitio *VTp* sed caeli gloria factus (fatus *P*) *Pp* fit mortis testis abactae *VT* *nihil ego deesse puto*

DE IONA EXPLICITVM. FINIT *V*

VERSVS EXPLICIT DE IONA dicti TERTVLIANI ELOQVENTISSIMI (dicti *al. ss.*) *T*

subscriptio deest Pp

CYPRIANI AD QVENDAM SENATOREM

EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORVM SERVITVTEM CONVERSVM.

Cum te diuersis iterum uanisque uiderem
inseruire sacris priscoque errore teneri.
obstipui motus. quia carmina semper amasti.
carmine respondens properaui scribere uersus.
ut te corriperem tenebras praeponere luci.
quis patiatur enim te Matrem credere magnam
posse deam dici rursusque putare colendam.
cuius cultores infamia turpis inurit?
namque sacerdotes tunicis muliebribus idem
interius uitium cultu exteriore fatentur.
idque licere putant. quod non licet; unde per urbem
leniter incedunt mollita uoce loquentes.
laxatosque tenent extenso pollice lumbos.
et proprium mutant uulgato crimine sexum.

INCIPIVNT VERSVS BEATI CIPRIANI MARTYRIS CHRISTI *R* (*Vatican. Regin. 116 f. 114*).

VERSVS SCI CIPRIANI EPI ET MARTIRIS XPI (XPI *om. F*) *PF* (*P = Paris. 2772 F = Paris. 2832 F² quae in contextu libri F aut ad marginem recens manus s. XVII mutauit*).

AD—CONVERSVM ω (*RPF*) *titulus uncialibus litt. scr. F, minutis PR?*

1 te *om. R (rec. ss.)* uanis| uariis *v* (= *vulgata lectio*) 3 obstĭpui (*v al. ss.*) *F* motus| monitus *Pamel* attonitus *Riuin. an* mox et? 9 tonicis mulieribus *P* idem| id est (ipsum *add. marg. rec.*) *F* 10 inter insticiā (Interius uitium *marg. rec.*) *F* uitium| ritum *Iunius* interiore *Pamel* 11 Id/'/,que (em *eras.*) *R* orbem *R* urbem *PF* 12 Leuiter *Riuin.* mellita *Pamel* 13 Laxatos *v* lapsatos *R* lassatos *PF* podice *corr. ex* pollice (*litt.* ll *transuersa lineola del., sinistrae marg. antiqua m.* d *add. F* 14 Et proprie *R* Et proprium *PF et marg. R rec. m.* mutant *om. R* uulgato| mutato *R*[1]

cumque suos celebrant ritus. his esse diebus
se castos memorant: ut. si tantum modo tunc sunt.
ut perhibent casti. reliquo iam tempore quid sunt?
sed quia coguntur saltim semel esse pudici.
mente fremunt. lacerant corpus funduntque cruorem.
quale sacrum est. uero quod fertur nomine sanguis?
nunc etiam didici. quod te non fecerit aetas.
sed tua religio caluum. caligaque remota.
gallica sit pedibus molli redimita papyro:
res miranda satis deiectaque culmine summo.
si quis ab Isiaco consul procedat in orbem.
risus orbis erit: quis te non rideat autem.
qui fueris consul. nunc Isidis esse ministrum?
quodque pudet primo. te non pudet esse secundo.
ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos.
respondente tibi uulgo et lacerante senatu:
teque domo propria pictum cum fascibus ante.
nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.
haec tua humilitas et humilitatis imago est!
aedibus illa tuis semper monumenta manebunt.
  Rumor et ad nostros peruenit publicus aures
te dixisse: „Dea. erraui: ignosce. rediui.“

15 delebrant *P* 16 ut *R* at *PF* aṭ *rec. corr. F*² 17 peribent *P* 18 sed| at *marg. rec. F*² saltim *R* sedtim *P* sed tunc *F* 21 didici *PF* *uox erasa R* dicis *v* 22 religio ω *litt.* io ca *euanidae R* 23 calliga *P* papiro *RF* papire *P* 24 calmine *P* 25 isiaco *RP* yssiaco *F* isiacis *v* orbem ω urbem *Pamel* 26 oris risus: *sic marg. rec. corr. litt.* h a *adpositis F*² orbis *Peiper* urbis *Hartel* oris ω 28 pudet primo| putet et primo (et *antiq. m. del.) F* 29 tu^r^pes (r *rec. ss.) R* ymnos *FP* 31 domo propria *R* domum (donum *P*) propriam *PF* ante *R* olim *PF* 32 nunc *R* num *PF* sistra *R* canonam *P* 33 haec tua| haec non *Pamel* an haec *Hartel* et h. i. est ω est h. imago *Hartel,* sed h. i. est *Pamel* haec tua non pietas est sed pietatis imago *Oxoniensis editor* Illane uera tuę et simplex abiectio mentis *marg. rec. F*² *Sinistra marg.* humil' *add. R* 34 Edibus ω monumenta *R*¹*P* monimenta *R*² mununienta *F* 36 deis *marg. rec. F*² ignoscere diui *PF* (ignoscite diui *rec. uiri docti m. P*)

dic mihi. si ualeas: cum talia saepe rogares
et ueniam peteres. quae tecum uerba locuta est?
uere mente cares. sequeris qui mente carentes.
haec iterum repetis nec te delinquere sentis:
quid mereare. uide. minus esses forte notandus.
si tantum hoc scires et in hoc errore maneres:
at cum uericolae penetraueris ostia legis
et tibi nosse deum paucis prouenerit annis.
cur linquenda tenes aut cur retinenda relinquis?
nilque colis. dum cuncta colis. nec corde retractas.
uera quid a falsis. quid ab umbris lumina distent.
philosophum fingis. cum te sententia mutet:
nam tibi si stomachum popularis mouerit ira.
et Iudaeus eris totusque incertus ageris.
   Indulge dictis: sapientia non placet alta.
omne quod est nimium. contra cadit. unum operantur
et calor et frigus: sic hoc. sic illud adurit.
sic tenebrae uisum. sic sol contrarius aufert.
et pariter laedunt tepidum feruensque lauacrum.
esca alitur corpus. corpus corrumpitur esca.
uimque suam minuit. si quid protenditur ultra.
denique si sedeas. requies est magna laboris:
si multum sedeas. labor est: Maro namque poeta

37 dic] da *P* 39 mente// (m *eras.*) *F* quę (i ss.) *corr. rec. m. R* carentis *P* 43 uericolae *F* uericulae *R* uiricole *uel* iuricole *P* 44 pro ueniret *R* accesserit *c* in annis *R* 45 relinquenda *P* //liquenda (re *eras.*, n *ss. rec.*) *R* liquenda (n ss.) *F* 46 nec corde retractas] nec credere tractas (r *rec. ss.*) *R* 47 ad falsis (d *antiq. m. del.*) F^1 ad umbris (ad *in* ab *corr. antiq. m.*) F^1 distent *R* distant *PF* 48 phylosophum *F* philosofum *P* teque sophum *rec. corr.* F^2 49 stomacum *P* ira ω aura *c* 50 totusque] sic plane *ss. rec.* F^2 ageris *Peiper* aberis (h ss.) (*pr.* h *ss.*) *R* aberis (h *ss. rec.*) *F* abibis *Riuin.* aberres *Hartel* 51 dictis] dicis *R* 53 Et calor et] Etocelcr . & (cr *in* or *al. corr.*, *post* cr *spatium duarum litt. uacuum cum puncto ante* &) *P* aduritl *R* 54 aufret *P* 55 ledunt ω tepidum] tepudum *F* gelidum *c* 58 est] sē *P*

pro poena posuit „sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus.“ semper nocet utile longum:
prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant,
sic nimium sapere stultum facit. — „improba secta,
me dea sic docuit: „moderamen amabile“ dixit.“ —
sed tu nec sectam modo nec moderamina curas.
mens autem stabilis nullo peruertitur aestu,
ipsaque simplicitas numquam mala cogitat ulla.
hinc sincera fides aeterna sede fruetur,
et dolus e contra longo cruciabitur igni.
elige, quid uelis, ut digna piacula uites.
sic tamen hanc ueniam mereatur creditor, inquam:
ut leue crimen erit, si nolis noscere uera,
non leue crimen erit, si cognita uera relinquas.
  Sed te correctum forsan matura senectus
in melius reuocat satiatum erroribus istis:
tempus enim mutat, mala digerit omnia tempus.
tunc igitur, cum te consulta reduxerit aetas,
disce deo seruare fidem, ne forte bis unum
incurras lapsum: quia uere dicitur illud:
qui pedis offensi lapidem uitare secundo
nescit et incautus iterum uexauerit artus,
imputet ipse sibi nec casibus imputet ullis.
corrige delictum fidamine, corrige mentem.
suffecit peccare semel. desiste uereri:
non erit in culpa, quem paenitet ante fuisse.

60 pena *P uu.* 61—85 *habet R desunt in PF* 64 Medea *R* 65 secta (sectā *rec. corr.*) *R* moderamine (a e *corr. rec. m.*) *R* 67 *uox* cogitat *rec. m. repetita in marg. R* 68 sede] fide *R corr. Riuin.* 69 dolus e contra] dolosa contra *R* 70 uelis] uelles *Baluzius* cupias *uel* quale uelis *Riuin.* 71 inquam] numquam *Hartel* 78 deo] do (*rec.* dō *corr.*) *R* 82 ullis] illis *R* 83 fidumine *Iunius. an* fundamine? 84 sufficit (fi *in* fe *corr. rec. m.*) *R* uereri] reuerti *Riuin.*

.C. Cypriani uersus aduersus quendam senatorem expliĉ. *R*

S. HILARII IN GENESIN

AD LEONEM PAPAM.

Paruimus monitis tua dulcia iussa secuti,
antistes Christi, quae dabas ore pio.
an ego non canerem tanti praeconia patris,
munus opusque dei dum mihi lingua foret?
rauca quidem stridens et nullis digna coturnis,
ingeniumque iacens: sed libet alta loqui.

Dignum opus et iustum semper tibi dicere grates,
omnipotens mundi genitor, quo principe cuncta
natalem sumpsere diem atque exorta repente
post tenebras stupidi spectarunt lumina caeli:
gens hominum pecudesque ferae milleque uolucres
et quae per liquidos discurrunt agmina campos,
omnia per temet, ex te, qui maxima condis:
ex te nata, pater; nec patris est pater alter:
tu caput es capiti, primi tu fontis origo,
primus apex rerum, primus sator, omnia condens:
nec tamen ex alio ducis genus: ipse perennis

In nomine domini nostri iesu christi incipit metrum sancti hilarii pectauensis episcopi in ge. n. si. ad leonem papam *B (Laudun. 273), titulus cum uu. 1—131 interiit in A (Laudun. 279)* Hilarii pictauiensis Episcopi genesis: ad Leonem papam *m* (Morelii *ed. Paris. a. 1560) b = Basiliense exemplar a. 1570, cuius lectiones Ioh. Weitzius exscripsit, f = G. Fabricius, littera p meas indicaui correcturas.*

2 antestis *B* dabas *Bb* dabat *m* 3 non] nunc *Bb* 5 strident *f* coturnis] coronis *m* 6 iacet *f* 7 iustum est *m* 9 adque *B* reperte *B* 10 stupido—caelo *B corr. p* lumine *B* 11 mille adque *m* pictaeque *f* 13 temet] te sunt *f* ex te] per te *m* 14 nata *m* nate *Bb* nec iam patris *m* 15 caput es *m* capitis *B* capiti primi tu] primique caput tu *m*

spiritus. antiquo uiuens per saecula motu.
semper eris. quia semper eras: non mortis egenus.
qui natalis inops nec finem noueris aeui.
ex se principium cui contigit. haut manet alter
auctorem casus: nascentia terminus urget.
omnia cum tegeret nigrum chaos altaque moles
desuper urgeret informis corpora mundi
et caliganti premeret serotina morte.
nec species nec forma foret. deus intus agebas
corporibus tectis mixtus. secreta potestas.
iam tum disponens nascentia moenia mundi
et uarias rerum facies animasque futuras.
utque caput uicta prompsisti caligine noctis.
sublimem attollens uultum sensere tenebrae.
mox dominus rerum somnos discussit inertes.
pigraque materies trepidauit nomine pulsa
commotaque simul maturo conscia partu.
scinditur ingentis cumuli per plurima corpus
membra. locosque simul metantur semina iussu.
et confusa simul descendunt uiscera molis.
sectaque per partes formas spectantia frustra
iam calor intus alit et blando suscitat igni.
Ac primum caeli pansus liber. omnia mundi
conplectens spatia. celso suspenditur orbe:
terra grauis pigro descendit pondere ad imum
ac. semet defixa. salo fundata resedit.
esset ut spatium uacuae regionis apertum.

20 nouerit *Bb corr. m* 21 ex te *m* haut B^1 haud B^2 25 et atque *m* premerent *m* 28 tum disponens *B* tumidis ponens *b* tumidi ponens *m* 30 promsisti *B* prompsit ipse m prompsit *(om.* ipse) *f* 31 tenebras *B corr. m* 33 nomine *bm* numine *B* momine *Weitz.* 34 Motaque *B corr. m* Et commota *f* maturo] natura *m* 36 locus *Bb corr. m* 37 et confusa simul] et confusa prius *Weitz.* (*ex b* ?) et iam confusae *m* 38 formęs (a *supra*) *B* frusta *m* 40 passus *m* 41 conpl.] *B* spacio *m* 43 scelo *B* 44 essetque ut *m* aperto *Bb corr. m* apertae *Coustant.*

qua tener incedens mortalia pasceret aether.
quoue exire patris possent tot munera rerum.
ortaque ferrentur nullo per inane labore.
diffusae coguntur aquae: mox limine certo
liquuntur maria nec finem transilit unda.
Tunc oritur lux alma. dies quae iussa uocari
nascentem tenero perfudit lumine mundum.
munus opusque tuum prodens. tua maxima dona.
condere quae genitor patria pietate parabas.
utque hominum sollers posset clarescere uita.
artibus aetheriis quae totas ducere luces
gaudet et ingenium diuersa laude fatigat.
insequitur nox atra diem densaeque tenebrae.
corporibus somnos quae ferrent. otia fessis.
et cunctis unam faciem similemque figuram.
namque dies uarie rerum discriminat ora
et dat cuique suum disiecta nocte colorem:
instigat animos opera ad maiora calentes.
exacuens uariis mortalia pectora curis.
quo mage forma dies uitae. nox mortis imago est.
Tunc condens pater astra polo ac lumina didens.
sidera distinguens uariis pertecta figuris.
lucifer exsurgit roseus et fulgidus ore
uesper: puniceos spargit Aurora capillos.
Anguis agit sudum. inportant Pliades imbres.
sunt Iuga. sunt Plaustra. gemmantes flore Coronae

62—Mico: Instigat—calentes. Alchimus.

46 quoque *Coustant.* 47 *post u.* 48. *sed ordine statim correcto, B* laborum *B corr. m* 48 limite *Coustant.* 49 linquuntur m. ac finem non t. u. *m* 50 alma *ex* celma *B* 53 parabat *b* 54 solers *m* 55 aethereis *m* 60 uarie *bm* uaria *B* uarias-oras *Weitz.* 62 instigatque *m* que *om. B Mico.* opera *Mico m* opere *B* 64 est *om. m* 65 polo ac lumine uidens *Bb corr. p* polos quoque l. donans m (polos ac *Weitz.)* 66 distinguens *Bb* distinguit *m* pertexta *Weitz.* per tecta *Coustant.* 67 exurgit *m* roseusque *m* 68 spargitque *m* 69 inportant *B* ast important *m* Pleiades *m* 70 plaustra et *m* coronas *B*

signaque bis senis annum uoluentia formis,
multaque praeterea celsae domus ornamenta.
quis saeclum fulcit signis et regia summi
picta parens uaria stellarum luce coruscat.
sed soli lux maior inest, quem munere largo
excultum, genitor, pleno dignaris honore.
igneus ille iubar praecelso uertice tollit:
ore rubens patulo, caeli per moenia fertur
astrorum ductor, mundi uigor atque elementa.
ecce aliud mirum, mirum decus o, noua cursum
mutat luna suum; quos perdit colligit ignes
cornuaque extinguens perturbat lumine frontem;
mox tamen ardescit conpleto circulus orbe,
noctilucum lumen pascit sata sidera luce:
haec tamen, aeterno quae uoluit machina aethrae,
non tantum pictura poli est, nec celsa uoluntas:
mens ratioque subest et rebus utilis ordo.
hinc doctrina uenit terris, hinc denique cunctis
consilium agricolis et qui maria alta pererrant,
ut, se quaque ferant, luces praedicere possint,
uenturos norint imbres siccumque serenum,
tempore quo tauros campis inducat arator
et dubium temptet securus nauita pontum.
Instructos ignes caelo, pater optime, terras
excolere adgrederis et munere donas opimo
regna hominum pecudumque larem requiemque uolucrum
planescunt campi, colles tumor arduus effert.

72 ornamenta domus sunt *m* 73 queis *m* fulcis *m* fulsit *Weitz.* summa *m* 74 parens *Bbm* patens *f* 79 adque *B* elementi *f* 80 o *B* en *m* noua cursum omnia *B* 81 et quos *f* limite *m* 83 ardescet *B* conpleto | *B* 84 lumen aeter noque pascit *(sed media uerba pr. m. del.) B* 85 Haec *B Weitz.* Nec *bm* aeter noquẹ *B* machina uoluitur *m* aethrae *p* etre *B*, aethre *b* aethere *m* axe *f* 86 nec c. u. sed celsa uolanti *CBarth.* 87 utilis *Bb* commodus *m* 90 quaque *m* quaeque *B* 93 tentet *m* 94 ignibus instructo *m* 95 aggrederis *m* donas et munere *m*

subsidunt ualles, florentia prata uirescunt
saxaque durantur, pinguis se gleba resoluit,
rumpuntur fontes, fluuiis genus arduum unde est:
herbarum uaria consurgunt gramina campis.
  Iamque seges tenera fructum fundebat arista,
cum iuga nulla forent nec uomis nullus aratro,
mugiret nullus proscissis taurus in aruis.
ecce etiam uitis madido iam plena racemo,
expers falcis adhuc et duri nescia ferri,
pampineas celsis texebat collibus umbras.
diuersa exoritur uariarum forma ferarum,
quadripedes animae nec non repentia terris
nascuntur, pictis uolucres per nubila pinnis.
  His ubi perfectis genitor iam diuite mundo
cuncta uidet curam magni deposcere regis,
qui mare, qui terras atque omnia nata gubernet,
quique altum spectet caelum laudetque potenter
munera magna dei, ne sint haec condita frustra:
tunc „Faciamus, ais, hominem.“ dic, optime, cum quo
conloqueris? clarum est: iam tum tibi filius alto
adsidet in solio et terras spectat amicas.
sed „Faciamus, ais, hominem, cui uultus imago
noster erit, manibusque meis procedat in aeuum.“
inde, opifex rerum, adsumis mollia terrae
atque uirum formas, cuius de costa cupito
fit mulier uultu: mulier de costa uiri fit.

99 g^l^eba *B* 100 fl. genus arduum u. e. *Bb* fl. cunctis genus u. e. *m* cunctis genus amnibus u. e. *f* 101 uariis *m* 103 uomis *B* uomer *m* ullus *Weitz.* (*b*?) aratro: *incerta* o *litt. B* aratri *m* 106 expres *B* 108 ferarum: f *ex* m *corr. B* 109 quadrupedes *m* 110 pennis *m* 111 perfectis: is *ex* as *corr. B* 112 magni curam *m* 113 adque *B corr. m* quique *f* gubernat *b* 114 potentis *m* 116 ais *B* eis *b* ait *m* quocum *uel* quicum *Weitz.* 117 Conloqueris *B* Non loqueris *b* Nunc loqueris *m* 118 respectat *m* exspectat (*i.* spectat) *Coustant.* 119 cui *m* cuius *B* 121 adsumis tibi mollia *m* 122 formans *B corr. m* de *B* mox *m* cupido *B corr. m* 123 de *B* nam *m*

quo mage cara uiro et lateri sit coniugis apta.
o felix animal, summi cui dextra tonantis
est pater: o felix nimium, qui ducis olympo
et genus et formam: si te non noxia terrae
decipiant uitia nec blandus subruat error,
numen eris caeloque redux mirabere regna,
quae promissa bonis fido pater exhibet ore.
nam tibi multa deus nascenti contulit ultro:
aetheriam primum faciem uultumque paternum
incessumque pedum rectum, sublimia colla,
ne qua mora in caelum oculis spectantibus esset:
tunc alacres promptasque manus uitaeque ministras,
atque domum diuae pectus rationis et alti
sedem consilii, facundae uocis honorem.
haec soli concessa homini: nam cetera mutum
et pecus obtinuit, uentrem, praecordia, neruos,
uenarum riuos et sparsum corpore sanguem,
<et> iusti laeuique simul sensusque doloris.
tu uero, omnipotens, priuato munere largus
erga hominem manibusque tuis operisque fauore
inpendens, patria pignus pietate colendo,
ne quid diuinis modo desit uultibus, ignem
aetheris inspiras et sacrae mentis opimam
indulges partem permixtus corpore toto.
hinc meminisse licet ueterum, praesentia nosse

124 chara *m* lateri *B* 128 nec] et non *m* 132—137 *initia tantum et exitus uersuum adparent, intermedia abrepta sunt A* 132 aethercam *m* faciem primum *m* 133 sublim^i^a *B* 134 coelos *m* ex^s^pectantibus *B* . . spectantibus *A* 135 manus *Ab* man7 (*i.* manum) *B* 136 adque *B* (*non A*) domumum *B* 137 facundae *p B teste Quesnellio* fecundae *B*, *in A lacuna est*, fundendae *m* 138 mutum *C Barth.* motu *ABb* motum *m* 139 et *p* est *ABb* ut *m* 140 Venarum: a *ex* e *B* sanguem *B* sanguẽ (*et marg.* Nota sanguẽ) *A* sanguen *m* 141 Et iusti *p* Iusti *B* Iustę *A* Iuste *b* leui *ABb* Laetitiaeque sinus duri *m* (*in cod. Sti Victoris sic al. add.*) doloris *bm* dolores *AB* 144 inpendens] *AB* 146 et] set *AB* 147 permiscens *m* toto *b* totam *ABm* 148 Hinc *p cum C Barthio et Weitzio* Tunc *m* Lune *A* Lunę *B* Et *b*? praescientia menti *b*

hinc datur atque animae fas est uentura uidere:
hinc loquimur canimusque deum. hinc sidera cuncta.
terrarumque uiget cultus. pontusque mouetur:
hinc artes nomenque. pudor. prudentia. iustum;
hinc animae surgunt fortes. hinc pergit honestum
et uia quae ducit castos ad limina caeli.
Ergo hominem pleno perfectum munere terris
praeponis. genitor. et rerum tradis habenas:
cuncta habeat subdatque sibi. uice sit genitoris:
telluris dominus. famulus tuus, omnia mundi
possideat. tantum domino tibi seruiat uni.
Postquam primus homo uetito se pascere ligno
non timuit captusque dolis se praebuit angui.
stat reus. et nudus deiecto lumine uestem
inplorans dominumque fugit uultumque recondit.
culpa comes sequitur. peccato obnoxia uita
debilitat uires. caelo uenientia dona.
aethere demissus paulatim deficit ignis.
frigore peccati torpentia corda rigescunt:
cura cibi uentrisque subit et cura tegendi
corporis. et sacrum subeunt mortalia pectus.
Nascitur hinc proles peccati. germinat inde
deterior multo suboles. peiorque priori
progenies sequitur, gradibus ad crimina crescens.
crimina quae stimulis acuunt dementia corda

149 adque *B*   150 hinc quoque sidera *m*   cun^{c}ta *B*   151 po^{n}tus *B*   153 animi *m*   154 et uia] uirtus *m*   156 et rerum] rerum cui *m*   157—165 *sinistra pars uersuum obrepta A*   157 uice sit genitoris *uel* uice sitque regentis *haesitans scripsi p* uices · &q : erog&u · *AB* fieretque *b* uiuatque perennis (*ex Victorini secundis curis*) *m* fiatque perennis *Weitz*   159 possedeat *B*   160 uetitu *AB*   pasceret *A* parceret *B*   161 agui *A*   162 ues/tem *B*   163 inplorans| *B*   fu^{g}it *B*   164 culpas *AB*   165 uires] uirus (*i. ut* uirus) *CBarth*   166 pa^{u}llatim *B*   168 subit et] subibat *m*   170 geminat *AB*   171 multa *A*   soboles multo *m*   prior est *B* (*non A*)   172 ad] per *m*

teque. pater. uariis armant terroribus ultro.
Tum primum uenti coepere incumbere terris,
intempestiuus descendere nubibus imber:
fulmina tum primum caelo deiecta sereno,
horrida tum grando turbatos uerberat agros.
tonitrua altisono infractus murmurat aether.
nec tamen ista malos reuocant: furor impius orbem
obsidet et laxis rabies defertur habenis.
bella placent caedesque simul. periuria. fraudes.
mentirique libet. rapere est amor. abdere furta:
nulla fides populis. nulla est iam ueritas usquam.
Diluuio abluitur terrarum crimen et undis.
uirque unus residet generis populique refector.
189 atque unus. multi per quem data luce renati:
187 arca tegit paucos. castrorum semina seruans.
iam tum uenturi facies monstrata lauacri.
susceptos fido seruans ecclesia partu.
Postquam diluuii cecidit tumor. unda resedit.
ales paciferae folium portauit oliuae.
iam siccis reuolans pinnis dedit omina pacis.
Tum populus surgit melior. tum purior undis
gens hominum. magnos terris paritura nepotes.
inde sacerdotis in caelum dedita corda.

174 armante proribus ultro *AB corr. p* armant *ceteris omissis b m, in Victorino sec. m.* ad fulmina factis *adsuitur:* armant punire periclis *f* 175 uenti coepere *p* uenit opere *ABb* uenienti operas *m* mala coeperunt *f* 176 descendere *ABb* descendit *m* nubis *B* ymber *AB* 179 Et tonitrua *AB* Et tonitru *m* Et *del. p* confractus *m* 180 orbe *AB* 181 obsidit *AB* 182 cedes *AB* simul' *B* 184 umquam *A* usquam (m *suprascr.*) *B* usquam *m* nulla est reuerentia ueri *f* 186 uirque et unus *B* 189 *ante* 187 et 188 *posui p* 189 adque *B* multi *p cum CBarthio* multis *ABm* 188 iam tum] iam iam *m* 190 susceptos *A* susceptor *B* fido *B* fidos *A* ec(c)lesia *B* sed septos seruans ecclesia partim *m* sed septos seruans ecclesia parua tenetur *f* 191 unda] et unda *A* et unde (a *suprascr.*) *B* 192 alis *AB* 193 pennis *m* omina B^2m omnia AB^1 194 melior] maior *f* *uu.* 197—203 *initia tantum restant A*

hinc inter flammas pueri cantare parati.
et puer. inpasti quem non tetigere leones.
tum reges cecinere deum. tum uera prophetis
ora sonant caeli subole splendentia terris.
quamuis cuncta deo seruirent crimine uicto,
attamen antiqui etiamnum gutta ueneni
spargebat populos et erant uestigia fraudis.
quae bonus ablueret doctor melioribus undis.

197 flam///inas *(postea* mas *ex* inas *corr.) B* 198 inpasti| *AB* 199 profe/tis *B* 200 sobole *m* 202 antiqui *Bb* antiquos *m* etiam nunc *m* *post* 204 *sequitur* Proba de Aeptatico *AB*

HILARII DE MARTYRIO MACCABAEORVM.

Maccab. II 6 et 7

Rex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim.
in cuius regno mater natique fuerunt
septem, ut fama refert, de sancta gente creati.
quos cura adsidue generis meminisse iubebat
et legi seruire datae: sic namque uolentes
de populo meliore dei sua iura tenebant.
rex auidus mutare fidem, mutare timorem
iustorum uoluit, populo ut misceret iniquo.
praemia promittit matri, promittit et auri,
et quidquid posset toto conquirere regno,
si modo mutaret mores sensusque priores,
cogeret et natos alios sibi fingere mores.
illa negat tacitumque premit sub corde dolorem.
hanc postquam nulla potuit conpellere praeda,
temptauit primum tormentis uincere saeuis:
pertulit illa graues gemitus et tristia regis
uerbera non timuit. uictum ut se uidit at ille:
„Heu, quid agam," dixit, „uincis quod femina regem?
non tamen effugies: plus est, quod dura dolebis.

INCIPIT HYLARII DE MARTYRIO MACHABEORVM *P (Paris 2772*
Incipiunt uersus hilarii in natalem Machabaeorum mrr. *B (Paris. 8093 cuius selectas aliquot lectiones Beck exscripsit)*
INC V̄ HILARII DE MARTIRIO M̄C *L (Leidensis Q 15)*
Sancti Hilarii uersus in natali Machabeorum martyrum *f (Floriacensis) inscr. om. C (Corbeiensis, cuius selectas tantum hoc loco exhibe[…] lectiones, cum Sichardiano exemplari conlatum infra dabo)*

1 antiocus sirię *L* 3 sca de gte *L* 4 assidue *PL* adsidui *C* egregii [...] uidebat *f* 9 et auri *P* et aurum *Lf* et illis *C* 10 quicquid *libri* conquirere] contingere *L* 14 nullis *Lf* potuit nullis *L* conpellere] corrumpere *L*[...] preda *C* praedo *P* uerbis *Lf* 15 temtauit *C* 16 P̄r̄ȯtullit [...]

in natos saeuibo tuos; licet inproba perstes,
hac certe ratione meum sanabo dolorem."
sustulit illa manus caelumque adspexit in altum;
emisit gemitus et talia uerba locuta est:
„Tu licet et gazas tradas et regna, tyranne,
non capimur regum donis, nec munera sanctis
eripient promissa dei. spes certior illa est,
quae uitam nobis promittit tempore longo:
hanc sequor, hanc didici, non lubrica tangere dona;
sumere diuitias facile est et perdere uitam.
sed licet et flammas post uerbera saeua mineris,
nil mutare potes, quod primis coepimus annis.
uirtute id cum lege data mihi uincere certum est.
quid nunc, saeue, iubes? natis quid, dure, minaris?
hoc solo poteris matrem turbare dolore.
est mihi namque deus spes; est mihi cura meorum,
per quam spero equidem te nullum uincere posse.
caeli, quaeso, faue numen, quia iusta rogamus."
rex furit Antiochus, turbatus corda tumultu
concutit et saeuos testatur lumine uultus,
miraturque diu, possit quod femina tantum.
„Pare, age, miles!" ait: „regi quoque pare, minister!
uos famuli parete mihi! date digna furenti
femineo tormenta malo; seruire furentem
femina me cogit: quod plus est, femina uincit
regis iussa sui! sed non inpune locuta est:

20 inproba] *C* pertes *P* 21 ratione *meum*: *m al. in ras. P* satiabo *f* 22 sustullit *C* aspexit ω 23 loquta *P* 24 ga/zas (z *ante* z *eraso*) *P* tiranne *L* 27 t^e^mpore *P* 28 non *CP* nam *Lf* lubrica] lubscit *B* 30 uerbera *C P pr. m. in marg.*, uulnera *PLf* 31 potes *Pf* potest *CL* annis *ex* armis *ut uid. P* 32 mihi] ni *L* 33 quid *post* natis] quod *CB* dire *L* 35 . . pes *B* 36 tep^n^ullum (n *rec. ss.*) *P* 37 quaeso] tu *f* nu^o^m̃ *L* quia] id quia *f* 38 antiocus *L* 39 Non tulit *f* 41 parea gemiles *P* 42 furenti : i *ex* e *pr. P* 43 seruire] secure *L* saeuire *f* 45 iura *L* suis et *C* inpune] *C*

membratim perdam septem quot perfida natos
intra se retinet: quorum qui primus habetur.
hic primus pereat: perdas sic ordine cunctos,
cratibus inpositos subiectis urere flammis
cernat ut ipsa suos mater nunc aspera natos.
poena autem manet haec; celeres decet esse ministros."
  Interea fecunda parens iam crine soluto
stabat et. hortanti similis, iam pectore nudo
ubera protendens, natorum alimenta suorum,
non confusa aperit, natumque ut uidit ad ignem
constantique gradu fortem procedere. dixit:
„Tu mea progenies, tu primus respice matrem.
tu certe meus es: nunc nostri, nate, memento!
te primum peperi, tu nunc imitare parentem:
sume meos mores et regem uince tacendo.
tu poteris durare diu, si tempora uinces:
perfida ne superet sanctos uiolentia regis,
utere consilio matris, nec damna timebis.
fortior esto aere saxoque potentior ipso:
ingredere ut iuuenis, patienter uince dolores."
  Ille modo ad matrem uultus, modo tollit in altum,
dumque tacet tacitusque rogat, quem debet, et orat.
non sensit rapidos subiectis cratibus ignes.
corpus inane fluit: mater gauisa dolore est.
et dixit: „Vici: uincam sic saepius. oro;
duret natorum uirtus incognita regi,
sed iam nota deo, populi qui pectora nouit."
  Finierat primi partus fecunda dolorem,

46 quot *p* quod *P* quos *Lf* nam *C* 48 perdas] perdat *C* perdam *f* *uu.* 49 *et* 50 *desunt f* 49 inpositos] *C* subiectos *CB* urure *P* 50 ipsas nos *C* 52 foecunda *P* 54 protendens *Cf* p[r]otendens *P* portendens *LB* 59 tu nunc] tunc *B* nunc nunc *f* 60 summe *P* 61 tempora[e]: e *rec. m. ss. P* 64 soxo *P* 67 et orat] timetque *f* 68 consensit *B* conscendit *f* 69 gauisa *C* grauis a (r *recentissima m. deletum*) *P* grauis ipsa resultat *Lf* 70 uincam] inuicta *f* 73 foecunda *P* dolorem *CPL* laborem *f*

sed remanente metu pro pluribus anxia mater:
dissimulatque tamen, ne regem gaudia tangant.
rex stupet Antiochus nec credit posse sequentes
poenae tale genus simili peruincere sensu.
coepta iubet peragi: mater non territa mansit:
sed tamen ut uidit pallentem adsistere natum.
haec secum uoluens aliqua iam parte leuatur:
„Ecce secunda mihi partus producitur aetas:
quam similis fratris formae! si pectore duras
et sequeris primi partus uestigia nostri.
esse meus poteris: poteris reparare salutem,
quam iam frater habet, matris praecepta secutus.
pone metus, regisque minas contemne furentes
regnaque, quis cursim labentia tempora dantur.
non poterit post ista tibi rex iste nocere:
sed poteris post haec tu regi, nate, nocere.
temporis ecce leuis conscendere cogeris ignes!
uirtutis locus est: languentem pone timorem:
esto memor nostri generis, si sensus inhaeret.
hic qui sceptra tenet, regno qui saeuit, in isto
tempus inane agitat regno, uitaque carebit
damnatusque nocens aeternos sentiet ignes:
tu securus eris, turba comitante piorum.
adspice nate meos uultus et suspice caelum
auctoremque deum, per quem tibi uita paratur.
fac melius, fratrisque tui uestigia calca:
non quod iste iubet, sed quod deus imperat. audi."
sicut erat monitus matrem caelumque uidere.

74 sed manente *L* 76 antiocus *L* credit *PLf* redit *B* credat *C* posse *C* *idem in P rec. ss.*, ipse *PBf* forte *L* 77 sensui *pr. ss. L* 78 peragit *P*[1] 79 adsistere] *C* 81 seđa *L* quam] qa *B* 84 reperire *f* 85 precepta *CP* 86 contempne *CL* *u.* 89 *deest C* nate *L* (o *ss.*) 91 Sed uirtute opus est *f* 92 Sume mores nostri (*i.* Si memor es n.) *C* Esto memor nostri *ceteri* 94 mane *B* agitat *P* cogit *C* putat *Lf* uita regnoque *L* 96 priorum *B* 97 aspice ω meus *L* 99 fac *PL* hac *CBf* melior *C* 100 non] neue *f*

constitit atque hilari uultu contemnere regem
coepit et, ut ridens, ardentes inruit ignes
conlapsusque iacens anima superante quieuit.
mater ut hoc uidit, rigido sic ore locuta est:
„Felix parte aliqua sum: iamiam non potes omnes,
saeue tyranne, meos cruciando uincere natos.
te grauior mox poena manet, crudelis, inique;
quam patiere breui: deus haec namque omnia cernit.“
Iam duo securi contempto rege manebant.
spes melior iam matris erat: iam tertius instat
ecce locus poenae: si poena est uincere regem,
et seruire deo: laus est, non poena furentis.
tertius adtrahitur iuuenis frendente tyranno,
qui nondum satiatus erat: furor intus et ira
saeuibant pariter, quod fortia pectora fratrum
uiderat inpauide regis superasse furorem.
constitit ante pedes iuuenis florentibus annis,
egregius forma, dignus qui regna teneret,
dignior Antiocho, et sic meliora secutus
regna, uolente deo. mater cui talia fatur:
„Accipe, nate, tuae securus dicta parentis:
accipe, ne segnis perdas uirtutis honores.
sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes,
iam meliore loco, quam regna labentia regis.
quorum si proprios attingis pectore sensus,
uictor apud populos regem superasse fereris,
sicut fama tuos iam misit in omnia fratres.
his accede, precor: sunt haec aptissima dona

102 contempnere *CL* 103 inru t] *CP* 106 sum iam iam] iam sum iam *f* potis *f* 107 cremando *f* 108 te] et *L* pena *P* 109 breue *P* deus] dicitur *P* namque haec *f* 112 si päenę ÷ *L* 114 adtrahitur] *Cf* tiranno *L* 117 inpauide] *CPL* 120 antioco *C* antioco *L* anthicho *P* et sic] uerum *f* 123 ne] nec *f* signis *C* segnis *ex* segnes *(pr. corr?)* *P* 124 fratris *B* 125 iam] item *B* labentia *PLf* dabentia *C* labantia *Beck* Tuque loco meliori q. l. regna *f* 126 si *C* tu *Lf om.* *P* attingas *L* 127 fereris *P* ferentes *f* 128 fama : fa *ex* fo *pr. corr.* *P* fratris *B*

contempsisse nefas et iura relinquere regis
indomiti, quem nulla manet post ista uoluptas."
at iuuenis tacito mittebat murmure uoces:
oranti similis palmas tendebat in altum
subnixoque genu matris pendebat in ore,
qua licet adspectu corpus cui turba premebat.
qui simul admonitus cratem conscendit, in igne
intrepidus certaque fide sua membra locauit.
conciderunt flammae tepida remanente fauilla
corpusque inlaesum tellus adaperta recepit.
sancta quoque ad superos anima inuiolata recessit.
at mater dubitans, gemitus an gaudia sumat,
haesitat et querulo sic est sermone locuta:
„Quid nunc, dire, paras? iussis parebimus omnes,
sed numera partus, custos ne subtrahat ullum!
ac, licet ipse uelis, non sum passura, tyranne,
ut non isto omnes pereant certamine nati.
temporis ista tui, mutes licet, horrida poena est
duraque damnatis eadem sententia natis.
si grauiora putas, si sunt grauiora, minare!
quodque meos cernis uultus, horrore teneris?
gaudemus pariter, quotiens decernis in istos."
Ardet at ipse magis rabida rex concitus ira
temptarique putat, ne, sicut cetera fratrum
turba, ferat poenas, matremque hoc quaerere sentit.
durat in exitium, quartumque addicere natum
poenae mox uoluit; lassati namque ministri
nec regis furias, nec regem ferre ualebant.

134 in] in (ab ss.) *L* ab *f* 135 qua *CP* quam *L* cui *f* aspectu *P* aspectum *C* aspectus *Lf* cui turba *PL* quia turba *C* non ipsa *f* 136 ammonitus *CL* igne *L* 137 intepidus *f* menbra *P* 138 conciderunt *P* considerant *C* conduntur *Lf* flamine trepida r. famılla *f* 139 inlaesum] *CP* recepit] reliquit *L* 140 recęssit *P* 141 guadia (au *pr. ss.*) *P* 144 numero *Bf* 145 tiranne *L* 149 minari *C* 151 desaeuis *f* 152 at] ad *P* ipsae *B* 154 ferant *f* querere *CPf* 155 addicere *PLf* adducere *C* 156 poene *P* poenę *Lf* pene *C* 157 regis] regi *P*

pro pudor! erubuit uultus ostendere matri
natus et attonita mente confundere coepit.
hunc postquam stantem submisso lumine uidit.
talibus adgreditur dictis monitura timentem:
„Quartus es a primo partus mihi, quartus et infans.
quae nunc uerba tibi. quae possum dicere. nate,
hoc nisi. quod solum durata potentia tecum
sit simul et uirtus sanctaeque ⟨et⟩ originis auctor?
illi debemus. regi quodcumque negamus;
ille dedit nobis Abraham cum semine sancto.
per quem nobilitas. per quem genus omne probatur.
quod manet in domino sanctum; quia nascitur Isac
tunc. cum iam nullum natum sperare senectus
sponte sua poterat. sterilis quia Sarra manebat.
illa tamen peperit. generisque propagine coepta
ex insperato remanent tibi. Sarra. nepotes.
Esau et patria deductus origine Iacob.
quos scimus partu geminos peperisse Rebeccam.
hinc sumus, hinc morimur; genus hoc tibi. nate, petendum est.
tu tibi pande uiam genitori[que] ac cede priorum.
quorum progenies totum dispersa per orbem
inuidiam patitur. dominum quia sola potentem
mente colit. mixta nec turbae accedit iniquae.
quid tibi cum tristi uultu? quid lumina terra
fixa tenes? caelum potius caelique parentem
conspice! ne dubita. mater tibi prospera monstrat.

159 attonita *CLBf* attonitam *P* coepit confundere mente *L* 160 summisso *CL* 161 adgreditur] *CL* 162 a primo] a trino *f* 164 dura[ta] *L* 165 et *add. p om. libri* orig. auctor] propaganis ortum *f* 168 Per quam *P* 169 qui nascitur Isac *desunt spatio relicto L* quia *p* qui *C* cum *f* enim *PB* isaac *C* illi *f* 170 tunc *CLb* tum *P* 172 ille *L* tamen] que cum *f* cepta *P* septa *f* 173 ex insperate *L* 175 quoscimus *L* 176 hinc morimur *PLf* hinc corimur *C* hinc orimur *Sichardus* 177 genitori *PLf* generis *C* que *om. f* accede ω *corr. p* 180 mixta *PLf* mixte *C* 181 terra *p* terrae *Cf* terram *PLB* 183 dubites *f* mostrat *P*

quidquid inest. patienter adi; comitare ualenter
turbam. nate. meam numerumque hortare sequentem."
sic dilecta parens. luctus et gaudia miscens.
finierat claros monitus: tum luminis orbes
ipse leuat matremque oculis intendere coepit.
nil iam triste gerens habitu uultuque fatetur
se timuisse nihil nisi tristia uulnera matris
per partus diuisa suos. sicque ipse tenentum
elapsus manibus cursu contendit in ignes.
mira loquar: non flamma comas. non contigit ora;
corpus ut exanimum flammas superarat et ignes,
ore patente. tamen tacito. qua spiritus iret.
unde acceptus erat, pariter cum sanguine fugit.
hoc ipso gauisa parens. quod, qui modo tristi
constiterat uultu. fretus mox pectore toto
paruerit monitis et regis tempserit iras.
sic est orsa tamen. cum rex dubitaret in illos.
qui superant. gemitusque darent pia turba ministris,
regem execrantes. tacito sermone querentes:
"Protrahe: quid dubitas? nulli iam parcere debes.
nec potes. ut cupias: decretum rumpere noli.
appello regem. totum qui temperat orbem.
cui mare. cui caelum. caeli cui sidera parent.
quod. nisi producis. timor est. iam segniter haeres.
iam sentis. quae regna petat. quae gloria nobis
parte in utraque manet. si iam tu parcere nolis.

184 quicquid *libri* inest *PLBf* id est *C* adi] et ad *L* ad *B* pat.adi] patiens porta ac *f* 187 tum] tam *B* cum *f* 189 gere^n s *P* 190 nichil *B* 191 ipsa *CB* tenent eum *P* 193 flamma comas *C* flammam (*om.* comas) *PL* flamma illius *f* 194 exanimum *P* exanime *CLf* flammam *f* *om.* *L* : *lacuna tamen non ante sed post* superarat *est in L* 195 tacito] cito *L* qua] quia *L* 197 triste *L*[1] 201 darent *P* daret *CLf* ministris *CLB* ministri *f* 202 execrantes] l' exerrantes *pr. ss. L* requirentes *P* requir̄ *L* 205 apello *L* 207 est^ia (*litt.* n *eraso*) *L* segniter: s *ex* c *corr. L* sequitur *f* er:ns *P* heres *f* 208 petant *f* 209 Iam parte ex u. m. si p. n. *f*

nam quoscumque tuo iussisti excedere regno
saeuitia comitante, tuum uicere furorem,
nempe tuum, laetique manent in sede piorum.
forsitan hoc mortem credas, furiose tyranne?
uita est longa magis regnoque potentior isto,
quod regis et cuius extrema in parte moraris.
hos quoque si metuis, superant aetate minores,
contemptaque simul uici tua regna, superbe:
sed perage imperium nec partus diuide nostros:
hos quoque da flammis et uiribus utere regni.
mortalis tamen es, nec in aeuum regna tenebis!"
  Concipit Antiochus furias, saeuusque tyrannus
aestuat et gemitus inter sua pectora uoluit.
consentit cum mente dolor tristisque grauatos
attollit uultus et talia uerba profatur:
„Haec tua libertas et dura potentia linguae
atque hic, quem tumida portas ceruice rigorem,
sentiet, irati regis quid tempora possint.
si nondum es satiata malis et fingere temptas
laetitiam luctusque tuos in gaudia uertis:
non mutabo necem: gaude, laetare, triumpha,
dummodo sic uincas, ut sis suprema tuorum —
sic furiosa animis natorum funere gaudet?
hos quoque do flammis: hoc nec mutare potestas
ulla potest: decreta manent — laetare superstes,
natis orba tuis, et ne mea iussa morentur,
ordo suos pergat cursus. producite natum.

210 tuo| tuos *L* 211 Saeuitia comitante| Per stabiles fortesque *L* Saeuuitia *P* seu uitio *f* 213 forsitant *P* tyramne *P* tiranne *L* 216 hos| nos *B* si metuis s. aet.] funestus s. qui aetate *f* 217 et contempta simul *L* hi contempta etiam uincent *f* 219 et uir.] et *om.* *f* 220 euum *CP* regnante nobis *P* 221 antiochus: i *ex* h *ras. corr.* *P* antiocus *L* tirannus *L* 227 tempora *P* tempore *CB* sententia *L* uerbera *f* possit *L* 228 es *C* est *PLf* satiata| uitiata *L* 229 laeticiam *CB* luctus| uultus *L* uertas *L*[1] 230 muta bene esse *f* 232 natos *f* funere *ex* munere (e *post* r *in ras.*) *L* gaudet *PLBf* gaudes *C* 236 pergat| peragat *Sichardus* (*L*? *f*?) natus *B*

ne uani pereant ignes dubiusue uideri
rex possit. certe timor est mihi femina nullus."
Praecipuus de gente tua produceris. ore
et specie mirande puer, cui pectore uirtus
firma manet, iamque hunc poteras uel uincere regem,
ad quem sic placido mater sermone locuta est:
„Si dare conplexus matri tibi, nate, liceret,
confiteor, soli post uulnera, nate, dedissem:
sed me dura uetat tristisque potentia regis.
deneget amplexus, dum sit uox libera nobis
et liceat meminisse dei legemque tenere,
non a rege datam, sed quam deus arbiter orbis
tradidit et mundi rector, Mosesque petitam
accepit populoque dedit. cui maxima laus est
nosse deum, meritum cui nos debemus honorem.
tu modo ne dubites monitis parere parentis.
sit uigor et uirtus, penitusque in pectore toto
mens maneat iam plena deo: sit fortior aetas,
quam regem sperare fuit superare iubentem.
o quanta est uirtus, quanta est fiducia forti!
sed iam ne dubites medias peruincere flammas:
uictor eris, mihi crede puer, uictorque redibis.
ossibus et ualidis miscebunt corpora nerui,
seruatas animas iterum in noua uiscera reddent.
sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis,
fratrum sume animos aeternumque inuoca numen."
iussa facit tacitusque deum testatur et orat
murmure, quo poterat. puerum non impedit aetas,
non timuit cratem expositam. matrique uolenti

237 ue| ne *f* uidere *C* (*L*? *f*?) 238 perduceris *B* 241 hinc *f* 243 conplexus| *C* 246 deneget *p* denegat ω sed neget *Fabricius* 247 meminisse: ni *ex* ne *pr. P* 248 datam *C* (*L*? *f*?) data ÷ *P* 249 moyses *f* 255 regi *C* regem *PLf* 257 peruicere *f* 258 mi *f* crede//// *P* 259 ua^li^dis *P* miscebant *f* nerui *PBLf* neruus *C* 262 summe *P* que inuoca| exposcito *L* numen *L* nomen *CPBf*

paruit et dicto citius super inruit ignes.
cesserunt flammae. cessit dolor omnis et una
corpus et ignis erat: corpus superauerat ignem.
spiritus ante tamen placidas superauerat auras.
laeta dolet tacite mater. pressoque dolore
tristitiam luctusque suos in gaudia uertit.
Interea trepidat et curas corde uolutat.
non de praeteritis. sed de puerilibus annis:
qui superant, ne forte negent; ne forte timorem
concipiant animo. regique accendere malint.
quo minor est aetas, maior metus; anxia secum
ducit heu curas: et iam spes ac timor una
luctantur matrisque piae per uiscera currunt.
spes tamen est maior. natum ut procedere uidit.
et procul exultans: „Video. quid possit in isto
spes conferre mihi; uultus agnoscere nostros
debet et hic. fratrum numero parere suorum.
forsitan hunc solum puerilia pectora tangant
indigneque ferat. quod sic uelut hostia detur.
adloquar et paucis conabor dicere uerbis.
sit memor ut potius generis. quam temporis huius.
„Si te nobilitas. generis si tangit origo.
respice. nate. tuos, Israhel quoque respice. nate.
noli annos numerare tuos. puer; incipe forti
pectore ferre deum. tradent hoc saecula saeclis.
quod tua det fortis aetas exempla futuris
temporibus. da. nate. precor. quodque amplius hoc est:
cogita. quae fugias et quam meliora petantur.
non te sollicitet stolidi fallacia regis

266 inruit] *C* 270 tacitæ *P*[1] pressosque *P* 271 tristiam *P* luctus *bis scr. P*[1] 273 preteritis *CB* pueribus *P* 275 *i. „sed ut malint regi accendere timorem.“* accedere *Fabricius* 276 et quo quis minor est *f* 277 eu *P* heu *h. l. disyllabon,* eheu *Beck* 279 maior *p* melior *C om. PLf* 283 fonsitan *P* solium *f* 285 adloquar] *C* 292 donate *Cf* quodque *p* quoque *C* que quod *PLf* 293 cogita] conice *L*

sed crescant istaec nunc in contraria." uictor
spiritus extinxit flammas; sic deinde uocatum,
quod dederat, corpus tellus adaperta recepit,
sanctaque, quae superest, anima inuiolata recessit.
  Quamuis lassa parens perque et sua uulnera uictrix
procidit in faciem pariter manibusque supinis
has habuit uoces et talia uerba locuta est:
„Qui tenes imperium caeli terraeque marisque,
sidera qui caelo, qui das animalia terris,
aequoribus pisces, auibus qui temperas auras:
ad te, magne, meae mentis fiducia surgit,
qui chaos inmensum, caeca caligine mixtum,
diuidis in partes et das noctemque diemque,
lunamque ac solem, uario quos tempore semper
nocte dieque iubes lumen praebere per orbem,
post haec das hominem, cuius de semine mundi
conpletur mortale genus, cui lingua loquescit
dissona per gentes: sapor est tamen omnibus unus.
sed quid mutarit meritumque hominumque loquellas,
longa referre mora est: coeptis insistere certum est.
te mare diuisum uirga tenuisse fatemur,
dum pede per siccum populus transcenderet aequor,
Aegypti fugiens mortes regemque Pharaon,
qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat,
quem tua maiestas Mose duce transtulit amne
seruatumque tua tutum uirtute diremit.
terra dabat fructus, quos te cogente ferebat.

295 sic crescens *f* istaec *BL* ista,ec (h *eraso*) *P* ista *C* iste *f* 297 dederat *C* (*litt.* derat *in ras. al.*), *Lf* derat *P* 299 ui (ctrix *om. cum spatio uacuo*) *L* 301 loquta *B* 302 Tenes qui *L* cẹlique *Lf* 304 temporis *f* 306 chaus *P* cahos *L* inmensum] *PL* 307 diuidis *Lf* diuides *C* diues *P* 308 ad solem *f* 309 praeuere *ut uidetur P* 311 conpletur] *C* loquescit *PL* loquessit *f* liquiscit *C* liquescit *B* 313 loquellas] *P* 314 refere *P* 316 per sicum *P* 317 aegipti *L* montes *f* 319 magestas *P* amne *PLBf* amnem *C* 321 serebat *B*[1]

et sitis ad requiem quaesita est lympha latebris.
umor erat nullus: cuncti clamore querentes
poscebant Mosen, daret ut sitientibus undas.
ad quos ille breui sic est sermone locutus:
„Credite posse deum, quidquid petieritis illum,
qui potis est uirga hac amnem defundere saxo,
ut ueniant fontes tota regione negati."
percussitque simul: dicto uelocius omni
emisit saxum fontes dulcedine prima.
confiteor, totus cum sit tibi debitor orbis,
tu, quidquid possunt gentes, potes omnia solus,
et quod non capiunt gentes, capis omnia solus.
tu mortale genus curis onerasque leuasque:
te precor attonita mente confirma timentem,
ne desit fratrum numero meus infimus infans
ignarusque sui: quem iam procul ecce teneri
conspicio turba circumueniente frequenti.
hunc propter solum lacrimas mihi commouet aetas:
unus enim superest, de quo mihi maxima cura est,
ne tener ignoret, qua sit de gente creatus.
hunc ego si possem secreto adprendere solum,
blandirer, patriumque genus patriamque docerem:
si quaecumque tamen potero, solacia mittam.
„Parue puer, tenerisque tuis mihi carior annis —
carior es regno, uita quoque carior ipsa —
tu potes in totum uictricem reddere matrem.

322 quesitas lympha *C* quaesita limpha *L* 323 umor *C* humor *PLf* 324 moysen *Cf* daret ut] daretur *P* dare (tur *uel* t ut *om.*) *C* 325 loqutus *B* 326 quicquid *libri* petieritis *C* petentis *PB*[1] petetis *B*[2] *f* peteretis *Beck* rogitatis *L* poscetis *Ioh. a Bosco* illum *Sichardus* ab illo ω *cf Rönsch p. 375 et 441* 327 hanc uirgam *C* uirgā hāc *Lf* defundere *Cf* defendere *PLB* diffindere *Sichardus* 329 am̄i *L ut uid.* 332 quidquid] *C* 333 *deest in L* 334 curis *PLf* curas *C om. B* honeras *B* 339 lacrimis (a *supra* i) *B* 340 michi *B* 342 Nē *L* adprendere *L* adprehendere *C* apprehendere *PBf* 343 doceres *B* 344 si] sed *f* solacia] *CB* 345 annisunt *P* Karior *L* 346 es] est *PB*

tu. finis partus finisque future malorum,
si te cura mei tangit. si matris honorem
mente pia retines: quamuis sis carus et infans.
hoc magis aure auida dictis adtende parentis.
primum disce. puer, quid sis post ista futurus.
si patiens fueris; quod te mihi. care. futurum
facta docent. fratrum sanctorum in parte manebis
et requie securus eris. dum saecula cursus
saeua suos peragunt. finito tempore longo
hanc lucem repetens aeternaque regna uidebis.
non maculata malis. sed erit concordia sanctis:
nec morti locus ullus erit. nec bella citatis
committentur equis. sed pax aeterna manebit.
matri crede tuae. quae te cupit esse salutis.
heu mihi. cur tristi uultu mea dicta repellis?
quid refugis? miserere mei, miserere tuique!
si liceat. prior ire uelim: uetat ecce! sed ibo
tunc. cum uictorem te uidero. nate, malorum.
quid sperare iubes? solus mea dicta moraris.
solus adhuc etiam reuocas mihi. nate. dolorem.
adnuis. an damnas et me fratresque genusque?
quod ne forte uelis. oro te et deprecor. audi!
his ego te paruum nutriui. nate. papillis.
his precor. et lacrimas te propter. nate. profundo,
ne remanere uelis: remanebis solus et orbus:
non tibi iam frater est ullus. solacia uitae
quis dabit? heu solus matrem confundere temptas
et genus et patriam. si talia dicta recusas.
o quanto melius uitam seruabis in aeuum.

348 future *Pf* futurę *C* futura *Lb* 350 carus *CPL om. Bf* 351 adtende] *CPL* 353 te *om. cum lacuna parua Bf* tu *L* 355 securis *P* 356 seua *CL* 357 repetes *Fabricius, f* 358 sed erit conc.] nusquam contraria *f* 359 locos *P* 360 commitentur *P* comitentur *B* commiscentur *f* sedet *f* 361 saluum quae te cupit esse *f* 365 tunc] hc *L* 367 mi *f* 368 adnuis] *P* me *om. B* fratris *CB* 371 has etiam lachrymas *f* 372 urbus *P* 373 frater est ullus] fr̄ super est (s. ullus ss.) *L* solacia] *CP*

si facis ante deum, quidquid fecere priores!
audenter depone metus, depone timorem,
concipe mente deum: uires dabit ille uiriles."
haec dum mater agit, puer ad praecepta parentis
respicit, et solum ut se uidet esse relictum,
sustulit in caelum uultus palmasque supinas,
et sic uoce petens aeternum numen adorat:
quem secum sensu pariter nutuque rogabat,
uinceret ut regem, saeuos ut uinceret ignes.
atque ita non segnis, nec pro puerilibus annis
prosilit intrepidus, medios delapsus in ignes,
et pugnat uictor, donec remearet in altum
spiritus et fratrum peteret secreta priorum.
  Dum puer ista gerit, soluerunt gaudia matrem:
iamque ut erat lassata malis, iam uoce negata
spirat ouans; interque manus conlapsa suorum
concidit exanimis resolutaque membra quierunt.
sic ipsa et nati sanctorum in parte recepta est.

377 quidquid] *C* 380 precepta *CP* 381 ut] cum *f* 388 et pugna *P* expugnat *f* 389 p[r]iorum *L* 393 menbra *P* 394 ipsa et] ipsas *f*

EXPLICIT HYLARI DE MACHABEIS OPVSCVLVM TERTVLIANI DE EXCIDIO SODOMĘ ET NINIVE :: *P*
Expliciunt uersus S. Hilarii in Natali Machabeorum Martyrum *f* (S. *om.* *et* in Machabeis *b*) *Subscr. deest L*

Eiusdem carminis interpolatum exemplar.

MARII VICTORINI AFRI,

VIRI CONSVLARIS. DE MACHABAEIS ERVDITISSIMVM CARMEN.

[PRIMVM EDIDIT IOANNES SICHARDVS.]

Rex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim.
in cuius regno mater natique fuisse
septem. ut fama refert, de sancta gente creati:
quos cura assiduo generis meminisse iubebat.
et legi seruire datae: sic nanque uolentes
de populo meliore dei sua iura tenebant.
rex auidus mutare fidem, mutare timorem
uoluit, et ut populo pariter misceret iniquo
praemia promittit matri, promittit et illis.
et quicquid posset totum perquirere regnum.
si demutaret mentes, sensusque priores,
cogeret et natos alios sibi fingere mores.
illa negat, tacitumque premit sub corde dolorem.
hanc postquam nulla potuit compellere praeda.
tentauit primum tormentis uincere saeuis.
pertulit illa tamen gemitus, et tristia regis
uerbera non timuit. uictum se uidit ut ille,
heu quid agam. dixit: uincor. quid plura? dolendo,
non tamen effugies, plus est quod plura dolebis,
in natos saeuibo tuos, licet improba perstes,

GFabricii: 4 assidui 5 namque

C (= *Corbeiensis*): *inscriptio deest* 2 fuissent 4 adsidui 5 legis 8 et ut] ut 9 promitti 10 possit conquirere 11 Si modo mutaret 14 conpellere 15 temtauit 16 ℘ṙọtullit tristicia 17 at ille 18 uinci quod plorando 19 effugie 20 inproba

hac certe ratione meum sanabo dolorem.
Sustulit illa manus. caelumque inspexit in altum
emisit gemitus. et talia uerba loquuta est:
tu licet et gazas tradas. et regna tyranne.
non capimur regum donis. nec munera sanctis
eripient promissa dei: spes certior illa est.
quae uitam nobis promittit tempore longo:
hanc sequor, hanc didici: non lubrica tangere regna.
sumere diuitias facile est. et perdere uitam.
sed licet et flammas post uerbera saeua mineris,
nil mutare potes: primis accepimus annis
uirtutem cum lege datam: mihi linquere certum est
quicquid saeue iubes. natis quod nunc dominaris,
hoc solum poteris. matrem turbare timore.
est mihi nanque deus spes, est mihi certa meorum,
per quem iam sperem te nullum uincere posse.
*coelum faue. coelique parens. te iusta rogamus.
rex furit Antiochus. turbataque corda tumebant,
concutit et saeuos testatus lumine uultus.
miraturque diu possit quod foemina tantum.
*miles, ait. pare regi. quoque pare satelles.
uos famuli parete mihi. date regna furenti
foemineo tormenta malo. saeuire furentem
foemina me cogit. quod plus est. foemina uincit
regis iussa sui. sed non impune locuta est.
membratim pereat: septem nam perfida natos
intra regna tenet. quorum qui primus habetur,
hic primus pereat: pereant sic ordine cuncti.

23 emittens locuta 30 ministres 33 quod dura minaris 37 Coelum *om.* 41 quoque pare| pareque 42 data

22 sustullit 23 emisit locuta 24 licet et| et *om.* 25 capiamur neç 28 lubricata genere 29 et *om.* 30 saeue 31 nihil potest accipimus 32 uirtute data 33 quidquid quod dominaris 34 timorem 35 cora 37 te *om.* 38 fuit testatur tumebant] tumultv. (v *al in ras.*, o *pr. m.*) 41 pare miles ait 43 seruire 45 suis et inpune 46 pereant 48 pereat perdat cunctos

cratibus impositos subiectis urere flammis
cernat ut ipsa suos. sic cernat aspera natos
poena aut quem maneat. celeres decet esse ministros.
  Interea foecunda parens iam crine soluta
astitit hortanti similis. iam pectore nudo
ubera protendens. natorum alimenta suorum:
non confusa stetit. natumque ut uidit ad ignes
inconstante gradu timidum procedere. dixit:
tu mea progenies, tu prima. respice matrem.
tu nunc certe meus. me iam tu nate memento.
te primum peperi. tu nunc imitare parentem.
sume meos mores. et regem uince tacendo
tu poteris durare diu: sic tempora uinces
perfida. ne superet sanctos uiolentia Regis.
utere consilio. Regis ne damna timete.
fortior est isto saxoque potentior ipso:
ingredere ut iuuenis. patienter uince dolorem.
  Ille modo ad matrem uultus. modo tollit in altum.
dumque tacet. tacitusque rogat quem debet, et orat.
non sensit rapidos subiectos cratibus ignes.
corpus inane fuit. mater gauisa dolore est.
et dixit: Vici, uincam si saepius orem.
duret natorum uirtus incognita Regi.
sed iam nota deo. populi qui pectora nouit.
  Finierat primi partus foecunda dolorem.
sed remanente metu pro pluribus anxia mater.
dissimulatque tamen. ne Regem gaudia tangant.
rex stupet Antiochus. nec credit posse sequentes

50 cernat ut aspera   52 soluto   55 in ignes   57 primus   58 me iam | matris   61 tu] tum

49 Gratibus inpositos subiectos   50 ipsas uos sic aspera (cernat *post* sic *om.*)   51 Poe autquem manet   53 Stabat et hortanti pectore   55 ignes: e *ex* i   57 prima me r. matre   58 nunc *om.* me iam tu n.] nuncet me n.   60 meos] metis   61 uincis   62 super et   63 consilium dampna timeto   64 est isto] es certe   65 iuuenes   67 tacit quem] que   68 subiectos] subtus gratibus   71 regni   72 nostra deo   76 credat sequens

poenae tale genus simile peruincere natos.
coepta iubet peragi. mater non territa mansit.
sed tamen ut uidit pallentem assistere natum.
haec secum uoluens. aliqua iam parte leuata:
ecce secunda mihi partus producitur aetas.
quam similis fratri formoso pectore. dura
si sequeris primi partus uestigia nostri
esse meus poteris. et sic reparare salutem.
quam iam frater habet. matris praecepta secutus.
pone metus. Regisque minas contemne furentis.
regnaque quaeque paruula habentia tempora dantur. *
non poterit post ista tibi Rex iste nocere.
temporis ecce leuis accensus cogitur ignis
uirtutis locus est. languentem pone timorem.
sume mores nostri generis si sensus inhaeret.
hic qui sceptra tenet. regno qui saeuit in isto.
tempus inane cogit. regnum uitamque creauit.
damnarique nocens aeternos sentiet ignes.
tu securus eris. turba comitante piorum.
accipe nate meos uultus. et respice coelum.
autoremque deum per quem tibi uita paratur
hac melior. fratrisque tui uestigia calca.
non quod Rex iubet. sed quod deus imperat audi.
sicut erat monitus matrem coelumque uideret.
constitit. atque hilari uultu contemnere Regem
coepit. et ut ridens ardentes irruit ignes.
collapsusque iacens anima superante quieuit.
mater ut hoc uidit rigido sic ore locuta est:

87 quae paruo latitantia tempore 91 mores] animos 93 cogit regit creauit] cremare 97 auctorem 99 iussit 100 uidere

79 adsistere 80 aliquid 82 formosi pectoris duras 83 si] et 84 et sic. rep.] si parere 86 contempne furentes 87 regna que ḡ. paruola habentia (tia *in ras.*) tempore 88 rex isti: i *ex* e *rasura superioris uersus* 89 accendere cogeres ignes 91 inherit 94 dampnari aeternus s. ignis 96 nateș 97 auctorem 100 acelumque 101 adque helari contempnere 102 et ut] ut inruit ignis 103 conlapsus

felix parte aliqua. cum iam uis. nec potes omnes
saeue tyranne meos trucidando uincere natos.
te grauior nunc poena manet. crudelis. in igne
quam patiere breui: deus hic nanque omnia cernit.
iam duo securi contempto Rege manebant.
spes melior iam matris erat. iam tertius instat
ecce locus poenae. si poena est uincere Regem.
et seruire deo. laus est non poena furentis.
tertius attrahitur iuuenis iubente tyranno.
qui nondum sanatus erat furor intus et ira
saeuibat pariter. quod fortia pectora fratrum
uiderat impauidi Regis superasse furorem.
constitit ante pedes iuuenis florentibus annis
egregius forma. dignus qui regna teneret
dignior Antiocho. et sic meliora secutus
regna uolente deo. Mater cui talia fatur:
accipe nate tuae securus dicta parentis.
accipe. ne segnis reddas uirtutis honorem.
sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes.
iam locus est melior. quam regna labentia Regis.
quorum si proprios attingis pectore sensus
uictor apud populos Regem superasse fereris.
sicut fama tuos iam misit in omnia fratres:
huc accede precor. sunt haec. sunt apta dolenti
contempsisse nefas. et iura relinquere Regis
indomiti. quem nulla manet post ista uoluptas.
At iuuenis tacito mittebat murmure uocem

113 iubente| mandante 114 satiatus 115 saeuibant 118 dignus| diro 120 uocante 127 omnia| ardua

105 cum iam non potes 106 cruciando 107 nunc *om.* 108 hic *om.* 109 manebunt 110 spes iam melior 112 ferentis 113 adtrahitur iuuenes 115 saeuiebat 116 inpauidi 119 antioco secutus 121 nate tuae| tu nate 122 signis 123 sunt iam tibi manentis 124 iam melior locus dabentia 125 propriosattengis 126 aput fereris| terrenis 128 huc| hic 129 contempsise 130 quem| que 131 uocis

oranti similis, palmas tendebat in altum.
subnixoque genu matris pingebat in ore
qua licet aspectum corpus, qua turba tenebat.
qui simul admonitus cratem conscendit in ignem
intrepidus, certaque fide sua membra locauit,
sanctaque quae superest anima inuiolata recessit.
conciderant flammae tepida remanente fauilla
illaesum corpus tellus adaperta recepit.
  At mater dubitans gemitus an gaudia sumat,
haesitat, et querulo sic est sermone locuta:
quid nunc dire paras? iussis paremus et omnes
munera sed partus custos ne subtrahat ulla.
sed licet ipse uelis non sum passura tyranne:
omnes nam pariter pereant certamine tanto.
temporis ipse tui mutes licet horride poenam,
duraque quae sanctis eadem sententia natis
sed grauiora paras, si sunt grauiora, minari,
quodque meos cernis uultus horrore teneri,
gauderes parte quoties decernis in isto.
  Ardet at ipse magis rapida rex concitus ira,
cotemnique putat, nec sicut caetera fratrum
turba ferat poenas, matrem hoc quaerere sentit
dura in exitium quartum adducere natum
pene manu uoluit, lassati nanque ministri
nec regis furias, nec regem ferre uolebant.
proh pudor, erubuit uultus ostendere matri

133 figebat   135 ignemque   150 partem in istam   152 contemni cetera   153 hoc quoque quaerere   154 duraque in producere

133 matri   134 quia turba   135 ammonitus gratum ignis: i *in* e *al.* 136 intrepitus   138 considerant fauillae   139 Corpus inlesum *post u. 139 sequitur u.* 137. que quae] queque   140 sume   142 parem :· sed 143 sed munera custus ullun non] ne tyrannę   145 ut non om̄s pariter tanti   146 ipse tui] statui horrida pena est   147 quae *om.* 148 sed] si parasti sunt   149 teneris   150 gauderis partę quotiens 152 contemni] temptari ne   154 durat   157 pro pudore ...... uultus (*lacuna 6 litt.: in marg. antiqua m* Noluit)

natus. et attonita mente confundere coepit.
hunc postquam stantem summisso lumine uidit.
talibus aggreditur dictis. monitura timentem:
a primo quartus partus mihi quartus ab imo.
quae nunc uerba tibi. quae possum dicere nate?
hoc nisi quod solum durata potentia tecum
sit simul et uirtus. sanctaeque originis auctor
illi debemus regi quodcunque rogamur.
ille dedit nobis Abraham cum semine sancto.
per quem nobilitas. per quem genus omne probatur,
quod manet in dominum. sanctus qui nascitur Isac.
tunc cum iam nullum natum sperare senectus
sponte sua poterat. sterilis quia Sarra manebat.
attamen haec peperit. generique propagine coepta
ex insperato remanent tibi Sarra nepotes.
Esau et patriam deductus Iacob in unam.
quos precibus partu gemino peperisse Rebecca,
hinc sumus. hinc orimur. genus hoc tibi nate petendum.
tu tibi pande uiam generis. qui arce priorum.
quorum progenies totum dispersa per orbem
inuidiam patitur. dominum quia sola potentem
mente colit. mixtae nec turbae accepit iniquae.
quid tibi cum tristi uultu? quid lumina terrae
fixa tenes? coelum potius. coelique parentem
conspice. ne dubita. mater tibi prospera monstrat.
quicquid id est. patienter audi, consenti *

158 attonitam mentem 159 submisso 163 solum] coeli 164 et sanctae 168 sanctus cui 173 Esauus 174 precibus] certum est 176 quis in a. piorum 178 patitur? 179 accessit 183 consensibus auge

159 uidit] uit 160 adgreditur 161 quartus a primo 164 Sic simul sc̄a que origenis (ge *in* gi *al.*) 165 rogamur] negamus 166 abrham 168 in dn̄i sc̄m isaac 169 senectus 170 sterielis 171 sed tamen peperit 172 patria iacob unam 174 partum geminum (peperis Rebecca *om.. in marg. crux add.* +) 175 hinc corimur 176 qui ? que asce 179 mentem 181 tenens 183 *post* consenti *sy uacuum*

turba nate meae numerumque hortare sequentum.
Nec decreta parens luctus et gaudia mixta
finierat claros monitus. tum luminis orbes
ipse leuat. matremque oculis attendere coepit.
nil iam triste gerens. Habitus. uultusque fatentur
se timuisse nihil. nisi tristia uulnera matris
per partus diuisa suos: sed et ipse citato
elapsus manibus cursu conscendit in ignes.
mira loquar. non flamma comas. non contigit ora.
exanime ut corpus flammas superauerat ignis.
ore patente tamen tacite qua spiritus iret
unde acceptus erat pariter cum sanguine fugit.
hoc ipso est gauisa parens. quod qui modo tristi
constiterat uultu. fretus quod pectore tuto
paruerit monitis. Regis contemptor et irae.
sic exorta tamen cum Rex dubitaret in illos
qui superant gemitusque daret. pia turba ministri
Regem execrantur. tanto sermone querentes:
protrahe. quid dubitas? nulli iam parcere debes.
nec potes, ut cupias. decretum rumpere nulli:
appello regem totum qui temperat orbem.
qui mare. qui coelum. coeli cui sydera parent:
quod nisi producis. timor est. iam segnius instat.
iam sentis quem poena petat. iam gloria nobis
parte in utraque manet. liceat producere nullis:
nam quoscunque tuum iussisti excedere regnum.
forsitan hoc mortem credas furiose tyranne.

184 turbam n. meam 193 flammae 199 exorsa 205 sidera 210 morem

---

184 que *om.* 186 monitus] minus orbis 188 Nihil fatenter *et. corr.* 189 se] sed tristicia 190 sed et ipse] sequi ipsa citatos 191 elapsum 192 contingit 193 corpus ut exanime flamma s. ignes 196 gauisa] diuisa 198 parauerat contempto retise 199 tamen] parens 200 pia *om.* ministris 201 execrantes tacito 202 protrahere 205 coeli cui] cui celi 206 signiu 208 utramque liceat] licet nos *post u.* 209 *duo uersiculi 211 et 212 nostrae ed.* (Seuitia—furorem *et* Himpetumn—priorum) *sequuntur in C* 210 creda

longa magis uita est. regnoque potentior isto
quod regis, extrema huius iam parte moraris?
hos quoque si metuis superant aetate minores.
contemptuque simul uici tua regna superbe.
sed perage imperium, nec partus diuide nostros.
hos quoque da flammis, et uiribus utere regni.
mortalis tamen es, nec in aeuum regna tenebis.
Concipit Antiochus furias, saeuusque tyrannus
exhibet, et gemitus intra sua pectora uoluit.
consentit cum mente color, tristisque grauatos
attollit uultus, et talia uerba profatur:
haec tua libertas, et dira potentia linguae,
atque hic quem tumida portas ceruice rigorem
senties ira tibi Regis, quid tempora possint.
si nondum es satiata malis, et fingere tentas
laetitiam, luctusque tuos in gaudia uertis,
non mutabo necem, gaude, laetare, triumpha,
dummodo sic uincas, ut sis suprema tuorum.
sic furiosa nimis natorum funere gaudes?
hoc quoque do flammis, hoc nec mutare potestas
ulla potest decreta. tu laeta uiue superstes *
natis orba tuis, et ne mea iussa morentur
ordo suos peragat cursus. Producite natum,
nec uano pereant ignis dubiusue uidere *
Rex post ista reor timor est mihi foemina nullus
praecipua de gente tua produceris iudex
quam specie mirande puer, cui pectore uirtus

214 uincunt 224 sentiet irati regis 231 tu] modo tu 236 praecipuus index

211 V'ta longa magis regnoque 213 hos quos q̄: si superantia etate minoris 214 contemptaque 215 partos 218 concepit 219 et *om.* 220 dolor tristique grauatus 222 dura 223 *litt.* eruice rigorem *al. m. postea add.* 224 senties tibi ira regis quid tempore possunt 225 nondum] non et f.] effingere temptas 226 tuus 229 animis funera 230 hoc] | oc (| *paene euanuit*) potestis 231 potes tula etauiua 232 orbata 233 suus pergat 234 uanoḥọ dubiu siue 235 rear 237 specie pectore

firma manet. iam quae poterat uel uincere Regem.
Ad quem sic placido mater sermone locuta est:
si dare complexus matri tibi nate liceret.
confiteor soli post uulnera nate dedissem.
sed me dura uetat. et tristis potentia Regis
denegat amplexus. dum sit uox libera nobis.
et liceat meminisse dei. legemque tenere
non a rege datam. sed quam deus arbiter orbis
tradidit. et mundi rector. Mosesque petitam
accepit. populoque dedit. cum maxima laus est
nosse deum. merito cui nos tribuamus honorem.
tu modo ne dubita monitis parêre parentis:
sed uigor et uirtus. penitusque in pectore toto
mens maneat iam plena deo. Sic fortior aetas
quam Regi sperare fuit. sperare iubentem.
o quanta uirtus. quanta est fiducia forti?
sed tamen quid dubitas medias euincere flammas?
uictor eris. mihi crede puer. uictorque redibis.
ossibus et ualidis miscebit corpora neruus.
seruatasque animas iterum in noua uiscera reddit.
sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis.
fratrum sume animos. aeternumque inuoca numen.
Iussa facit. tacitusque deum testatus. et orat
murmure quo poterat. puerum non impedit aetas.
non iam timere necem. matrique uolenti *
paruit. et dicto citius superirruit ignes.

242 et tr.] tristisque 243 sed neget 247 cum] quam 251 sic] sit 252 iubentis 253 o q. est uirtus fortis 254 tamen] tu 255 (mihi crede) 257 reddet 259 inspice 262 amplius haud timet ille necem 263 ignis

---

238 iamque poteras 240 conplexus 242 uetate tristis 244 et] enim dei] dñ 246 petita 248 meritis tribuamus] demus 250 sed] si toto] tuo 253 fiducia *in ras.* 254 peruincere 255 eras sectorque redebis 256 miscebat corporea 258 te *om.* 259 nomen 260 tacitus qui testatur 261 quod 262 timuere nec ē/// (ē *ex* est *al.*) 263 et d.] edicto inruit

cesserunt flammae. cessit dolor omnis. et una
corpus et ignis erat. corpus superauerat ignem.
spiritus ante tamen placidas superauerat auras.
Laeta dolet tacite mater. pressoque dolore 270
laetitia. luctusque suos in gaudia uertit. 271
non de praeteritis sed de puerilibus annis 273
qui superant. ne forte negent. ne forte timorem
concipiant animis. regemque accendere malint. 275
quo minor est aetas. maior metus. anxia secum
diuidit et curas. et spes. et sic timor una
luctantur. matrisque piae per uiscera cursant.
spes tamen est melior natum ut producere uidit.
et procul intrare uideo quid possit in isto 280
spes conferre mihi. uultus agnoscere nostros
debet. et hic fratrum numero parêre suorum.
forsitan hunc solum puerilia pectore tangent.
indigneque feret. quod sic uelut hostia detur.
alloquar. et paucis conabor dicere uerbis: 285
sit memor ut potius generis. quam temporis huius:
si te nobilitas generis. si tangit origo.
respice nate tuos. et nos quoque respice nate.
noli annos memorare tuos. puer incipe furtim
pectore ferre deum. tradent hoc secula seclis 290
quod tua sorte petis: det nunc exempla futuris
temporibus. dona te precor quoque amplius hic est.

266 superiuerat 267 pressitque dolorem 271 regiq; accedere 276 intrantem uideam 278 fratrum et numero 285 furtim] uerum 287 tu forte des 288 donate-quoque] mundo quod ames nil hoc

264 oms 265 erat sed corpus 267 tacitis 269 sed de] de *om.* 270 timore 271 animo regique 272 quod axia 273 et Incuras sic *om.* 274 currunt 275 producere uidit] procederent 276 proculiterre cor uideo 277 agnuscere 278 numerus 279 hunc] et hunc tangat 280 ferat 281 adloquar paucis hic conabor 284 tuos et nos] tuo israhel 285 incipisti forti 286 seculum sęculis 287 quod tua fortis ętas et nunc

cogita quae fugias, et quae meliora petantur.
non te sollicitet inanis falacia Regis:
et crescant ista nunc in contraria uictor: *
spiritus extinxit flammas, sic deinde recessit.
quod dederat corpus tellus adaperta recepit,
sanctaque quae superest anima inuiolata recessit.
  Quamuis lassa parens per tot sua uulnera Regem
pertulit, at summo pariter manibusque supinis
has habuit uoces, et talia uerba locuta est:
qui tenes imperium coeli, terraeque, marisque,
sydera qui coelis, qui das animalia terris,
aequoribus pisces, et talia qui uerberas auras
ad prima meae cupidae fiducia surgit,
qui chaos implicitum caeca caligine misces,
diuidis in partes, et das noctemque diemque,
lunam cum uario sole, et qui tempora seruent,
nocte dieque iubes lumen parere per orbem,
et post haec hominem cuius de semine mundus
completur, mortale genus et lingua liquescit
dissona per gentes, sapor est tamen omnibus unus,
sed qui mutauit meritis hominumque loquelas,
longa referre mora est, coeptis insistere certum est:
tu mare diuisum uirga uoluisti tenere,
dum pede per siccum populus transcenderet aequor

289 cogita] respice et quam 290 nec te miseri fallacia 291 sed crescas ipsi 292 extinctus flammis 296 ast animo pariter 298 tenes regis 299 animantia 300 et talia] uentum uerberat 301 ad te prima mei 302 miscens 304 lunamque et rapidum solem qui 305 (nocte-orbem) *om.* 307 et] tum 311 uoluisque tenesque

289 petentur 290 fallacia 291 crescunt 292 extinguit 293 dederat: *litt.* derat *in ras al. m.* corpus] carpis 294 secta que superest 295 tot] quam uulnerauit rex 296 protullit et summo 298 tenis 299 terre 301 ad primam meae 302 inplicitum caliginem isces 303 diuides 304 lunamque cum sole narioque tempore 305 noctem̨ diem̨que orbem: o *ex* u *al.* 307 conpletur liquiscit 308 hominibus 309 loquellas 312 populum transcenderiequor

Aegypti effugiens mortem. regemque Pharaon
qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat.
quem tua maiestas Mose duce transtulit amne.
seruatumque tua totum uirtute redemit. 320
terra dabat fructus. quos te cogente ferebat.
occupat et totis quaesita lympha latebris.
humor erat nullus. cuncti clamore querentes
poscebant Mosen dare sitientibus undas.
ad quos ille breui sic est sermone locutus: 325
credite posse deum quicquid petieritis illum
sed tamen hanc uirgam amnemque diffindere saxum.
ut ueniant fontes tota regione morati.
percussitque simul. dicto uelocius omnes
emisit saxum fontes dulcedine prima. 330
confiteor totus cum sit tibi debitor orbis.
tu quicquid possunt gentes. potes omnia solus. 332
tu mortale genus curas. onerasque. leuasque. 334
te precor attonita mente confirma timentem: 335
ne desit fratrum numero meus infimus infans.
ignarusque sui. quem iam procul ecce teneri
conspicio. turba circumueniente frequenti.
hunc propter solum lachrymas. quas cõmouet aetas.
unus enim superest. de quo mihi maxima cura est. 340
ne tener ignoret qua sit de gente creatus.
hunc ego si possim secreto apprehendere solum
blandirer. patriumque genus. patriamque docerem.

315 omnem 318 quaesitam 320 dare] daret ut 323 amnemque] durum 325 amnis 327 sic tibi 330 confirma mente 334 lacrymas 337 apprendere

313 mortis pharao 314 numero 315 transtullit amnem 316 diremit 318 quesitas 319 umor querenter: ter (*pro* tur *ut uid.*) *in litura al. m* 320 moysen 321 breui sermone sic est 322 illum] ab illo 323 amneque defundere saxu (i above u) *in litura (antea fuit* ab illo) 324 ut: t *in lit.* (*pro* m?) uenient morati] rorari 326 fontis 328 quidquid 329 onorasque 330 timente 331 infirmus 332 ecce 334 lacrimas cõmouit 337 adprehendere 338 blandirem et patrium genus

sed quacunque tamen potero solatia mittam:
parue puer. tenerisque tuis mihi charior annis.
charior es regno. uita quoque charior ipsa.
tu potes in totum uictricem reddere matrem.
tu finis partus. finisque future malorum.
si te cura mei tangit. si matris odorem
mente create tenes. quamuis et charus. et infans.
hoc magis aure pia attende parentis. Deest qua d
primum disce puer quid sis post ista futurus.
si patiens fueris. tunc te mihi chare futurum
facta docent. fratrum sanctorum in parte locatus.
et requie securus eris. dum secula cursus
saeua suos peragunt. finito tempore longo
hanc lucem repetens. aeternaque regna uidebis
non maculata malis. sed erit concordia sanctis.
nec morti locus ullus erit. nec bella citatis
exercentur equis. sed pax aeterna manebit.
matris. crede. tuae quae cupit esse salutis
haec mihi cur tristi uultu sic dicta repellis?
quid refugis? miserere mei. miserere tuique.
si liceat prior ire uelim. uetat ecce. sed ibo
tunc cum uictorem uidero te nate malorum.
quid sperare iubes? solus mea dicta moraris?
solus adhuc aequum renouas mihi nate dolorem?
annuis. an damnas sed me fratresque. genusque?
quod ne forte uelis oro et deprecor. audi:
hiis ego te paruum nutriui nate papillis.

340 carior 346 pia dictis attende 351 longo] certo 352 repetes 356 matrem c. t. semper cupidam e. s. 359 uetor 360 uidero] cernam 363 sed] quoque 364 oro te et 365 his

339 sed] si solacia 340 tues 343 future 344 matri sudorem 345 creare tenis *inter* 345 *et* 346 *tamquam nouus uersus haec uerba*: Altius attolens oculos 346 hoc] hec aure apia adtende (*nulla lacuna*) 347 ista] ita 349 locatus *om* 350 et requies sc̄orum eris 352 repeñtens 354 Hec nec 356 quae te cupit 357 sic *om.* 359 priori reuellim sedebo 360 te uidero nate 362 equam renocas 363 An uis an dampnas fratrisque

te precor per has, quas noui fudi meorum. *
ut remanere uelis, remanebis solus et *
non tibi iam fratres dederint solatia uitae:
defecerunt, unum, unum quod superest, matrem *
et genus et patriam si talia dicta recusas.
heu quanto melius uitam seruabis .
si facias tandem quicquid fecere priores:
audenter depone metus, depone timorem,
concipe mente deum, uires dabit ille uiriles.
Haec dum mater agit, puer ad praecepta parentis
respicit, et solum se uidit esse relictum,
sustulit ad caelum uultus, palmasque supinas,
et sic uoce petens aeternum numen adorat,
sensu et sic pariter secum nutuque rogabat:
uinceret ut regem, saeuos et uinceret ignes.
atque ita non segnis, nec pro puerilibus annis
prosilit intrepidus medios dilapsus in ignes,
et uicit quidquid erat, sic ut uitam iniret in altum *
spiritus, et fratrum peteret secreta priorum.
Dum puer ista gerit soluerunt gaudia matrem,
iamque ut erat lassata malis, iam uoce negata,
suspirans, interque manus collapsa suorum,
concidit exanimis, resolutaque membra quierunt.
sic ipsa et nati sanctorum in parte recepta est.

FINIS.

366 te per ego has precor, et fletus lacrymasque meorum. 367 et] et huius 369 dedecoras fratrum sanctissima nomina, matrem, 371 seruabis in aeuum. 376 uidit ut esse 383 Vicit quicquid erat sic ut u. iret i. a. 384 piorum.

---

367 solus et] et solus 368 dederint] tui solacia 369 unum *semel* 370 patria recuses 371 quantum 372 tandem] ante dñ quidquid facere 373 audenter: r (*an* s?) *ex* & 374 uirilis 377 sustullit supmas 378 nomen *u.* 379 *om. sed inferiori in marg add. al. m.* Et sic secum sensus pariter 380 uincere que ut regem 381 adque 382 medis 383 quicquid sic ut] si (ut *om.*) 384 piorum 387 suspirat conlapsa *post* 389: Finit de machabeis.

HILARII DE EVANGELIO.

XB

Christus hic flos ⟨est⟩. decor ⟨hic⟩ est fonsque perennis.
hunc postquam uerbo conceptum numinis alti
plena deo uirgo utero est enixa pudico
effulsitque nouus terris gaudentibus infans.
protinus impleuit totum lux clarior orbem.
desuper astra pios inhiant spectantia uultus.
atque decus tantum iam terris inuidet aether.
at tellus ridens laetatur germine sacro.
spargit humum uiolis alieno tempore quotque
area purpureos submittit caespite flores.
  Omnia festa nitent: gaudet mare. nubila. uenti;
te solum trepidare metu. te. perfide serpens.
ille dies aegrum uidit pallente ueneno
quassantemque caput et pectora dira terentem.
quod salus e caelo terris. quod tutor adesset.
saluandos populos quaerens a faucibus atris.
ereptam plagis plebem. maestoque ululatu
prosequeris hominum uitam mundique salutes.
  Interea et sidus exortum numinis alti
apparet caelis et terras lumine complet.

Carmen hilarii pictauiensis episcopi de euangelio *G* (*cod. Sti Gall 48 s. VIII*) *r* = *Rettig.* π = *Pitra, p editor* XB | Christus benedicet *interpretatur* π *ex* XP *uel* XPI *corruptum puto p*

1 hic flos decoris fonsque *G corr.* π flos] floret *r* fluidi *Halm* decoris *r* 6 pios] l' *ss. al. m. G* uultus^m^ (m *al. m.*) *G* 7 adque *G* (*r* tantum] tm̃ *G* 9 quotque *p* q̃tq. *G om. r* natis π 10 aurea *G corr.* π purpureås *G* cespite *G* 13 pallente *G* pallere π 14 tenentem *G* terentem *G t.* π 15 ^e^et (e *al. ss.*) *G* 17 ereptamque *r* plebem plagis π mesto *G* 18 prosequens π 19 exorti *r* nominis *G corr.* π 20 cęlo^is^ *G*

agnouere Magi stellam cunasque requirunt.
munera sacra ferunt. myrramque et suauia tura.
tura deum monstrant. designat myrra sepultum.
Salue. uera dei proles. puer aethere missus.
non commune genus nec moribus edite nostris:
innuptae matris pignus uterique pudici
partus et intactae mirandus uirginis infans.
quamuis illa pio iactet se nomine matrem.
fingentis quendam uentris imitata tumorem.
ostentetque tuas cunas risuque salutet.
uirgo tamen mater et magni coniugis expers
ignorat causam subolis. sed gaudia nouit.
tu sacri sermonis opus. satus ore paterno.
uerbigena diues. linguae mirabile germen.
commixtumque genus caeli terraeque. potenter
ut caeli terraeque simul te cura moueret.
tu uirtute leo. placidis tu mentibus agnus:
tu stator gladiusque patris: tu dextera summi.
uiuorum iudex. iudex tu luce carentum.
cunctorum genitor solum te dicere natum
dignatur. solum communis cura parentum:
heres tantorum solus tu iure bonorum.
Hunc tu olim. dictis uariata imagine rerum.
spondebas terris. genitor. per carmina Regum.
perque prophetarum uoces. per sidera caeli:
per Seraphin Cherubinque tuum. modo pandere fas sit
excelsa secreta poli: nam quattuor altum
circumdant solium uariis animantia formis:

47—51 Apocal. 4. 6—8

23 sepultum π sepu . . . . (*tres uel quattuor litt. abstersae*) *G* sepulchrum *r* 24 misso *G corr.* π 29 quandam *G corr.* π tumorem π minores *G* 33 satis *G corr.* π 36 moneret *G corr. p* maneret π 38 sator *G corr. p* satus π 44 regum| dd'sal' (*i.* Dauid Salomo) *al. ss. G* 47 excelsa *p* o celsa *G* carmine celsa π 48 circumdant *G* 49 sunt ora| s[a]τ ore *G* statore *r* alias stant ora π

primum hominis facies. aliud sunt ora leonis.
inde aquilae uitulique caput. his omnibus alae:
diuisae officiis hae sunt: nam maxima summi
ora dei uelant semper faciemque coruscam
praetexunt. nimius noceat ne fulminis ardor
optutuque sacer feriat ceu fulmine mundum:
atque aliae inuoluunt similes uestigia sacra,
ne forte incendat pressas uis ignea terras:
ternaque tum binae uolitant per moenia mundi
auratasque ferunt pennas. et lumine multo
peruigiles discunt urbes actusque precesque.
Haud dubia his formis Christi monstratur imago.
namque et homo est Christus. mortis gustator amarae.
et uirtute leo est. indoctos caedere ferro;
et uitulus. quoniam est peccantis uictima mundi.
qui bene pro cunctis impenditur hostia terris.
quid facies aquilae post haec. quid forma requiris?
permittit praedam caelo sacer ales: ouans is
Christus erit. terris raptum quem collocet astris:
namque ille in caelis placido bonus interuentu
uulnera peccantum celat. grauiora parentum
mitigat et terris iratum temperat ignem.
Tu qui terrigeno referens ueniam. ipse propagans.
ac tu. magne pater. natum pietate quietus.

50—59 Isa. 6. 2

50 ui . . li *G* 51 hae sunt] h/sπ (*post* h *una litt. erosa uermiculo*) *G* hae stant *r* 52 uelant *p* uolitant *G* semper] circum π 54 optatum *G corr. p* oppetitum π feriat *p* feritet *r* feceritet (*litt.* ce *abstersis*) *G* ceu neu π 55 aliae: *litt.* i *uermiculo uiolata G* alae π 61 gustatus *ut uid. G corr. r* 62 indoctis *G corr.* π 65 faciei aquilę *G corr.* π faciet aquila *r* qui formam requires *G corr. p* quis forte requirit *uel* si forte requiris π 66 ouantis *G corr.* π *an* ouanter? 68 placidus bono *G corr.* π 69 grauis ora (*ss.* grauiora) *G an* grauia ora? 71 Tu qui *p* Actuque *G* (Ac *olim uidetur superscriptum fuisse uoculae* At *insequentis uersus*) Ac tu qui π 72 At tu *G corr. p* Et tu π natum *G* (*non* natu)

sublimi residens solio, opera ardua cernens;
oceani ceu forma maris uitreique elementi.
tum senior domino seruit chorus hymno peritus,
bis duodena uirum facies, et crinibus albis;
caesariem rutilae ex auro pressere coronae
inuoluitque humeros stola candida, mitis amictus;
surgentes crebro capitis uincimina ponunt,
te dominum linguis, te consona uoce canentes:
  Agie, sancte deus, uigor ignee, celse Sabaoth!
teque genus hominum celebrat sermone frequenti,
te pecudes uolucresque sonant, te muta loquuntur,
te canit omne nemus, colles uallesque supinae;
te uenti strepitant, pelagi te murmurat unda.
sacrorum ritu uario templisque dicatis
in nemore incluso, sculptis de marmore templis,
aere cauo positis signis picturaque inani,
te gentes populique colunt, tibi uota precesque
suscipiunt, numenque tuum nomenque requirunt.
  Ac uelut in tenebris errat, cui lumen ademptum:
sentit adesse hominem; qui sit, ubi denique sistat,
nescit, et ignarus per inania brachia iactat,
prendere si possit tactumque adsistere saltem:
non aliter gentes, caecis erroribus actae,
ante oculos positum quaerunt; sed lumine cassae,
transiliunt ipsum quem quaerunt; ludicra captant
effigiesque locant uarias et nomina mille
imponunt uni, si possit adesse uocatus.
illos culpa premit grauior, quibus adstitit ipse
ante oculos doctor uerus; quibus ore locutus,

73 sq. Apocal 4, 6
75—80 Apocal. 4, 4. 10

73 solio residens π 78 amictum *G corr. p* 79 *ante* ponunt *al. m* de *add. G* 84 sopinae *G* 86 templis *G* templi π 90 suspiciunt *G corr. r* nomenque t. nōq, *G corr.* π 92 quis sit π *in marg.* iudei pagani *G* 94 assistere *G* 97 tr̃siliunt *G* 100 adstetit *G* 101 doctos *G corr. r* loquutus π

quos prece, quos dictis monuit, quos denique factis.
nec uidere tamen caeci, cum lumen adesset
per populos clarum, factis celebrans genitorem.
namque iacebat homo, pallenti marcidus ore,
cui inerat morbis corpus compage solutum
uiuentisque animae dudum iam mortua membra.
„Surge, ait, atque tui iam lecti baiulus esto.“
exilit atque alacer humeris uehit ipse cubile.
ecce trahebatur caecus, quem lumine mater
ediderat uiduum, communis lucis egentem,
non totum natum, mundi quia parte carebat.
ut uidit, miseratus ait: „Hunc cernere iussi!“
protinus ad caelum caecus noua lumina tollit.

* * *

108 Matth. 9, 6
110 Ioh. 9.

105 humo *G corr.* π 106 morbi π 109 *marg.* de caeco nato *G*

I.

AVCTORES IMITATORES.

SIGLA PARAGRAPHO ¶ ORNATA:

ipsius Cypriani
G Genesis.
E Exodus.
L Leuiticus.
N Numeri.
D Deuteronomius.
IN Iesu Naue.
I Iudices.
Rell. Relliquiae p. 209 sqq.

Incerti
S de Sodoma.
Ion. de Iona et Niniue.
Incerti
Sen. ad senatorem.
Hilarii
H Genesis.
M de martyrio Maccabaeorum.
Eu. de Euangelio·

id. M. Hertz, Analecta ad carminum Horatianorum historiam. IV. Breslau 880 p. 22 sq. — M. Manitius, zu spätlateinischen Dichtern. Z f. d. österreich. Gymn. 1886 p. 410 sq. — G. Schepss, Berliner philol. Wochenschrift 1890 . 602. — Cl. Marius Victor rec. C. Schenkl (Poetae Christiani minores pars I) p. 352 sqq. — Iohn E. B. Mayor, the latin Heptateuch, London 1889.

3 immensus-deus ¶ E 170. 452 L 230 N 557.
Dracontius Satisf. 1 Rex inmense deus.

13 Vergil. E V 26 graminis . . herbam. ¶ H 101 herbarum uaria consurgunt gramina campis (*cf.* D 160 rident gramina.)

20 Ouid. M. XI 341 fecit auem et subitis pendentem sustulit alis. Sil. 12, 94 suspensum librans medium inter nubila corpus Enauit . . ales *cf.* Statius Th. III 463 Claudian. IIII cons. Hon. 543 id. 1, 76.
¶ G 290 non uolucres leuibus suspendunt corpora pinnis.

21 Vergil. G II 154 in spiram tractu se colligit anguis.

34 Persius V 56 hic satur irriguo mauult turgescere somno.

38 sq. Victor I 386 quod dulces nati postponendique parentes Coniugibus.

40 ¶ E 772 septima perfecto uirtutum fine quieuit.

51 Vergil. A VI 255 primi sub lumina solis et ortus ¶ N 185 prima (?) ad lumina solis *cf.* G 273. 306 N 729.

54 Vergil. A II 782 leni fluit agmine Thybris.

54 sq. ¶ G 72 has inter sedes et . . hortos.

56 Victor I 269 sqq. fons rigat . . . Quadrifido tumidum laetus caput amne resoluens.
59 Victor I 271 iugi nam gurgite promptus.
¶ E 1099 sapphirus hanc sequitur, cum qua carbunculus ardet.
c. ad Fl. Felicem de resurr. mort. 214 prasinus inde nitet. illinc carbunculus ardet. Victor I 282 fulmineo rutilans carbunculus ore coruscat.
60 Victor I 278 regna Euilantum.
62 amoeno: ¶ G 1191 fluuium . . . amoenum.
Victor I 288 tertius hinc rapido procurrens gurgite Tigris It comes Euphrati, iuncta quos mole ruentes . . .
66 Vergil. A VIIII 114 ne trepidate meas, Teucri, defendere naues.
67 Vergil. A VII 67 ramo frondente.
68 noxale: ¶ G 97 poma . . noxalia.
70 Vergil. G II 429 nec minus interea.
81 Vergil. E VIII 40 poteram ab terra contingere ramos.
Sedul. I 98 aliquos nitor contingere ramos.
84 Auitus IIII 637 nube serenum.
89 ¶ G 322 ergo ubi nudatos . . .
105 Prudent. perist. XIII 37 uipereis . . uenenis.
Victor I 419 plus quam uipereo mortem allatura ueneno. Ennod. C 9 Vog. nubila uiperei qui gestat corda ueneni.
109 Vergil. A XI 668 cruentám mandit humum.
120 Vergil. G I 219 at si triticeam in messem.
121 Vergil. E V 39 carduus et spinis surgit paliurus acutis.
124 sq. Victor I 518 sq. donec te lenta senectus Terram. quod magis es, faciat terraeque refundat.
129 ¶ G 313 lapsa meatu Perceleri.
130 ¶ S 161 apex flammae.
¶ E 1332 dum uolucris deferuet apex numenque praesentat.
131 Victor I 520 caelum defendere membris . . .
132 Victor I 521 ueste tegit pecudum miserans uitamque tueri.
139 Victor II 208 sqq. arua Cain duris uertebat pinguia rastris . . Abel Innocuas pascebat oues et lacte parentes.
140 Vergil. A VII 539 et terram centum uertebat aratris.
Horat. S I 1, 28 ille grauem duro terram qui uertit aratro.
¶ G 737 inde senex curuo terram dum sulcat aratro.
144 Victor II 216 frugibus ille nouis, niueo magis hic litat agno.
145 adipemque niualem: ¶ E 988.
147 Vergil. G III 479 incanduit aestu.
154 Vergil. A XII 664 tu currum deserto in gramine uersas.
155 frendens: ¶ G 1159 frendentesque.
156 Vergil. A V 515 caelo speculatus.
161 Victor II 255 et tanto leuiter pro crimine punit.
162 Vergil. A. XII 691 sanguine terra madet.
171 Vergil. A VI 646 Threicius . . sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina uocum.
189 sq. Iuuenal. XIIII 117 incude adsidua semperque ardente camino.
189 sq. Aediluulf. X 3 sq. diuersisque modis sapiens incude subactum Malleus in ferrum peditat stridente camino.
198 Lucret. III 1036 sopitus quiet est.
211 orbes: ¶ G 315.
216 Stat. Th. V 668 sociae ueritus commercia uitae.
222 summula: Iuuenal. VII 174 Auson. Ep. 15 (7) 23 P.
224 ¶ G 295 uenturisque parens seruabat semina saeclis.
229 pertaesus: Sueton. Aug. 62 p. morum peruersitatem eius. Iustin. 38, 9, 4.
238 Victor II 364 monstra hominum, celsa membrorum mole gigantes.
240 *cf.* Iuuenal. XIII 100 ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est.
245 sqq. Vergil. G III 243 et genus aequoreum pecudes pictaeque uolucres
¶ H 11 gens hominum pecudesque ferae pictaeque uolucres.
247 sqq. ¶ G 290 sqq. non uolucres . . . Nec fera celsiiugo deuitat marmora colle . . . mors omnibus

una est. N 446 ac uelut in totos pariter nex una ueniret. Horat. C I 28, 5 omnes una manet nox.

249 Symmachus Ep. X 23, 13 p. 298. 27 S. dolor mitescens.

253 Victor II 407 sq. tunc calidum bibula spirans compage bitumen Exploret tenues et uestiat undique rimas.

255 Victor II 402 arca tibi, quae ter centum tendatur in ulnas.

257 Victor II 403 sqq. consurgat in altum. Ter denis tantum . . . at qua se Collecta obliquo fastiget machina tecto.
Auson. Mos. 312 quadro cui in fastigia cono surgit . . pyramis.

260 Vergil. A II 493 procumbunt cardine postes.

272 ¶ E 761 glauca . . marmora ponti. Auson Mos. 349 glauca fluenta.

279 Sedul. II 175 inde quater denis iam noctibus atque diebus.

287 Auitus III 329 grandineos pauidis fuderunt nubila nimbos.

288 Victor II 467 (de abysso) atque nouos pandit fontes torrentibus aequos.

289 Auitus IIII 524 iamque quater denis manabat noctibus imber.

290 ¶ G. 20.

290 sqq. ¶ G 247 sqq.

291 ¶ G 375 celsiiugum et collem.

293 Vergil. A VII 810 mare per medium fluctu suspensa tumenti.

298 Victor II 491 unda relabens.

303 Auitus IIII 579 protenus albentem mittit de sede columbam.

304 super aequoreum campum: Vergil. G III 198 campique natantes
A VI 724 camposque liquentes
Ouid M I 41 campo . . liberioris aquae.
I 315 pars maris et latus subitarum campus aquarum.
XI 356 latarum . . campos . . aquarum.
¶ H 12 et quae per liquidos discurrunt agmina campos.

307 Vergil. A V 516 alis plaudentem . . columbam.
Ouid. M XIIII 507 *et* 577 plausis . . alis. Prudent. Hamart. 816 plaudens . . . pennis.

308 Vergil VIII 116 ramum praetendit oliuae.

317 Vergil. A III 205 sq. quarto terra die primum se attollere tandem Visa, aperire procul montes ac uoluere fumum.

322 ¶ G 89 ergo ubi nudatum.

324 Vergil A II 259 laxat claustra Sinon.

326 Vergil. A VII 71 castis adolet dum altaria taedis. A I 704 flammis adolere penates.

327 Aediluulf. VI 35 (Traube, Karol. Dichtungen p. 17) Petro quae gignit odores Praemites.

340 ¶ L 52 idcirco quoniam multorum in sanguine mens est.

347 Victor III 284 considunt terris. atque orbem gentibus implent

349 Vergil. A VI 520 confectum choreis somnoque grauatum. Ouid. M. III 608 ille mero somnoque grauis.
Victor III 73 persensit uiuos latices somnoque grauante.

357 Claudian. III cons. Hon. 182 qui mente serena.

362 ¶ G 1437 Genesis ut formula cauit.

364 ¶ N 337 moenia uasto Edita suspectu.
Vergil. A VIIII 530 turris erat uasto suspectu et pontibus altis.

365 Vergil. A I 504 instans operi XII 361 sic moenia condunt.

369 sqq. ¶ E 154 sq. IN 384 sq.

375 ¶ G 291 E 20 leuent . . arces.

380 sq. Vergil. G III 79 sq. illi ardua ceruix Argutumque caput. Horat. S I 2, 89 breue quod caput. ardua ceruix.

391 ¶ G 994 incoctos tosta fornace penates.

394 *omisit* Victor III 242 *qui Iustini locum* I 2, 7 *adhibuit cf.* ¶ S 153.

401 Victor III 284 orbem gentibus implent.

406 Dracont. Satisf. 227 nondum pubentibus annis. ¶ G 907.

423 Vergil. G IIII 549 monstratas excitat aras. Victor III 355

deuotas excitat aras. Victor III 364 sollemnes excitat aras. ¶ I 288 domino sacratum suscitat altar.
429 ¶ G 1275 tellus sitientibus arida uenis.
430 Ouid. M VII 782 ieiuna Fames.
431 Victor III 561 Nilotica tellus.
432 ¶ G 787 quae cum praecipuo canderet sidere formae.
434 Victor III 369 sed nomine pulchra sororis Protegitur coniunx. Vergil. A IIII 642 coeptis immanibus effera Dido.
435 sqq. ¶ G 684 sqq.
464 Vergil. A VII 100 omnia sub pedibus qua sol utrumque recurrens Adspicit Oceanum uertique regique uidebunt ¶ E 1004 quas sol utrumque recurrens adspicit.
465 Vergil. A I 744 geminosque triones.
468 harenas: Ouid tr. IIII 1, 55 sqq. ex Pont. II 7, 25 sqq.
470 ¶ 760 nomen Mambra. Victor III 411 sq. subque ilicis atrae Dispensata comis figit tentoria Mambrae.
479 Vergil. A VII 387 euolat et natam frondosis montibus abdit.
483 Val. Flaccus Arg. VI 545 medio duri discrimine belli. Coripp. Ioh. I 407 tanto in discrimine belli. Coripp. Iust. III 95 discrimina belli.
486 sq. Victor III 433 ter centum deligit omni De grege bisque nouem famulos.
488 Vergil. A VII 694 agmina in arma uocat subito ferrumque retractat.
495 Victor III 464 .... decimam tamen offert Hostibus excussae. quae uera est hostia, praedae Melchisedech ...
497 laturus: ¶ G 873 sumpturus.
504 ¶ 1198 ille alacer, G 768 1441 E 276 ille alacris.
508 nobilibus: ¶ G 1234 nobilis.
512 Horat. C I 28, 1 te maris et terrae numeroque carentis harenae Mensorem. Victor III 481 quam denso lumine caelum Picta nocte micet, quam t... congesta premantur Sidera sideribus... Seminis hoc exemplar habe...
514 ¶ E 367 si summa putetur.
516 cernat: *cf.* ¶ D 199 cretio. Pruden... Cath. XII 85 sqq.
518 Victor III 492 omnipotens (eg... sum dominus, qui teque tuosque Chaldaea de gente tuli.
526 Victor III 500 trimam sume mihi torua iam fronte iuuencam.
527 Vergil. A VIIII armata fronte iuuencum A III 636 torua sub fronte.
528 Vergil. G III 287 hirtasque capellas.
529 Victor III 503 cumque columba sacram casto cum turture iuncta.
532 Auitus VI 63 sic te laeta domus sanctis altaribus aptans. Ara... I 552 sacris altaribus apti.
534 Vergil. VIII 658 et dono noctis opacae.
536 Iuuenc. III 228 nubila miscentur confusa luce colori. Coripp. Iustin. II 103 prolata luce tenebras.
538 Victor III 532 praenosce tuos sobolemque tuorum.
539 Vergil. A I 204 per uarios casus.
555 Victor III 539 gentis Amorraeae.
558 Victor III 546 signum monte dedit. clarum nam clibanus igne Emicuit raptim.
559 Vergil. A III 580 ruptis flammam expirare caminis.
560 delambere: Stat. Th. II. 681.
563 ¶ G 115 ponere partum.
566 Victor III 563 progeniem uli concredere perpulit aluo.
567 Victor III 561 Agar nomen era..., Nilotica tellus origo — Subrogat in thalamos.
574 Vergil. A V 361 praestanti munere donat.
580 ¶ G 823.
581 Victor III 604 innumeras gentes propria de stirpe creandas.
584 sq. Victor III 606 sq. littera ... renouet, te syllaba plena reformet, ut non Sara tibi coniunx, sed Sarra uocetur Et tu non Abram, sed nomine clarior aucto Abraham — populis posthac uociter... futuris.

587 Victor III 624 Ismael.. bis senis pariter ducibus regnanda creabit.
592 Horat. S II 1, 86 soluentur risu tabulae.
Pers. III 87 ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
593 Vergil. E VIIII 37 tacitus Lycida mecum ipse uoluto.
594 Victor III 613 quamuis ridenda putetis Virtutis promissa meae.
596 Vergil. A VI 536 iam medium aetherio cursu traiecerat axem. Sil. XII 731 redditur extemplo flagrantior aethere lampas.
597 Vergil. E I 52 frigus captabis opacum.
598 Victor III 645 tres subito adstiterunt angusta luce micantes.
599 Victor III 647 dominumque solo prostratus adorat Vnum, cum tres miretur.
601 604 Victor III 649 precatur, Vt refici in medios aestus tendentibus horis Non dedignetur famuli mensisque cibisque.
602 Horat. Ep. I. 15, 4 gelida cum perluor unda Per medium frigus.
603 Victor III 654 annuit ore Officiumque pii non aspernatur alumni Omnipotens uisusque cibos mensasque sacrare.
604 Vergil. A IIII 295 imperio laeti parent ac iussa facessunt.
607 tosto uapore: *cf.* ¶ G 391 *et* 994 tosta fornace X 495 tostoque arderent corpora sole.
608 Horat. C IIII 2, 54 uitulus . . . fronte curuatos imitatus ignis. Culex 16 patula praepandit cornua fronte.
610 Vergil. E I 81 et pressi copia lactis.
cf. Tertullian. de carne Chr. 19 post med.
611 trina sub imagine: Victor III 642 et nomen numerumque suum confessus.
Prudent. psychom. pr. 45 *sqq* mox et triformis angelorum trinitas Senis reuisit hospitis mapalia. Et iam uietam Sara in aluum fertilis Munus iuuentae mater exanguis stupet, herede gaudens et cachinni paenitens.
Idem apoth. 28 sqq.: hoc uidit princeps generosi seminis Abram, Iam tunc dignati terras inuisere Christi Hospes homo, in triplicem numen radiasse figuram.
613 quid rerum gerit: Plaut. Aul. 117 quid rerum geram. Terent. Eun. 923 quid rerum gerat. Catull. 28, 4 quid rerum geritis?
617 Sedul. I 109 prolemque negabat Frigidus annoso moriens in corpore sanguis.
620 Vergil. A VII 254 uoluit sub pectore sortem.
625 Victor III 667 in Sodomam Gomoramque deum uibrasse.
636 Victor III 683 Loth forte sedentem Ante fores urbis.
638 Victor III 687 prostratus adorat Inuitatque domum.
640 ¶ D 120 I 282.
644 Horat. A 94 tumido delitigat ore.
645 *sqq.* Victor III 698 *sqq.* infandae lex urbis erat. mollire furentes Loth cupiens natas, quibus inlibata manebat Virginitas, offert, quos plebs uoluisset in usus, per sexum factura minus.
650 Vergil. A VIIII 539 dum se glomerant.
Cic. Verr. II. 4, 52 reuelli claustra. Liuius V 21 pars claustra portarum reuellunt.
653 ¶ S 79 *sq.*
654 quod potuit: Ouid. M IIII 683.
661 Vergil. A VI 573 horrisono stridentes cardine.. portae. Sil. VIII 654 ruptusque fragore horrisono polus.
661 Vergil. A IIII 208 dum fulmina torques.
665 Vergil. A X 270 a uertice flamma funditur *cf.* Stat. Th. XII 431.
672 Iuuencus I 469 genitorem in puppe relinquunt.
681 ¶ G 824 ilicet in Geraris socia cum coniuge degens.
689 Horat. S I 5, 84 inmundo somnia uisu.
690 Victor II 40 postquam reddita mens est III 711 uix mente recepta.

697 Vergil. A VIIII 341 molle pecus ¶ *uid. ind. uerb.* mollis.
700 Vergil. A VI 569 commissa piacula.
703 ¶ G 862 pacifico . . uati.
704 procubus: ¶ *uid. ind. uerb.*
710 ¶ E 292 promere gressus.
713 Iuuenc. I 44 (9 Marold) gratius ut donum iam desperantibus esset.
723 ¶ G 853 deuenit ad colles quibus est Iuratio nomen.
730 sq. Vergil. A VII 164 aut acres tendunt arcus.
731 Sil. VIII 373 pennigeris pharetram impleuisse sagittis.
737 Vergil. G I 170 II 189 A VII 539 terram centum uertebat aratris. Sil. VIIII 191 sulcantur uomere campi XIII 92 sulcat aratro.
¶ G 140 aut alius curuo terram uertebat aratro.
746 Ouid. M III 144 iamque dies medius rerum contraxerat umbras.
748 flammarum pabula: Victor III 749 *cf.* 772 Lucan. VII 5 non pabula flammis. Sil. XVII 93 pinguia pabula (ignium).
751 Vergil. A II 57 manus iuuenem interea post terga reuinctum. Horat. Ep. II 1, 191 manibus . . retortis.
755 his actis: ¶ G 126, 662.
Sedul. I 107 uetulae marcebant uiscera Sarrae.
762 ¶ G 956 concepta . . uerba.
768 Vergil. A V 580 ergo alacris ¶ 1441 E 276 ille alacris *cf.* G 504.
774 Vergil. A VII 264 si iungi hospitio properat.
776 Vergil. A VII 160 iamque iter emensi XI 244 atque iter emensi.
777 ¶ G 874 id Rebecca uidens.
Vergil. A XI 500 tota cohors . . ad terram defluxit equis.
¶ N 375 ad terram fluxere metu.
778 obstipumque caput: Horat. S II 5, 92 *cf.* Pers. III 80. Cic. Arat. *in* de nat. deor. II 107. ¶ N 382 obstipa ceruice.
787 ¶ G 432.
Stat. S III 4, 26 puerum egregiae praeclarum sidere formae.
788 Sedul. II 67 gaudia matris habens.
792 Ouid. Ep. XI 37 tumescebant uitiati pondera uentris. Iuuenc. I 134 M. manifesta uteri quod pondera uidit.
795 Iuuenc. I 735 ad lumina uitae.
796 Eugen. Tolet. monost. recapit. 1. lucis primordia sumpsit.
799 Claudian. b. Get. 58 zephyrus se promat ab Indis.
800 Vergil. A XI 771 pellis aenis In plumam squamis auro conserta III 594 consertum tegumen spinis III 467 V 259 consertam hamis loricam.
805 Vergil. A XI 474 rauca . . bucina. Auson. Mos. 253 crispo tremori uibrantis saetae.
809 Vergil. A I 153 et pectora mulcet.
813 Vergil. A VI 276 et metus et malesuada fames IIII 169 primusque malorum causa fuit.
817 ¶ G 854 illic perspicuo dominum cum lumine uidit.
818 ¶ Rell. 13: angelico motu repetant sed regna Canopi.
824 ¶ G 681 et Gerarum ad terras socia cum coniuge transit *cf.* G 841.
827 coniugium: Vergil. A III 296 VII 423 *al.*
828 Ouid. M. XIIII 752 patulis iniit tectum sublime fenestris.
830 Prudent. Cathem. VIII 4 lege coerces.
835 Vergil. G II 429 nec minus interea. Ouid. M. VII 536 liuentia pectora tundunt.
853 ¶ G 723 deuenit ad puteum cui tum Iuratio nomen.
858 colligit artus: Iustin. 33, 2, 2 corpore collecto.
866 hinc *uel* hic: *cf.* Seruius ad Vergil. A I 728.
867 ¶ L 191 grandior aeuo.
868 Prudent. Cath. VIIII 34 perennibus tenebris iam sepulta lumina.
871 Vergil. A I 187 arcumque manu celeresque sagittas.
873 Iuuencus II 422 confestim sanae redierunt munera linguae.
874 ¶ G 777 quem Rebecca uidens.
884 Vergil. VIII 884 postquam exempta fames et amor compressus edendi.
Vergil. A I 723 postquam prima

quies epulis mensaeque remotae. ❡ G 1400.
888 Vergil. A XII 434 summaque .. delibans oscula fatur.
890 ❡ G 1111 anterior (frater).
895 Iuuenalis I 168 inde irae et lacrimae.
899 Vergil. A V 783 Iunonis grauis ira. quam nec longa dies pietas nec mitiget ulla VI 745 donec longa dies.
903 Vergil. A I 677 accitu cari genitoris.
904 Vergil. A I 159 est .. locus I 550 est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt.
907 Dracont. Satisf. 227 nondum pubentibus annis ❡ G 406.
909 Vergil. A VII 213 genus egregium Fauni.
912 Vergil. A IIII 185 nec dulci declinat lumina somno.
916 Iuuenc. II 761 lumina mentis.
924 Vergil. A V 812 pelle timorem.
927 Vergil. A XI 793 patrias remeabo inglorius urbes.
928 sq. Vergil. A VII 458 sq. olli somnum ingens rumpit pauor ossaque et artus Perfudit toto proruptus corpore sudor.
935 Vergil. A VIII 90 ergo iter inceptum celerant XI 524 tenuis quo semita ducit („quo .. legitur et qua“ *Seruius*, quo *Auson. cento 110*).
937 Vergil. A VIIII 341 molle pecus.
938 ❡ E 626 sole calente E 590 solemque calentem.
939 Vergil. A VII 495 ripaque aestus uiridante leuaret.
942 ❡ G 829 niuea cum coniuge.
943 Vergil. E 8, 28 uenient ad pocula dammae.
945 Paulini Petroc. Vita Martini IIII 607 rursus in amplexus.
956 ❡ G 762 conceptis dicere uerbis.
959 Paulin Nolan. C. XXX 53 ad nostrae munia uitae.
977 ❡ E 251 animos deponere.
981 Ouid. M V 327 quin etiam mansura dabo monimenta per aeuum Inque domo soceri semper spectabere nostri X 725 luctus monimenta manebunt Semper .. mei.
982 Vergil. G II 23 hic plantas tenero abscindens de corpore matrum.
984 Vergil. E IIII 42 uarias discet mentiri lana colores.
985 Claudian. c. Ruf. I 207 rapiunt Tyrios ibi uellera fucos.
986 pecus balantum: Lucret. II 369 Coripp. Ioh. II 398.
990 Horat. ep. 2, 48 dapes inemptas ❡ *cf.* G 978 nihil externum.
994 ❡ G 391 tosta .. fornace.
995 ❡ G 1005 quae credit numina.
998 ❡ X 955 heremi terras .. uicistis Claudian. III cons. Honor. 46 ascensu uincere montes.
1001 Vergil. A X 756 caedebant pariter pariterque ruebant.
1005 ❡ G 995 quos credebat numina.
1010 Vergil. A XII 898 limes agro positus litem ut discerneret aruis.
1011 ❡ G 1345 iamque uiae medio.
1028 ❡ E 191 lentam uirgam.
1031 Vergil. A I 204 per uarios casus.
1032 Vergil. A VI 365 eripe me his inuicte malis.
1043 ❡ I 503.
1044 Auson. Eph. III 53 (deum omnipotentem) cernere quem solus coramque audire iubentem Fas habet . . . opifex rerum. ❡ E 139 dominum quia cernere non est Fas cuiquam.
1051 congrege turba: Victor III 279 ❡ *ind. uerb.*
1052 ❡ G 1133 X 622 prona ceruice. Iuuenal. VIII 161 dominum regemque salutat.
1054 Vergil. A I 748 uario noctem sermone trahebat. I 217 socios sermone requirunt.
1059 admorunt: Vergil. A IIII 367.
1063 Vergil. A VI 535 hac uice sermonum.
1066 Vergil. G III 340 raris habitata mapalia tectis.
1076 Iuuenal. XIII 206 extinctus tota pariter cum prole domoque.
1082 Vergil. A II 248 nos delubra deum.
1084 ❡ Ion. 50 nullorum ad numina diuum.
1116 sq. Horat. ep. 15, 1 caelo

fulgebat luna sereno inter minora sidera. Horat. c. I 12, 46—48 micat inter omnes . . uelut inter ignes luna minores *cf.* Ouid. M II 722 *sqq.*
1127 Stat. Th. VI 540 at tibi Maeonio fertur circumflua limbo . . . chlamys.
1131 Auson. Mos. 332 apricas . . . inter . . nouales.
1132 Auson. Mos. 312 in fastigia cono surgit . . pyramis.
1136 Iuuenal. VIII 161 ¶ G 1052.
1138 disrumperet ira: Martial VIIII 97 *alii.*
1141 Namque uidebatur: ¶ G 1248. I 329 Vergil. A VIIII 707 ipsa uidebatur.
1142 Vergil. A VII 8 cursus Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
1149 Vergil. A VIIII 393 dumisque silentibus errat.
1154 Vergil. A V 748 quae nunc animo sententia constet.
1162 Vergil. E IIII 39 mutabit merces.
1170 Auitus IIII 380 Cilicum dant tegmina saetae.
1174 Iuuenal. XIIII 18 gaudet acerbo plagarum strepitu. ibid. 14 et a magna non degenerare culina.
1190 ¶ I 643 iuuenibus calidis uendebat saucia noctes.
1195 Vergil. A III 423 sola uiri molles aditus et tempora norat.
1199 Paulini VM V 679 madidis iam paene elabitur ulnis.
1200 Iuuenal VI 285 uires a crimine sumit.
1202 Vergil. A VI 862 egregium forma iuuenem.
1204 Vergil. A V 161 compellat uoce Menoeten.
Horat. S I 7, 39 magna compellat uoce cuculum.
1213 Vergil. A V 845 pone caput fessosque oculos furare labori.
1218 Vergil. A VI 390 noctisque soporae.
1223 Vergil. A III 354 libabant pocula Bacchi.
1232 Paulini VM II 196 poenarum satis est de crimine solo.
1237 Claudian. in Ruf. II 340 atria regifico iussit splendere paratu. Claudian. IIII cons. Honor. 587 regificis-deliciis. Iuuenal XIIII 13 tanto cenare paratu.
Vergil. A VI 604 epulaeque ante ora paratae Regifico luxu.
1241 Vergil. A II 558 auulsumque humeris caput.
1248 ¶ G 1141.
1250 Vergil. G III 144 uiridissima gramine ripa. Auson. Mos. 203 attonsis pubentia germina prati s.
1252 Vergil. E III 102 uix ossibus haerent.
1257 Vergil. A IIII 454 horrendum dictu.
1267 Vergil. A VII 391 sacrum tibi pascere crinem.
¶ N 88 crinem . . pastum.
1275 ¶ G 429 uenis sitientibus ardor. Ciris 163 uenis hausit sitientibus ignem.
1279 Vergil. G III 335 dum - dum - Horat. Ep. I 7, 79 sqq. dum - dum - dum -
Auitus III 308 309 dum uita manet, dum luce uigemus *et* . C. de resurr. mort. 380 Et ideo dum uita manet, dum cernere lucem . . licet.
¶ G 1381 dum - dum -
1279 Vergil. E VIII 89 nec sit mihi cura mederi.
1287 ¶ G 1337 uera renarrans. Iuuenal. III 508 tuo sublimis honore.
1291 Vergil. A V 559 flexilis obtorti per collum circulus auri.
1302 Paulin. Nolan. C. XVIIII 317 totum pariter diffusa per orbem.
1311 Horat. S I 4, 12 ferre laborem.
1312 Vergil. A II 634 atque ubi iam patriae peruentum ad limina sedis.
1313 Vergil. A III 93 submissi petimus terram.
1314 Vergil. A VII 192 patriaque Latinus Sede sedens. Catal. 8 25 sedetque sede.
1315 A VI 409 longo post tempore. Vergil. E I 29. 67 longo post tempore.
1316 Horat. S II 6 31 memori s. mente.

1319 Vergil. A I 308 qui teneant: nam inculta uidet.
1323 ¶ I 443 filia quae patrios seruabat sola labores.
1327 ¶ G 1287 uera renarrantem.
1336 ¶ E 965 reddat geminum sub iudice pondus.
Iuuenal. VII 13 si dicas sub iudice „uidi."
Vergil. A VI 20 tum pendere poenas Cecropidae iussi.
1338 Dracont. de deo II 467 scelus omne peractum.
1347 mox deinde: Iuuenal. III 280.
1350 Vergil. A V 40 gratatur reduces.
1353 Vergil. A VII 125 accisis coget dapibus. ¶ E 652 accisis . . cibis.
1355 Vergil. A VI 128 sed reuocare gradum.
1364 leue olentia: ¶ E 1122 tusque, leuis cuius fit halitus aptus Naribus.
1370 Iuuenc. III 738 conuiuia laeta frequentent.
1388 ¶ D 198 cohaesit domino plebes Iacobi.
1400 Vergil. A VIII 184 postquam exempta fames et amor compressus edendi ¶ G 884.
1403 ardens: ¶ G 1407 fulgentia pocula.
1419 Vergil. G IIII 393 quae sint, quae fuerint, quae mox uentura trahantur.
1426 ¶ G 1461 gratuita . . farra.
1432 Iuuenc. III 763 indutum pollutae uestis amictu.
1437 ¶ G 362 ut legis formula cauit.
1450 Vergil. A I 414 aut ueniendi poscere causas.
1453 Vergil. A V 247 argenti magnum dat ferre talentum.
1461 ¶ G 1426.
1495 Vergil. A VI 128 sed reuocare gradum.
1498 Vergil. A X 819 tum uita per auras Concessit maesta ad manis corpusque reliquit.

EXODVS.

4 Paulin. Nol. C. XXVII 40 Memphitica tellus.
8 Vergil. A VII 794 agmina densentur campis.
12 Horat. C III 16, 43 parco quod satis est manu.
15 Vergil. A III 234 arma capessant.
20 ¶ G 375 leuat arces.
28 Vergil. G III 347 fasce sub iniusto G IIII 204 sub fasce.
33 ¶ *cf.* E 901 crimen ad auctoris merita per damna recurrat.
55 Vergil. A VI 200 quantum acie possent oculi seruare sequentum.
57 natatus: Auson. Mos. 77 *al.*
63 Horat. C II 3, 28 impositura cumbae.
66 Tacit. Germ. 5 nec armentis quidem suus honor aut gloria frontis. Val. Flacc. IIII 29 frontis honores.
73 Vergil. A VII 162 primaeuo flore iuuentus ¶ X 746 primaeuo quae flore uirens.
87 Vergil. A II 370 primus se . . offert nobis.
96 ¶ E 376 nemo solum uertit.
Iuuenal. XI 49 qui uertere solum.
129 Prudent. Cath. 31 Moyses nempe deum spinifera in rubo Vidit conspicuo lumine flammeum.
139 ¶ G 1044 domini nomen . . soli quod ius est nosse tonanti.
142 ¶ E 122.
152 Claudian. IIII cons. Hon. 118 magnarum largitor opum.
164 *et* 1034 Aedilulf. XII 56 haec ubi detonuit.
171 Vergil. G IIII 255 corpora luce carentum.
174 Lucan. IIII 249 animosque labantes confirmant ictu.
193 Vergil. G II 154 neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
196 Vergil. A III 538 equos . . candore niuali.
197 Vergil. A VI 449 rursus et in ueterem fato reuoluta figuram.
202 Iustin. XIII 7, 6 linguae nodis solutis. Augustin. Conf. I c. 9 § 14 rumpebam nodos linguae meae.

203 Iuuenc. II 146 cordis secreta pererrant III 169 secreto cordis promuntur noxia uitae.
¶ I 580 tacitae cordis secreta renudat.
206 Vergil. A X 63 quid me alta silentia cogis Rumpere.
Hieronym. ep. 118. longum ad te silentium rumpo.
214 Vergil. A I 10 insignem pietate uirum.
225 Vergil. A XI 348 mortemque minetur.
226 rimatur silicem: *cf.* Apul. met. 27 rimatus frondosum fustem .
231 Vergil. G I 70 sterilem . . harenam.
¶ IX 51 uacuas heremi squalentis harenas. I 38 solas heremi scrutantur harenas. E 186 informes heremi ducenda per agros. D 1 informis heremi uexatus harenis. D 36 informes heremi terras.
242 subnixus adorat: ¶ *uid. index uerb.*
251 Vergil. A XI 366 pone animos et pulsus abi. Ouid. hal. 45 animos ponit captiua minaces.
255 ¶ E 440 duris . . uocibus usa.
266 Vergil. A V 84 cum lubricus anguis.
281 ¶ E 337 congestaeque simul.
285 ¶ E 375 curaque omittitur omnis.
296 Iuuenc. II 523 leti post funera
297 Pers. I 47 neque enim mihi cornea fibra est (*inde* Sidonius epp. IIII 1 VII 11).
328 ¶ *infra* 350 totum censum.
330 Ouid. a. a. II 449 inuitas . . ad aures. Quintilian. V 7. 27 nihil enim facile persuadetur inuitis.
332 Vergil. A VIIII 314 noctisque per umbram.
334 Vergil. G IIII 61 frondea semper tecta petunt.
337 ¶ E 281 congestaeque simul.
350 ¶ *supra* 328.
354 Vergil. A III 685 leti discrimine paruo X 511 tenui discrimine leti VIIII 141 leti discrimina parua.
358 Vergil. A XII 607 resonant late plangoribus aedes.
359 Vergil. A VIIII 73 tum uero incumbunt.
365 Vergil. G III 536 contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
370 Vergil. A V 727 tandem miseratus ab alto.
375 Stat. S IIII 6, 1 forte remittentem curas.
¶ E 285 curamque omittit inanem.
Iuuenc. III 566 torperent otia lenta.
376 ¶ E 150. Paulin. Nol. c. XV 82 ille solum caelo uertit.
Ouid. M III 11 bos . . nullum passa iugum curuique immunis aratri. Ouid. M I 376 immunis . . per se dabat omnia tellus.
¶ G 737 terram curuo dum sulcat aratro E 856 curuique immunis aratri.
380 dubios cibos: Ter. Ph. 342 Horat. S II 2, 77. Auson. Mos. 102.
383 Iuuenal. XI 66 haedulus et toto grege mollior.
385 Carmen adu. Marcion. II 2, 14 signantur sanguine postes.
388 Iuuenal. XIIII 99 mox et praeputia ponunt.
393 Culex 396 telluris tumulus formatum creuit in orbem.
394 ¶ G 640 azyma quos tenui de polline candida pascit.
401 ¶ X 478 cui gramen hysopi.
406 Victor III 319 succiduis gradibus decursa propago.
414 mane nouo: Vergil. III 325 dum mane nouum.
413 per deuia: ¶ E 547.
421 Iuuenc. I 580 M. praetumidae . . iactantia mentis.
427 Vergil. G III 107 uolat ui feruidus axis.
(Arator I 675 uolat axe citato).
428 Vergil. A VIIII 749 XII 729 consurgit in ensem.
429 Vergil. G III 108 iamque humiles iamque elati sublime uidentur . . adsurgere in auras.
433 Vergil. V 442 uariis adsultibus inritus urget.
435 ¶ G 1059 admorunt.
440 ¶ E 255 immodicis sermonibus usi.

441 Vergil. A II 72 memoret quae sit fiducia capto.
A I 132 tantane nos generis tenuit fiducia uestri? XI 502 siqua est fiducia forti
¶ N 387 nam quae fiducia ciues.

446 Vergil. E II 14 nonne fuit satius.

459 Horat. C I 18, 4 mordaces . . sollicitudines. Augustin. Conf. 7, 5, 7 curis mordacissimis. Vitalis epit. (Anthol. lat 683 R.) 9 mordacibus curis.

467 haec ubi disseruit: ¶ E 611 IN 222. Ouid. M. VIII 702 uota fides sequitur III 527 dicta fides sequitur cf. IIII 549 etc. Auitus VI 429 ni dictum facta sequantur.

474 Boet. cons. phil. I c. 5, 1 felix nimium prior aetas. Claudian. III cons, Hon. 97 o nimium dilecte deo cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes, cui militat aether Et coniurati ueniunt ad classica uenti. (Augustin. c. d. V 26, *ex* Augustino Orosius VII 35, 21 *sic:* O nimium dilecte deo! tibi militat aether Et coniurati ueniunt ad classica uenti.) ¶ IN 130 dilapsus ab alto Aethere nunc ueni, totis cui militat astrís Insignis legio. Paulin. Petr. V M V 557 cui militat aer et permansurum seruant elementa pauorem,

486-487 Vergil. G IIII 360 at illum Curuata in montis faciem circumstetit unda Accepitque sinu uasto misitque sub amnem.

496 Vergil. A II 199 hic aliud maius miseris multoque tremendum Obicitur magis atque inprouida pectora turbat.

507 Cantemus domino deoque nostro: Sedul. Eleg. 1 Cantemus, socii, domino cantemus honorem.
Paulini VM VI 407 sic ripa ulterior tanto gauisa triumpho: „Cantemus domino" laetata et credula dixit.
Hraban. hymn. VII 1 (PC II 248 Duemml.) Cantemus domino deoque nostro. Cruindmelus p. 34, 16 Huemer.
Florus Lugd. (P C II 516 Duemmler) II 1 Cantemus domino magna est cui gloria Christo.

524 Victor III 534 Niliacus tyrannus.

526 Vergil. A IIII 646 ensemque recludit VIIII 423 ense recluso.

531 Horat. c. III 30, 14 sume superbiam quaesitam meritis ¶ N 95 quaesitam ut meritis ualeat contingere metam.

536 Martial. VI 4, 1 Censor maxime principumque princeps.

545 consona: *cf.* Auson. Eph. orat. 84 Auitus V 717,

553 Martial. IIII 18, 4 praegrauis unda.

554 Vergil. G III 508 obsessas fauces premit aspera lingua.

559 ¶ IN 403 unus ab astrigera signum qui sumpserat aula.

562 Vergil. A XII 725 duas librato examine lances. Auit. III 287 librato examine ueri.
¶ IN 456 librata expendere lance IN 359 librato in pondere N 534 aequato examine E 1060 aequa lance *cf.* L 153.

574 Vergil. E V 5 tum rigidas motare cacumina quercus.

578 Vergil. A VI 633 gressi per opaca uiarum.

579 Vergil. A VI 93 XI 480 causa mali tanti IIII 169 primus malorum causa.

597 Vergil. A VII 125 accisis coget dapibus consumere mensas. ¶ G 1353 accisi cum deinde cibi.

606 Vergil. A I 627 quare agite.

615 Paulini Petr. VM III 340 aurora . . croceo obnubens palantia sidera fuco.

624 Aediluulf. XVIII 31 cum mensura cibi totum quod sufficit ambit.

626 plus iusto: Horat C. III 4 24 *al.*
¶ G. 938 sole cadente.

656 Vergil. A IIII 177 caput inter nubila condit.

662 congrege turba: Victor III 279 ¶ *ind. uerb.*
Peru. Ven. 43 congreges inter cateruas.

681 Victor III 547 crinemque in prona retorsit.

689 ❡ E 1039 celsum confestim construit altar.
698 noscitat: ❡ G 883 E 1319.
708 ❡ N 688 ueluti cum sola per arua.
716 Martial. V 55, 1 uolucrum regina.
725 ❡ E 776 uitae quam prorogat ingens . . deus.
737 ❡ N 195 longa in deserta uadentes.
749 Vergil. A III 665 necdum fluctus latera ardua tinxit IIII 246 latera ardua cernit Atlantis duri.
761 Aldhelm. hexast. 10, 6 undosi contemno marmora ponti ❡ G 272 per glauca . . . salsa . . . Anthol. lat. 718, 18 R. glaucum profundum.
764 Sedul. I 349 sed tu dare grandia nosti.
768 Horat. Ep. II 1, 142 cum sociis operum, pueris et coniuge fida.
772 ❡ G 40 septima luce deus factorum fine quieuit.
773 Vergil. A V 49 iamque dies nisi fallor adest, quem semper acerbum, semper honoratum, sic di uoluistis, habebo.
785 Vergil. A II 660 si . . sedet hoc animo V 448 si Dares haec . . arma recusat Idque pio sedet Aeneae (VII 611 ubi certa sedet patribus sententia pugnae XI 651 uix haec sententia sedit)
790 Sedul. II 54 ne nos seruile teneret Peccato dominante iugum.
847 Vergil. A II 758 ilicet ignis edax summa ad fastigia uento Voluitur. Ouid. M VIIII 202 XIII 541 F IIII 785 *alii* Victor II 119 Ignis edax.
856 ❡ E 376.
859 ❡ E 281 odio soluuntur acerbo.
861 Stat. Th. VI 267 nondum lunatis fronte iuuencis. Claudian. rapt. Pros. I 129 nondum . . lunatae curuauit germina frontis.
895 ❡ N 607 pampineas inter uites. Ouid. P III 8, 13 pampineis . . uitibus.
901 ❡ E 33.
913 Lucan. V 190 spumea tunc primum rabies uesana per ora Effluit. Victor III 439 ieiuni rabies uesana leonis.
950 Stat. S I 2, 202 quod durum permensus iter.
969 ❡ D 63 septemque diebus otia lenta ferat.
975 ❡ N 122 nouorum in mense.
988 ❡ G 145 adipemque niualem.
989 ❡ D 62 sit pascha quotannis peruigili cum nocte potens.
1004 Vergil. A VII 100 ❡ Gen 464 quam sol utrumque r. A.
1014 Paulin. Nolan. C. XXII 93 expertus quem cuncta tremant
1026 ❡ E 1032 atque agmine multo.
1033 Vergil. A VII 759 uitrea te Fucinus unda, Te liquidi fleuere lacus.
Ouid. M III 161 fons . . tenui perlucidus unda.
❡ N 552 uitrea perliquidus (perlucidus) unda.
1040 Vergil. A XII 592 uacuas it fumus ad auras.
1041 Ouid. am. III 13, 15 et uituli nondum metuenda fronte minaces. Seneca Herc. 141 nondum rupta fronte iuuencus.
1060 ❡ E 562.
1062 Iuuenc. III 330. caelo praefulgida nubes Circumiecta oculis uestibat lumine montem.
1073 ❡ E 1105 lammina conspicui . . auri.
1074 ❡ L 151 in laeuum dextrumue latus.
1082 Aediluulf. XX 50 sq. hic tamen haec placuit rerum commenta nouare, Mirificis sunt facta modis quae: laudibus ornet Versificus, poterit qui digne haec dicere doctus.
1082 Angilbert. VI 411 multaque praeterea.
1083 I G 467—469 *cf.* 512 sq. Sedul. ❡ 101 cuncta quis expediet, quorum nec lucida caeli Sidera nec bibulae numeris aequantur harenae.
1090 Iuuenal. XI 155 ardens purpura.
1099 Dracont. de deo I 322 frigidus et roseo carbunculus ardet honore. ❡ G 59 prasinus huic nomen, illi est carbunculus ardens.

1099 1103 Aediluulf. XXII 78 saphirus hic solium biriloque adnexus inante Fecerat eximium dominus cui insederat almus.
1100 Claudian. rapt. Pros. I 184 rutilum squamis intermicat aurum.
1114 ¶ L 223 pendeat ante tholum lychnus laquearibus altis, Noctibus ut praestet flammatum lumen oliuum.
Vergil. A I 726 dependent lychni laquearibus aureis Incensi et noctem flammis funalia uincunt.
1115 ¶ I 350 et noctem multo radiantes lumine uincunt.
1122 ¶ G 1364 leue olentia tura.
1144 Sedul. I 205 ardentis fidei restincta est flamma caminis.
1158 ¶ IN 48 ex furua cum primum dempsit Aegypto.
1190 ¶ G 467 sqq.
1192 Ouid. M I 722 gemmis stellantibus.
1202 Vergil. A V 776 extaque salsos proicit in fluctus V 238 extaque salsos proiciam in fluctus (porriciam *Seruius et Macrobius*).
1221 Vergil. A VIIII 379 (377) obiciunt equites sese ad diuortia nota.
1228 Vergil. A III 56 quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames IIII 412 improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis? *cf.* Ouid. M IIII 201 VI 472.
1230 ¶ IN 172 dum cautes numina credit.
1246 ¶ F 144 celsa ceruice tumes.
1261 sq. ¶ E 1061 labitur aetherio propere nubs fulgida caelo.
1275 ¶ E 1241 at tu depropera.
1288 Aldhelm. p. 288: lanigerae pecudes et equorum bellica pubes. *cf.* idem p. 218 . . septem lanigerarum pecudum (*uid. p. 210*).
¶ L 114 quae sint consortia noxae.
1303 Prudent. Apotheos. 544 commissa piacula soluit.
1304—25 Aediluulfus XIII 11 sqq. (*emend. Traube p. 23*). triuerat hic soles nullamque adsumpserat escam Ieiunum referens uolitanti lumine pectus. Nec mirum: excellens faciat si talia princeps, Cum maiora boni patrent his aeque minores. Atque dies multas certant ieiunia Christo Reddere, ne mentes fallax eluderet astu Incautas hostis subitae uirtutis honore. Saepius ipse luit sacrae formidine plebis Bella nefanda: simul populo certante fideli Auxilium praestans Christus concertat ab axe.
1324 Vergil. E IIII 44 croceo mutabit uellera luto.
1332 ¶ G 130 dum calidus deferuet apex flammasque uolutat.

LEVITICVS.

9 ¶ E 847 expiat ignis edax I 607 ignis edax [uoluitur].
14 ¶ L 440 nec longum dilata nece; nam cardine rupto.
17 Vergil. A VI 219 corpusque lauant frigentis et ungunt.
20 Claudian. de hystrice 7 oculis rubet igneus ardor.
34 Horat. S I 5, 87 oppidulo quod uersu dicere non est. *cf.* Lucilius VI 39 M. Ouid. ex P IIII 12, 5.
41 pelliculam: Iuuen. XIIII 104.
45 ¶ E 829 nil fraudis haerebit.
48 ¶ N 90 turtures aut simili candentes pluma columbas. *cf. infra* 68 *et* 85 *sq.*
63 ¶ N 135 riuo uiridantis oliui.
64 sq. Horat. Ep. I 7, 44 paruum parua (*sc.* dona) decent.
66 ¶ N 2 mensibus explicitis N 98 expliciti . . cursibus anni.
70 Vergil. A X 642 et quae sopitos deludunt somnia sensus. Auson. Eph. 203 *sqq.*
77 Auson. Mos. 41 cessante remulco.
86 Vergil. A V 237 taurum constituam ante aram uoti reus.
¶ N 68 uotique implere reatum.

110 *cf.* ¶ G 340.
117 118 Iuuenal. VI 268 sq. lectus in quo nupta iacet.
141 C. de mensibus 19 octobri laetus portat uindemitor uuas *(Baehrens. PLM I 211.)*
149 surde!: Pers. I 128 lusco qui possit dicere „lusce!"
151 ¶ E 1074 in dextrum laeuumque latus.
161 ¶ I 89 contractas concutit iras.
171 ¶ G 958 mercede seorsa.
179 decembres: ¶ I 208.
184 rutilare: *cf.* Iuuenal. XIII 164.
190 191 Iuuenal. XIII 55 sq. si iuuenis uetulo non adsurrexerat et si Barbato cuicumque puer.
191 grandior aeuo: ¶ G 867.
195 Iuuenc. I 124 ut iuste iusto seruire queamus.
197 Iuuenal. III 186 ille metit barbam, crinem hic deponit amati.
205 Claudian. IIII cons. Hon. 235 capitis in arce.
Auitus I 82 hinc arcem capitis sublimi in uertice signat.
223 ¶ E 1115 pendeat ut lychnus semper laquearibus altis Incensus noctemque suo de lumine uincat.
287 Ouid. M VIII 825 'plusque cupit quo plura suam demittit in aluum 837 demisso in uiscera censu. Ibis 385 ut quos demisit uastam Polyphemus in aluum.
289 Vergil. A V 331 hic iuuenis iam uictor ouans.
290 crines: ¶ E 417 claro fulgebat crine cometae. H 68 puniceos .. capillos. Victor I 99 puniceos .. crines.

NVMERI.

22 ¶ N 747 quae deinde summa sexcenta ad milia uenit Atque bis octona, tercentum insuper auctis.
48 ¶ L 200 femina, noctiuagus si quam possedit adulter.
53 ¶ N 216 pinguique inrorat oliuo.
56 Vergil. A I 505 media e testudine templi. ¶ I 710 media testudine templi.
71 Horat. Ars 122 iura neget sibi nata.
78 Pers. V 86 mordaci lotus aceto.
86 morte obita: Vergil. A X 641 *alii.*
87 curis mordacibus: Vitalis epit. 9.
88 ¶ G 1267 crines carcere pastos.
90 ¶ L 48. 68. 85.
95 Horat. C III 30, 15 sume superbiam quaesitam meritis.
¶ E 531 quaesitam meritis tenebo palmam.
111 miserator: Iuuenc. II. 293.
112 Vergil. A X 3 sideream in sedem.
112 ¶ N 279 sublimi de sede N 677 sacro de sidere rector . . uide.
116 ¶ N 53 nec pingui inroret oliuo.
128 ¶ N 142 discretis diebus.
135 ¶ L 63.
178 ¶ N 757 terrificasque tubas.
185 ¶ G 51 primique adspectat lumina solis (G 534 prima sub tempora noctis opacae).
195 ¶ E 737 pecus longa in deserta minare.
200 Fortunat. VII 12, 18 dulcia mella fauis.
205 Vergil. A XI 855 cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum.
207 ¶ E 773 semper honoratus.
216 Vergil. A VIII 580 dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri.
225 ¶ G 420 sit . . grandior actu.
236 ¶ I 550 inpete dextra.
243 Ouid. ex P. IIII 9, 54 detque bonum uoto lucidus omen apex.
248 ¶ G 778 obstipumque caput.
287 296 ¶ I 524.
308 nec mora cum: ¶ E 296 *al.*
309 Vergil. A VIII 61 supplicibus supera uotis.
324 Vergil. A I 309 sociisque exacta referre.
338 Vergil. A VIIII 530 (527) turris erat uasto suspectu et pontibus altis ¶ G 364.
342 Vergil. A I 465 multa gemens largoque umectat flumine uultum.
347 minutal: Iuuenal. XIIII 129.
354 Vergil. G III 541 iam maris inmensi prolem et genus omne natantum.
355 Iuuenal. IIII 67 propera stomachum laxare saginae.

¶ Rell. 7 plenam . . saginam.

357 Vergil. G IIII 422 cresceret in uentrem cucumis.
Propert. IIII (V) 2, 43 caeruleus cucumis tumidoque cucurbita uentre.
Moret. 781 et grauis in latum dimissa cucurbita uentrem.

357 sqq. Hieronym. ep. 121, 2 (856 e): reuersusque mente in Aegyptum et desiderans caenosam ac palustrem regionem, peponesque et caepe et alia et cucumeres ollasque Aegyptiarum carnium . . .

359 Iuuenal. III 293 sectile porrum.

364 Ouid. ex P. IIII 13, 49 quanta potes praebe nostrae momenta saluti.

375 ¶ G 777 Rebecca . . dorso defluxit ab alto.

379 Sedul. II 37 et dictum comitata fides.

379 ¶ 538 dum procubus orat 585 quae procubus oret.
G 704 procubus ante deum 710 procubus audit.

387 Vergil. A XI 282 experto credite.

387 ¶ E 441 quae tanta fuit fiducia.
Vergil. A I 132 tantane uos generis tenuit fiducia uestri?
Vergil. A II 75 memoret quae sit fiducia capto.
XI 502 sui merito si qua est fiducia forti.

416 Vergil. A X 584 uaesano talia late Dicta uolant Ligeri XI 381 uerbis Quae tuto tibi magna uolant.

422 Vergil. G III 236 signa mouet praecepsque oblitum (oblicum *M*) fertur in hostem.
¶ N 750 ilicet omnipotens obliquum uertere in hostem.

440 ¶ L 14 haut multum dilata nece.

445 ¶ IN 224 et pecora et quidquid rerum seruauerat idem.

446 ¶ G 248 serpentes nex una premat.

447 Vergil. A VI 491 ingenti trepidare metu.

483 Vergil A VI 149.

488 Vergil. A X 464 magnumque sub imo Corde premit gemitum *etc.*
¶ G 1212 trepido sub corde N 505 ancipiti sub corde.

492 Vergil. A XII 496 furiis accensus et ira.

494 Vergil. E X 42 hic gelidi fontes.

495 tosto sole: *cf.* G 607.

503 ¶ I 635 inriguos duris laxauit cotibus amnes.

525 Vergil. A V 586 terga fuga nudant.

530 Stat. Th. XII 536 Atthides obliquae secum mirantur operto Murmure.

534 colorum: ¶ N 352 sqq.

535 aequato examine: *cf.* ¶ E 562.

539 lugubre: Vergil. A X 273.

541 ¶ D 144 quo promptior esset Sollicitudo dei cunctorum in corde uirorum.

544 Vergil. A V 489 malo suspendit ab alto.

551 Vergil. A VII 759 uitrea te Fucinus unda. Te liquidi fleuere lacus. Ouid. M III 161 fons . . tenui perlucidus unda.
¶ E 1032 Euphrates uitreis perliquidus (praelucidus) undis.

554 Vergil. G II 485 rigui . . in uallibus amnes.

595 mittit oratores: ¶ IN 322 I 733.

610 ¶ N 631.

611 Vergil. A I 405 conuectant calle angusto XI 524 tenuis quo semita ducit.

613 ¶ IN 125 quendam mucrone micantem Perspicit.

622 prona ceruice: ¶ G 1052.

624 Vergil. A VIIII 798 et mens exaestuat ira.

633 Ouid. M IIII 733 exegit . ferrum *al.*

639 Vergil. A VI 688 uicit iter.
Paulin. Nol. ep. XXVIII 1 pr. uictor longissimarum uiarum; bene idem dicendus simul et uictor et uictus, quia uincitur caritate, qua uincit uias duras.

649 *cf.* ¶ G 904 I 138.

677 de sidere: *cf.* ¶ N 112.

681 Vergil. A XI 441 haud ulli ueterum uirtute secundus.

683 Vergil. E I 77 carmina nulla canam.

687 ¶ E 707 cum sola per arua.

688 Vergil. A VIIII 53 campo sese arduus infert.

695 Iuuenc. IIII 459 depromit pectore uerba.

698 Vergil. G II 404 siluis aquilo decussit honorem.
707 Vergil. A. VII 165 spicula contorquent.
XI 676 quotque emissa manu contorsit spicula dextra.
718 Vergil. A V 248 argenti magnum dat ferre talentum.
719 Vergil. A I 359 ignotum argenti pondus et auri.
737 Phinea hasta: Ouid. M V 8 Phineus . . . quatiens . . hastam
745 Vergil. A VII 162 primaeuo flore VIII 160 prima genas uestibat flore iuuentas.
❡ E 73 primaeuo qui floruirent.
748 ❡ N 22 Gaada seorsum Bis quaterna facit (*sc.* milia), sexcentis comminus auctis.
765 Vergil. A I 194 et socios partitur in omnes.

DEVTERONOMIVS.

1 ❡ E 186. 231 D 37
5 ponto: ❡ IN 103.
18 Vergil A V 586 et nunc terga fuga nudant.
20 Vergil. G II 309 picea caligine.
❡ G 87 detersa nocte.
30 Prudent. Cath. V 68 dum plebs sub bifido permeat aequore.
37 Horat. C I 22, 22 in terra domibus negata.
❡ D 202 tellus . . abnegata tectis.
42 Auitus V 452 sqq. uincla pedum firmante uia, dum tempore tanto Non adtrita suum seruarent tegmina pondus Mollitieque noua prisci durantis amictus Sic longaeua foret, quod non damnosa, uetustas.
❡ IN 304 *sq* (*c.* 9 13.)
50 Vergil. A III 599 per sidera testor.
51 C. de laudibus domini 60: his aulam domini placuit contexere.
56 Ausonius Eph. 107. (Oratio 61): non faciam cuiquam, quae tempore eodem Nolim facta mihi.
60 Iuuenal. XIIII 185 nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet . .
61 Sedul. II 39 nascendi sub lege fuit.
Auson. Epit. 34, 3 P. nascendi qui lege datus.
62 ❡ E 990 peruigilem et noctem.
63 ❡ E 969 debet quia septimus esse otia lenta ferens.
77 Vergil. A VI 853 parcere subiectis et debellare superbos.
❡ D 277 parcit subditis et pios reseruat.
Ion. 15 *sqq.*
89 Ouid. Ars I 100 ille locus casti damna pudoris habet.
Claudian. bell. Gildon. 188 nec damna pudoris.
Auson. ep. 94. 4 P. Paulin. Pell. 581 damna pudoris.
116 Iuuenal. VI 226 auolat et spreti repetit uestigia lecti. ❡ I 744
130 iurgia-rixa: Tac. H I 64 II 27.
184 Ouid. M III 136 ante obitum supremaque funera.
198 ❡ G 1388 cohaerere deo . . uatem.
202 ❡ D 57.
208 *cf.* Iuuenc. IIII 81.
278 ❡ D 77.
279 Fortunat. IIII 7, 45 cecinit modulamine dulci.
287 ❡ G 124 donec in occiduo uenientis tempore mortis.

IESV NAVE.

9 Auson. Mos. 245 tranquillo qua labitur agmine flumen.
18 Iuuenc. III 315 caeli fulgens cum regna capessam.
32 Vergil. A VII 131 quae loca quiue habeant homines, ubi moenia gentis, Vestigemus.
40 Iuuenc. I 763 cum uoce loquentis.
41 Vergil. A II 330 portis alii bipatentibus adsunt.
48 ❡ E 1158 furua . . Canopo.
49 Vergil. A VII 810 uel mare per medium fluctu suspensa tumenti.
51 ❡ D 1 I 38.
58 Vergil. A VIIII 461 aeratasque acies in proelia cogit.

¶ IN 150.

72 Vergil. VIIII 312 egressi superant fossas 364 excedunt castris et tuta capessunt.

84 *sq.* ¶ N 764 purgare fluentis.

89 Auson. Mos. 47 sicca in primores pergunt uestigia lymphas.

97 Tibull. IIII 1. 75 uel si interrupto nudaret gurgite pontum. Liu. XXVI 45 septemtrio . . nudauerat uada.

97 ¶ IN 420 Rubenae Gadaeque simul sociaeque Manasse. N 771 Rubena tribus mediaque Manasses.

101 Vergil. G IIII 135 frigore saxa rumperet et glacie cursus frenaret aquarum.

101 ¶ IN 543 stringitur in glaciem calidum durata per aestum.

103 oceanum: ¶ D 5 LXX Ἰησοῦς Ναυῆ 3. 16 εἰς τὴν θάλασσαν Αραβα θάλασσαν τῶν ἁλῶν *cf.* LXX Δεύτερον 1. 1 πέραν τοῦ Ἰορδάνου . . πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

120 ¶ G 640 azyma quos tenui de polline candida pascit. I 282 azyma mox niuea de polline facta locantur.

122 ¶ E 975 primo uos mense nouorum.

125 ¶ N 613 uidit mucrone micantem.

126 Vergil. G III 169 coge gradum conferre iuuencos.
Sil. IIII 372 iunxere gradus.
¶ E 1057 secum subiungere gressus.

131 ¶ E 475 candens cui militat aether *cf.* Claudian. III cons. Hon. 98.
Paulin. Petr. VM V 557 qui caelum terramque regit, cui militat aer.

148 Vergil. A VII 637 classica namque sonant. it bello tessera signum.

149 Ouid. M VIIII 795 postera lux radiis latum patefecerat orbem.

150 Vergil. A VIIII 461 aeratasque acies in proelia cogit. ¶ IN 58.

156 Vergil. A XII 921 murali concita numquam Tormento.

161 ¶ IN 261 iumentaque tantum sunt discreta neci.

164 domino uirtutum: Psalm. 23. 10; 45, 8. 12.

171 Sedul. II 193 pronus adoraret.

176 Vergil. G IIII 429 consueta petens . . antra. (*cf.* Ouid. M. XI 259 *al.*) ¶ IN 227 consueta . . robora.

180 Iuuenal. X 341 nota urbi et populo contingat principis aurem.

184 ¶ E 1291 o domine.

201 Iuuenc. I 297 nullo sub crimine culpae.

203 Vergil. A III 589 IIII 7 aurora polo dimouerat umbram. XI 210 tertia lux gelidam caelo dimouerat umbram.

203 noctem . . opacam: Vergil. A VIII 658 X 161 IIII 123.

204 Vergil. IIII 572 corripit e somno corpus sociosque fatigat.

209 Vergil. A XI 782 femineo praedae et spoliorum ardebat amore.
Vergil. A VII 550 accendamque animos insani Martis amore.
Ouid. M XI 527 laudisque accensus amore.

215 Vergil. E II 69 fare age quae te dementia cepit.

224 ¶ N 445 et pecora et quidquid fuerat sub iure nocentum.

226 Vergil. A VI 382 his dictis curae emotae.

232 Vergil. A XI 515 furta paro belli conuexo in tramite siluae.

241 Vergil. A XI 880 hos inimica super mixto premit agmine turba.

248 *sq.* Vergil. A III 573 sq. candente fauilla Attollitque globos flammarum.

249 Vergil. G I 473 flammarumque globos.

252—254 Vergil. A XI 887 *sqq.* exclusi ante oculos lacrimantumque ora parentum pars in praecipitis fossas urguente ruina Voluitur . . pars . . Arietat in portas et duros obice postis.

261 ¶ IN 261 femina sola fuit . . . ciuili discreta neci.

263 ¶ E 154.

264 *sq.* ¶ IN 368 sq. et qui dumosis habuere in collibus arces aut curuas coluit ualles camposque iacentes.

267 *sq.* ¶ IN 385.
269 ¶ E 155 Ferezaea manu Gergessorumque sequente.
271 Vergil. A XII 4 attollitque animos
272 Vergil. A VIIII 182 his amor unus erat.
G III 244 amor omnibus idem. A XII 282 sic omnis amor unus habet decernere ferro.
302 Iuuenal. III 150 consuto uulnere crassum Atque recens linum.
305 ¶ D 42 *sq.* (Deut. 8, 4 *οἱ πόδες σου οὐκ ἐτυλώθησαν*). Alcimus Auitus V 452 *sqq.*
322 mittit oratores: ¶ N 595 I 733.
322 Liu. II 35, 5 precibus plebem exposcentes . . . donarent.
337 Vergil. A VI 504 te . . procubuisse super confusae stragis aceruum.
340 Vergil. A IIII 120, 161 commixta grandine nimbus V 458 multa grandine nimbi X 803 effusa grandine nimbi.
347 librato pondere: *cf.* ¶ E 562.
348 lunaris circulus: Ouid. M XV 790 lunares currus *etc.*
354 Iuuenal. X 88 in ius Ceruice obstricta dominum trahat.
368 sq. ¶ IN 264 sq. et qui dumosis posuere in montibus aulas uel campos habitant laetos uallesque supinas.
385 ¶ IN 267 *sqq.*
390 Vergil. A XII 162 quadriiugo uehitur curru.
403 ¶ E 559 astrigera dominus nisi mitteret aula.
407 Vergil. A IIII 584 *al.* ¶ E 615 croceo ab axe.
419 ¶ IN 98. N 771.
440 ¶ E 1299 in prolem natosque patrum natosque natorum.
445 ¶ IN 349 ut elementa.
447 Vergil. A V 363 nunc, si cui uirtus animusque in pectore praesens.
455 librata . . lance: ¶ E 562.
480 Vergil. A VI 384 ergo iter inceptum peragunt fluuioque propinquant.
482 monumenta patescunt: Auson. epit. 32, 9 monumenta fatiscunt.
483 Horat. Ep. I 2, 7 conlisa duello.
499 Iuuenal. XIIII 142 et proferre libet fines.
505 Vergil. A I 41 unius ob noxam.
520 Vergil. A II 309 tum uero manifesta fides III 375 te maioribus ire per altum Auspiciis manifesta fides.
536 Vergil. A VIII 8 latos uastant cultoribus agros. Lucan. VIIII 162 linquam uacuos cultoribus agros.
542 ¶ IN 101 stringitur et glacie frenatur cursus aquarum.
551 Sedul. I 242 heu miseri qui uana colunt.
560 Vergil. A II 75 quae sit fiducia capto.
569 ¶ G 1084 ipse deos nullos terebinthi condit in antro.

IVDICES.

14 Ouid. M VIII 679 meritasque luet uicinia poenas. Ibis 617 poenas pro crimine falso Morte luas.
15 sine more: Vergil. A V 694 s. m. furit. VIII 635 raptus s. m. Sabinas.
39 Ouid. Am. II 6, 55 explicat ipsa suas ales Iunonia pinnas.
88 ¶ Rell. 15 captiuamque manum deformis seruitus urget.
89 ¶ L 160 iram . . quae contracta uigebat.
98 Vergil. A IIII 267 heu regni rerumque oblite tuarum.
113 fabrorum pignora: *cf.* Horat. S I 8, 1—3.
121 Vergil. A V 749 haud mora consiliis, nec. . .
129 ¶ N 725 sanctusque putat quas uicerat aras.
135 ¶ G 67 intonsum nemus I 381 intonsi dumi.
143 Paulin. Euch. 497 ad solamina uitae.
148 Ennod. c. II 104, 2 (p. 182 Vogel) innumeris doctor dotibus ille cluit.
164 Paulin. VM III 244 crimina donans.

159 Ouid. M V 158 tela uolant hiberna grandine plura.
178 Vergil. A X 788 ensem . . . eripit a femine.
178 Vergil. A VI 406 aperit ramum qui ueste latebat.
179 uterum: Iuuenal. X 309 utero pariter gibboque tumentem.
179 Vergil. A II 553 lateri capulo tenus abdidit ensem.
181 Vergil. A II 504 postes . . superbi VIII 721 superbis postibus.
184 Martial. I 37, 1. XIII 29, 2 uentris onus.
187 Horat. C I 1, 23 lituo tubae permixtus sonitus.
199 Vergil. A VI 739 ergo exercentur poenis ueterumque malorum supplicia extendunt.
206 Vergil. A VIII 596 quadrupedante — campum.
208 decembres: Horat. Ep. I 20, 27 me quater undenos sciat expleuisse decembres. Auson. Par 9,25 ❡ L 179.
211 ❡ X 703 in omnes Iura ferens populos.
219 Vergil. G I 153 nitentia culta A X 141 pinguia culta.
221 Vergil. A II 497 oppositasque euicit gurgite moles.
222 Vergil. A XI 608 iamque intra iactum teli progressus uterque.
223 ❡ I 536 quem terra tremit, cui sidera parent.
231 Vergil. A VIII 658 defensi tenebris et dono noctis opacae.
242 Silius XVII 283 Venus emoti facie conterrita ponti.
252 nomen . . numen: Paulinus C. X ad Auson. 115 sine numine nomina Musas. Iustin. 24, 5, 9 nunc Alexandri Philippique regum suorum nomina sicut numina in auxilium uocabant.
Orestis trag. 87 nomine tu . . . numine mox ipso.
253 ❡ *supra* 127 domino . . . laeso.
255 Vergil. A VIIII 56 non aequo dare se campo, non obuia ferre Arma uiros, sed castra fouere. huc turbidus atque huc Lustrat equo muros aditumque per auia quaerit. XII 540 dedit obuia ferro pectora.
261 famem . . ferrum: Sallust. I 24, 4 ferro an fame acrius urgear. *al.*
271 Vergil. A IIII 569 heia age, rumpe moras.
280 haedulus: Iuuenal XI, 65.
281 errabat: Vergil. E I 9 II 21 al. nescius herbae: Vergil. G III 498 immemor herbae . . equos E VIII 2 immemor herbarum . . iuuenca.
282 ❡ G 640 D 120.
285 Vergil. A IIII 277 mortalis uisus medio sermone reliquit. VIIII 654 mortalis medio aspectus sermone reliquit.
288 ❡ G 423 sacratas suscitat aras.
296 Vergil. A I 50 flammato . . corde.
302 Vergil. A VII 637 classica iamque sonant VII 519 bucina signum dira dedit XI 474 bello dat signum rauca cruentum Bucina.
303 Vergil. G II 120 nemora Aethiopum molli canentia lana. *cf.* G III 325 dum gramina canent Et ros in tenera . . herba.
308 Vergil. A II 199 hic aliud maius . . Obicitur XII 244 hic aliud maius . . adiungit.
321 Ouid. F III 123 seu quia tot digiti per quos numerare solemus.
325 Vergil. G I 248 obtenta nocte *cf.* A X 82.
328 Ouid. ex P II 44 et uigilant sensus in mea damna mei III 3, 94 coeperunt sensus aut uigilare mei.
329 Vergil. A VIII 707 ipsa uidebatur ❡ G 1131. 1248.
339 ❡ I 302 cornea bucina.
347 Vergil. A VIIII 503 aere canoro.
350 ❡ E 1174 pendeat ut lychnis . . incensus noctemque suo de lumine uincat.
351 Vergil. A VIIII 498 hoc fletu concussi animi.
352 Vergil. A I 83 qua data porta ruunt et terras turbine perflant.
355 ❡ G 1275 quis penitus tellus sitientibus arida uenis.
368 Vergil. A VI 384 inde iter inceptum peragunt. ❡ IX 481.
381 Vergil. A VIII 645 et sparsi rorabant sanguine uepres.

382 Vergil. A IIII 13 si qua manent sceleris uestigia nostri VIII 209 ne qua forent pedibus uestigia rectis.
384 Vergil. A VIII 192 scopuli ingentem traxere ruinam.
419 Iuuenal. VI 600 decolor heres.
420 Cicero pro S. Roscio 46 si tibi fortuna non dedit ut patre certo nascerere.
434 Vergil. G II 503 ruuntque in ferrum A VIII 648 in ferrum . . ruebat.
443 ❡ G 1323 patrios seruare labores.
445 Iuuenal. VI 507 et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
450 Vergil. A II 520 aut quo ruis? inquit V 74 quo deinde ruis?
X 811 quo moritura ruis?
VI 466 quem fugis? extremum fato quod te adloquor, hoc est.
453 ❡ IX 76 at meretrix secura sui.
459 Vergil. A VIIII 107 ergo aderat promissa dies et. .
462 liuor edax: Ouid. A I 15, 1 Rem. 389 Lucan. I 288 *alii* ❡.
464 ❡ E 863 decumbat pro caede bouis.
470 sq. Vergil. A II 503 quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum.
524 ❡ X 287.
527 Auson. ep. 76 (5), 2 P. caprigenumque pecus. Paulin. Nol. C. XXXIIII 452 caprigenūm.
536 ❡ I 223 qua sidera mutat Quaque tremunt terrae.
548 Vergil. A VIIII 54 fremitu . . horrisono.
548 Lucan. I 208 mox ubi se saeuae stimulauit uerbere caudae erexitque iubam.
549 Vergil. A XII 6 tum demum mouet arma leo gaudetque comantis Excutiens ceruice toros . . et fremit ore cruento.
550 Vergil. A XI 684 neque enim labor.
impete dextra: ❡ I 701 molam rotat impete dextra.
555 Vergil. A III 26 horrendum et dictu uideo mirabile monstrum.
580 ❡ E 203 quod cordis secreta uelent.
581 ❡ G 273 cum lumina solis Septima prodierint. *cf.* G 306; E 1064 terno bis lumine solis.
597 Vergil. A VIII 201 nam maximus ultor Alcides aderat.
599 Vergil. A II 535 at tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis XII 351 pro talibus ausis Adfecit pretio.
607 Vergil. A II 758 ilicet ignis edax summa ad fastigia uento Voluitur: exuperant flammae, furit aestus ad auras.
609 Vergil. A I 130 nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.
613 Dracont. de laud. dei I 343 iam cutis est qui puluis erat. Orest. trag. 569 fit nutrix quae mater erat, regina ministra. Auitus III 370 sarcina fit quae cura fuit.
620 Vergil. A XII 49 letumque sinas pro laude pacisci. V 230 uitamque uolunt pro laude pacisci.
622 Vergil. A II 236 stuppea uincula collo Intendunt.
635 ❡N 503 rumpuntur cotibus amnes.
636 nec mora cum: ❡ E 296 N 308.
643 saucia: ❡ G 1190.
646 Vergil. A VIII 227 emuniit obice postes.
650 Vergil. A II 480 limina perrumpit postesque a cardine uellit.
VI 573 stridentes cardine sacrae Panduntur portae.
Ciris 222 aeratus stridens in limine cardo.
651 Vergil. A II 723 succedoque oneri.
658 Horat. A 408 natura fieret laudabile carmen an arte Quaesitum est.
669 Vergil. A VIIII 326 toto proflabat pectore somnum.
676 Vergil. E III 105 dic quibus in terris . . tris pateat Caeli spatium non amplius ulnas.
677 sic fiet ut: ❡ IX 479 sic fiet ut uestra pressentur sub iuga gentes.
681 Horat. ep. 11, 28 pueri longam renodantis comam.
683 Iuuenal. VI 273 uberibus semper lacrimis semperque paratis. male sana: Vergil. A IIII 8.

Vergil. A XII 816 adiuro Stygii caput fontis.
702 ¶ E 247 et geminatur opus pondusque adiungitur ingens Lateribus crudis.
710 Vergil. A I 505 media e testudine templi ¶ N 56 e media pronus testudine templi.
714 Ouid. M. VIII 691 furcas subiere columnae.
(Iuuenal. III 28 nullo dextram subeunte bacillo.)
720 Vergil. A VIIII 213 absenti ferat inferias decoretque sepulchro.
733 mittit oratores: ¶ N 596 IN 322.
754 Iuuenal. VI 226 inde Auolat et spreti repetit uestigia lecti ¶ D 116 ne redeat spreti repetens consortia lecti.

INCERTI DE SODOMA.

1 Augustin. de c. d. 21. 24 peccatores deus non solum iratus, uerum etiam miseratus euertit. euertuntur enim peccatores duobus modis, aut sicut Sodomitae, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur. aut sicut Niniuitae. ut ipsa hominum peccata paenitendo destruantur *etc.*
3 terrae *cf.* Ouid. M. I 283 *sqq.*
4 sqq. Gen. 9. 11—17.
5 Gen. 9. 14 cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus.
15 Auitus II 331 incestus pro lege fuit. *cf.* Augustin. de c. d. XVI 30 ¶ Ion. 9.
21 Seneca Ag. 135 inuidia pulsat pectus.
Stat. S V 5. 77 nonne . . inuidia superos . . pulsem?
21 sqq. Ezech. 16. 49.
26 *cf.* ¶ G 229—231.
31 Ouid. M. V 100 aequi cultor timidusque deorum. C. de resurr. ad Felicem 254 hic quicumque pius aequique bonique colonus.
52—53 Fortunatus VI 1, 52 nubilis aetas. uirginitas in flore tumens.
77 Vergil. A IIII 575 festinare fugam.
81 Claudian. Cons. Mall. Theod. 78 accenditque diem. Vergil. A X 895 clamore incendunt caelum.
(*cf.* Vergil. A V 88 Ouid. P 2. 1. 41.)
95—98 Gen. 19, 20—22.
104 imber: ¶ Ion. 6 imbres.
105 Gen. 19, 24 Luc. 17. 29 pluit ignem et sulphur de caelo.
106 sqq. Ouid. N. II 19 sqq.
114 ib. 325 sqq.
115 ie. 367 sqq.
131 Gen. 13, 10.
135 sqq. ¶ Ion. 3 frustra solis oculis nascentia poma *cf.* Tacit hist. V 7. Augustin. de c. d. 21. 5 Hegesipp. IIII 18 Isidori Orig. XIIII 3, 25.
138 Arator II 1176 soluitur in cinerem.
144 ¶ Ion. 85 *sq.* squamosum conchis.
146 sqq. *cf.* Plin. n. h. VII 65 XXVIII 80. Tacit. hist. V 6. Iosephus B. I. IIII 8, 4. Hegesippus IIII 18. Isidor. Orig. XVI 2. 1. *cf.* ¶ G 394.
152 sq. Tacit. l. l. hunc manu captum. quibus ea cura. in summa nauis trahunt.
154 Ouid. M VI 511 ut semel imposita est.
157 *cf.* Plin. n. h. VII 65 XXVIII 80.
158 Vergil. A II 199 hic aliud maius . . . obicitur.
159 *cf.* Plin. XXXI 22.
164 ¶ Ion. 2 signata incendia poenae.

INCERTI DE IONA.

1 Auitus II 350 terra uiuos cineres et post incendia seruans.
2 ¶ S 164 hae Sodomum et Gomorum signatae in saecula poenae 130 hincque situ cano cineres incendia signant.
3 ¶ S 135 *sqq.*
4 ¶ S 140 nec mare uiuit ibi: mors est maris illa quieti.
5 ¶ S 120 formam sine corpore seruans.
6 ¶ S 104 nouus inruit imber.

9 Augustin. de c. d. XVI. 30 ubi [sc. Sodomis] stupra in tantam consuetudinem inualuerant, quantum leges solent aliorum factorum praebere licentiam. ¶ S 15.
16 Vergil. A VI 853 parcere subiectis.
24 Vergil. A I 12 urbs antiqua fuit . . . Italiam contra.
25 Ion. 1, 3.
29 Vergil. A VI 6 semina flammae.
33 Vergil. G I 324 ruit arduus aether. ¶ 75 in me . . aether ruit et mare surgit.
35 *cf.* Sedul. III 69 uentorum gaudia.
37 Val. Fl. I 331 pontumque polumque.
38 Vergil. A V 198 uastis tremit ictibus aerea puppis.
40 Vergil. G I 443 urget ab alto . . notus.
42 nauticus clamor Vergil. A III 128 V 141 gemitus: A I 93 ingemit.
45 Val. Fl. III 472 aequora pectore tollunt.
46 Paulin. Nol. C. XXIIII 250 olente sentinae lacu.
50 nullorum: Paulinus Ausonio (Auson. p. 297 P., 114) surda uocas et nulla rogas sine numine nomina Musas. ¶ G 1084.
54 Ion. 1, 5 et dormiebat et stertebat (uersio antiqua).
55 *cf.* Matth. 8, 24.

61 ¶ Eu. 89 tibi uota precesque.
59 Ion. 1, 6 (antiq. uers.) quid tu stertis?
63 Phaedr. I 10, 5 negabat illa se esse culpae proximam.
64—66 Ion. 1, 7—9.
65 quis et unde hominum? Homer. Od. ά 170 τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν: (*cf.* Senecae apocoloc. 5).
68 Ion. 1, 9 qui fecit mare et aridam.
70—74 Ion. 1, 10—12.
75 ¶ 33 in tenebras ruit aether et mare surgit.
75 sq. Auson. ep. 35 (14), 3 in me omnis terrae pelagique rapina, forsitan et caeli.
79 Ion. 1, 13.
82 Ion. 1, 14.
85 Ion. 1, 15. 2, 1 (uersio antiqua: ceto magno, in uentre ceti.
86 Ouid. M IIII 724 nunc terga cauis super obsita conchis. Vergil. A VII 707 magnique ipse agminis instar.
101 Paulin. Nol. C. XXIIII 225 nam liber undis intra mare et exter maris natat in natante belua.
104 Vergil. A V 522 magnoque futurum augurio monstrum.
104 Matth. 12, 40. Augustin. de c. d. 18, 30.
105 non erat exitii: *cf.* ¶ M 361 quae te cupit esse salutis.

CYPRIANI AD SENATOREM.

13 extenso pollice: *cf.* Quintilian. XI 3, 119 Appul. M 2.
33 *cf.* ¶ M 225 haec tua libertas.
45 Paulin. Nol. C. XXX 513 cur aliena tenes, qua spe linquenda retentas Nec retributa suis nec potienda tibi?

59 Maro: A VI 617.
78 Auson. Ep. VII (XI) pr. 24 P. tu ut tua culpa ad eundem lapidem bis offenderes.
85 Seneca Ag. 243 quem paenitet peccasse, paene est innocens.

HILARII GENESIS.

1 M 199 paruerit monitis 352 moniti sparere.
ob. 27, 3. 5.
Incerti de resurr. mort. 380 dum uita manet, dum cernere lucem, dum paenitere licet.
11 sqq. Vergil. G III 242 omne adeo genus in terris hominumque ferarumque Et genus aequoreum, pecudes pictaeque uolucres.
12 Vergil. G III 198 campi . . natantes A VI 724 camposque liquentes. ¶ G 304.
13 Ep. ad Hebr. 1, 2 — Corinth. I 8, 6 Rom. 11, 36.
28 moenia mundi: Lucret I 1094 III 16 V 119, 371. VI 123 ¶ 78 ¶ Eu. 57 uolitant per moenia mundi.

Manil. III 48 cum tantas strueret moles per moenia mundi.

33 momine *coni. Weitz coll.* Lucret. III 188 momine uti paruo possent impulsa moueri.

37 Ouid. M. I 138 uiscera terrae (Inc. Octauia trag. 428 (416) in parentis uiscera.)

39 Vergil. A VI 726 spiritus intus alit.

43 Ps. 23. 2. 135, 6.
Dracont. Hexaem. 36 terra . . solidante globo grauior per inane pependit.
Manil. I 159 ultima subsedit glomerato pondere tellus.
Boet. Cons. IIII c. 6, 24 terraeque graues pondere sidunt.

49 Vergil. G II 187 liquuntur rupibus amnes.

49 Iob. 38, 8. 10. Prouerb. 8, 29.

62 Ps. 103, 22. 23.

63 Vergil G I 124 curis acuens mortalia corda.

64 Ouid. Am II 9, 41 quid est somnus, gelidae nisi mortis imago.
Inc. adu. Marcionem III 96 nox est mortis imago.

67 Val. Fl. VI 527 roseis it lucifer alis.
Stat. Th. II 137 roseus . . lucifer.

68 Dracont. Hexaem. 552 roscida puniceum spargens aurora ruborem. ¶ L 290.
Victor I 99 semina lucis Puniceos roseo sparserunt fomite crines.

69 Val. Fl. V 305 Pliadas . . mixtumque sonoribus imbrem.

78 ¶ 28.

81 Vergil. G I 427 luna reuertentes cum primum colligit ignis.

84 Vergil. A I 608 conuexa polus dum sidera pascet.

85 Lucret. V 96 moles et machina mundi.
Stat. S III 1, 181 flammigeri machina coeli.
Victor I 76 machina firma poli.

89 Vergil. A II 295 pererrato . . ponto.

93 Vergil. E III 32 temptare Thetim ratibus.
A II 176 temptanda fuga . aequora.

96 larem: *cf.* Vergil. G IIII 42 (apes) sub terra fouere larem.

97—99 Ouid. M I 43 iussit et extendi campos, subsidere ualles, fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.

99 Vergil. G I 44 zephyro putris se glaeba resoluit.

100 Vergil. G III 428 dum amnes ulli rumpuntur fontibus.

101 ¶ G 13 florea uentosis consurgunt germina campis.

104 Vergil. G II 237 terram proscinde iuuencis.

106 Stat. S V 2, 69 nescia falcis silua.
Vergil. E 7, 58 Liber pampineas inuidit collibus umbras.

111 Ouid. M. II 95 quidquid habet diues . . mundus.

112 *cf.* Ouid. M I 76—86.

121 opifex rerum: Ouid. M I 79.

125 Ouid. M I 76 sanctius his animal.

127 Horat. Ep. I 6, 37 et genus et formam.

129 Vergil. E 1, 69 post aliquot mea regna uidens mirabor aristas?

131 Stat. S III 4, 64 o sidere dextro edite, multa tibi diuum indulgentia fauit.

135 Cicero pro S. Rosc. 77 uictus quotidiani minister.

147 Vergil. G II 327 magno commixtus corpore.

150 *cf.* ¶ M 176 hinc sumus, hinc morimur.

156 Vergil. A VII 600 rerumque reliquit habenas.

164 Horat. C. IIII 5, 24 culpam poena premit comes.

171 Vergil. A VIII 326 deterior donec paulatim ac decolor aetas Et belli rabies et amor successit habendi.

173 ¶ 63.

175 Vergil. A I 84 uenti . . incubuere mari XII 367 qua uenti incubuere.

176 Vergil. G II 326 fecundis imbribus aether . . descendit E 7, 60 Iup-

piter et laeto descendet plurimus imbri.
177 Vergil. G I 487 non alias caelo ceciderunt plura sereno Fulgura.
178 Horat. C III, 1, 29 non uerberatae grandine uineae.
179 *cf.* ¶ E 308 murmura caeli Quae domino mandante crepant ¶ Eu. 85 te murmurat unda.
181 Vergil. G II 364 laxis . . immissus habenis.
Vergil. A XI 713 conuersisque fugax aufertur habenis.
182 *cf.* Ouid. M I 141—150.
184 Lucan. X 407 nulla fides pietasque uiris, qui castra sequuntur, Venalesque manus; ibi fas, ubi maxima merces.
189 Matth. 24, 37 Luc 17, 26 Ep. Petri I 3, 20.
192 Ouid. P. I 1, 31 pacatae ramus oliuae.
Victor II 502 paciferae frugis paruum libamen oliuae.
197 Vergil. E VII 5 et cantare pares et respondere parati.
203 Vergil. E IIII 31 pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis.

HILARII DE MACCABAEIS.

ex Maccab. II c. 7.
13 Vergil. A I 209 premit altum corde dolorem.
25 Ouid. Ars III 653 munera, crede, mihi, capiunt hominesque deosque.
38 sq. Ouid. M II 753 et tanto penitus traxit suspiria motu Vt pariter pectus positamque in pectore forti Aegida concuteret.
49 Vergil. A II 37 subiectis urere flammis.
105 Vergil. A I 614 et sic ore locuta est.
118 sq. Vergil. A V 1862 egregium forma iuuenem et fulgentibus armis.
128 Vergil. A II 675 et nos rape in omnia tecum VI 565 per omnia duxit.
132 Ouid. M VI 203 tacito uenerantur murmure numen.
137 Vergil. A X 867 consueta locauit Membra.
140 Vergil. A II 791 tenuisque recessit in auras.
159 ¶ 335 attonita mente confirma timentem.
161 Vergil. A IIII 92 talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis.
176 *cf.* ¶ H 160 hinc loquimur.
196 Vergil. A IIII 621 haec precor, hanc uocem extremam cum sanguine fundo II 532 uitam multo cum sanguine fudit.
199 ¶ H 1 paruimus monitis M 252 monitis parere.
202 Vergil. A I 217 emissos longo socios sermone requirunt.
205 Horat. c. I 12, 14 sqq. (parentis) qui res hominum ac deorum, Qui mare ac terras uariisque mundum temperat horis.
212 Horat. c. II 13, 23 sedesque discretas piorum (cf. Hertz Anal. IV 25.)
224 Vergil. A I 561 Tum breuiter Dido uoltum demissa profatur.
225 *cf.* ¶ Sen. 33 haec tua humilitas.
236 ¶ 356 saecula cursus saeua suos peragunt.
248 arbiter orbis: Sedul. IIII 165.
254 ¶ Eu. 3 plena deo uirgo.
302 Vergil. A I 229 o qui res hominumque deumque Aeternis regis imperiis et fulmine terres.
312 Iuuenc. III 764 dissona lingua.
335 ¶ 159 attonita mente confundere coepit.
349 Vergil. A X II 932 miseri te si qua parentis Tangere cura potest.
356 ¶ 236 ordo suos pergat cursus
361 *cf.* ¶ Ion. 105 non erat exitii.
387 Vergil. A II 377 medios delapsus in hostis.
390 sqq. *cf. Manitius Rh. M. XXXXV 1890 p. 157.*

HILARII DE EVANGELIO.

3 ¶ M 254 mens maneat iam plena deo.
9 Vergil. E V 40 spargite humum foliis. G II 149 hic uer adsiduum atque alienis mensibus aestas.
10 Vergil. A VI 885 purpureos spargam flores.
24 Vergil. A VIII 301 salue, uera Iouis proles.
34 Prudent. Cath. 3, 2 omniparens pie uerbigena.
39 Vergil. G IIII 255 corpora luce carentum 472 simulacraque luce carentum.
49 Vergil. A III 426 prima hominis facies,
57 ¶ H 78 caeli per moenia fertur. ibid. 28 nascentia moenia mundi.
68 *cf.* Vergil. A V 320 proximus interuallo.
84 Vergil. G III 555 ripae collesque supini.
86 Vergil. A V 60 templis sibi ferre dicatis.
87 *cf.* Vergil. A I 441 lucus in urbe fuit media *etc.*
Vergil. G III 13 et uiridi in campo templum de marmore ponam.
88 Vergil. A I 464 animum pictura pascit inani.
89 ¶ Ion. 61 dic uota precesque.
90 numen-nomen: ¶ I 252.
91 Vergil. A III 658 monstrum cui lumen ademptum.
95 Vergil. A VI 532 pelagine uenis erroribus actus.
98 Vergil. A VII 337 tibi nomina mille.
101 ¶ H 204 bonus . . doctor.
107 Vergil. A VIII 485 mortua . . corpora.

II.

INDEX NOMINUM.

Ex nominibus quae saepta uncinis posui, quod ante numerum est, codicum uariam lectionem significat. post numerum adscripsi priore loco nomen ex LXX ed. Lagardiana (Gottingae 1883) petitum, adiecta si quae est aliorum librorum maxime Alexandrini uarietate; secundo loco dedi latinum uulgatae uersionis nomen, si differt a graeco; ubi deficit uulgata, indicaui.

Patrum testimonia pleraque ex Sabbatarianis copiis deprompsi. Onomastica sacra ad ed. Pauli de Lagarde (Gottingae 1870) citaui.

III.

INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM.

G Genesis.
E Exodus.
L Leniticus.
N Numerus.
D Deuteronomius.
IN Iesu Naue.
I Iudices.
Rell. Relliquiae p. 209 sqq.
S de Sodoma.
Ion. de Iona.
Sen. ad Senatorem.
H Hilarii Genesis.
M Hilarii de Maccabaeis.
Eu. Hilarii de Euangelio.

a. ab: domini maledictus ab ore G 418. a bis quinque uiris cognoscit populum uitare ruinam G 632. diuino a pectore inspirat brutum pectus G 31. a simili nomine narrauit fontem G 576. pondera tollere ab Aegypto E 445.
abdicat se irae N 277.
aberrans corripitur Donibezecus I 14.
ablat. septenis paribus G 268. bacis mitibus hortos G 72. *abl. pro dat.* fesso subponit uertice cautem G 914. *abl. abs.* puellae genitore mirante reuersae E 107. Pherezaca manu sequente E 155. pandente Josepo G 1264. quanta nobis salus referatur tribuente deo E 462 *sic saepe.* — *abl. temp.* terno bis lumine solis E 1064. septem luxere diebus G 1488. trina die IN 80. centum uixerat annis G 228. septenis diebus N 315. quaterdenis diebus G 289 *etc.*
abnegata tectis tellus D 202.
abnoctare E 734.
absconsa manu E 693. absconsi (absconditi ω) I 258. absconsos IN 40.
absona iuri est res L 130.
abstare longe G 1440.
abstemius N 93.
abstinuit lugere L 18.
abstrusos puppibus Ion. 52.
accedere imperiis I 7.
accendere: tempore quo lux tenebras accendere (conscindere *L*) temptat S 81.
accersite digna noxa, si L 189.
accisi cibi G 1353.
achates *lapis* E 1101.
accingo: quin ergo accingeris festinare fugam S 77.
accus. abs. instructos ignes caelo pater optime terras excolere adgrederis H 95. diuisos in trina modos E 973.
acer: acro imperio G 360. acro uenatu G 377. acre magis E 255.
acinus: acinum nec mordeat ullum N 75.
acta fluminis N 700.
acta pectoris G 806. eiusdem acta Ion. 26. post acta insignia IN 581. uitae actis expletis IN 571. paribus in actis E 271.
actus: adscitus positae mercedis ad actum L 252. ob reliquum certaminis actum I 365. simili actu dum perfurit I 17. actu laeto G 420. actu celeri G 600. conspicuo actu I 1. actu sancto G 494. actu falso G 445. sollicito actu G 842. proprio manuum actu L 263. paterno actu G 825. placido in actu G 835. officio et actu G 893. sub actu E 161. actus conspicuos suscipit G 1115. actus sanctos E 1157. terrenos actus IN 580.
acuit maledicta plebis N 65.

E 1058. quod agit sancto de corde propheta Ion. 22. domini de robore uirtus Iebusaea perfecta fiet N 686. patrem nati magno de munere dandi H 579. ignis fomite de modico solitus conprendere uepres E 898. uirga nullo de fomite floruit N 471. sistatur cruor iste de uulnere parui E 229. — quercum prisco de nomine Mambram G 470. patriae de nomine construit aulam I 64. causae de nomine nomen habet E 666. locos litis de nomine signat G 845. — heroum de more G 380. de more Moysetis IN 275. de more G 636. G 872. — curas uolutat non de praeteritis, sed de puerilibus annis, ne forte negent M 273. unus de quo mihi maxima cura est M 340. dimoueas nostram nullo de crimine poenam G. 1232. pari de crimine laesus E 1255. — risu solutis praebet nequitiae caeco de lumine causas I 713. nubes conscia de semine uenti Ion. 29. densa de caute uolant grandines E 311. de mense secundo *i. mensis secundi* E 577. — densa de stirpe domum replerat E 99. de plebe natantum mare exuere N 355. si quis rapto famulum de lumine priuat E 850. cultros, de quibus populi praeputia dempsit IN 112. cultros de quibus obscenos truncauerat artus IN 462. summo de uertice uirgae contigit I 284. Sarram cupido de lumine lustrat G 438. adspicit toto de lumine mentis G 916. — lumine de nimio lumen caligat E 139. nimio de lumine fulgebat E 1332. lychnus noctem suo de lumine uincat E 1116. — calidis de uestibus operiens nudos artus G 133. punica de reste ligat G 1179. rigat liquidis de fluctibus hortos G 55. Phisonus terit rauco de gurgite gemmas G 58. uasa simili de flumine lauit N 118. eadem de morte necantur E 280. solitis de cursibus arcem adit E 1285. canes lambunt caudae de uerbere crura E 346.

porta quae reserat gemino de cardine caelum G 931.

debilis: mensura non debilis L 193.

debilitas *ipse qui debilitatus est* E 854.

decet: quid puero deceat (?) I 508.

decimos fructus G 935 L 306.

declinis E 224.

decolor heres I 419. magnis haut decolor urbibus Ardoc IN 442.

decorat multa cum laude G 1451. se decorat actis E 509.

decubat G 202.

decumbat leto E 813. decumbat *sc. morte* E 863. decubuit E 868. decumbunt ferro J 464. gens decubuit subdita bello N 575. postquam princeps decubuit J 155. — decumbere secum cogit G 1197.

decusserat imbres Ion. 6.

sordes deducere (did.?) riuo L 80.

defero: laxis rabies defertur habenis H 181.

deferuet apex calidus G 130. dum uolucris deferuet apex E 1333.

defigitur Auses uocibus inmodicis populi E 1201. defige gressum E 1276.

defore *deesse* G 1098, 1137, 1324 G 1352 E 276 IN 213

defundere uirga amnem saxo M 327.

dehinc *passim ut* N 744.

deicio: res miranda satis deiectaque culmine summo Sen. 24.

delambere carnes flamma est uisa G 560.

demittere puteum G 842. E 870.

demo: dempsit dispendia formae G 962. dempsit de grege *seiunxit* G 410. (uos) ex furua Aegypto dempsit dominus IN 48. fratrem tanto discrimine demptum G 491. demitur inde *seiungitur* E 821.

denarrat commoda G 418. iustum deum denarrat E 322.

denegare numen D 223.

densare populum refertum N 553. densandos pube frequenti E 1190. denset aeratas acies in proelia IN 58. densentur phalanges E 8.

denudent ne turpia E 1169.

deponunt animos G 977. deponere animos E 251. depositum redhibere E 903. depositi reddat geminum pondus E 909. — depositi Samsonis

substantia: artus mixta geminos substantia firmet G 36. substantia regni (deus) G 1024. substantia uictus E 585.
substructi sacelli cura IN 489.
subula E 798.
subuersae mentis Ion. 7.
successibus altis IN 287.
succiduo de germine E 2.
succingo: cantu succincta sinistro mens profana uirum E 271.
sudato labore E 25.
suesceret I 7. quod sueuerat IN 344.
suffragia sancta salutis contulit seni Rell. 16.
suggero: dicta suggessit domino E 257.
suggestus: ex sese suggestu uulnera complet S 124.
sum: est *et* esse *saepe om. in perf. pass.:* iussus G 463. fassus G 1146. *al.*; *etiam in enuntiatis relatiuis:* illum. qui dignatus, colimus IN 562; *quin etiam post participium praesentis:* turba nocens G 627. — es *om. post particip. praes. in relatiuo enuntiato:* tu, qui referens, ac tu .. Eu. 71. — sit *om.:* Ion. 63 quis culpae propior, discere sorte placet. — esse *om.* memorans melius (esse) G 1160. ait melius (esse) G 1166. — fui, fueram = *sum, eram:* quin potius uestrae fuerat res congrua uitae I 144. in colle, fuerat qui sedibus aptus IN 574, *maxime in perf. et plqpf. pass.:* tu cui uisa fuit sententia uerax G 117. quae fuerant transcrripta, receptet L 240. haec fuerant ut iussa, fiunt E 1283. haec fuerant ut gesta E 687. *cf.* E 697, 726, 970 IN 577, 579. I 51. 251. — fore *esse* G 158, 416, 434, 619. 623, 683, 878, 934. 1086. 1240. E 254. 259. 1202. N 213. IN 473. *cf.* adfore confore defore. fore = futurum esse? E 362. — sum *c. genetiuo:* matri crede tuae, quae te cupit esse salutis M 361. non erat exitii, sed caeli gloria factus Ion. 105. — regem sperare fuit M 255.
summa: finem et summam D 196.
summula G 222.
summi regia H 73.
sumo: domini solacia sumit G 537. gentes testamenta mei uerbi sument G 823. sumpturus patriae munera linguae G 873. cum sumpta tibi fuerit fiducia fandi G 1231. si mea quaeque memor dicta sumpseris E 564. fugam sumunt IN 336. sumere iuste *(in matrimonium)* E 807.
super iniustum iurandi inponere iura L 145. dominus super aethera lapsus mulieri adstitit I 490.
superaddo: bis centum si superaddas N 33.
superinruit ignes M 266.
superlatiuus: pro comparatiuo: anterior frater minimo seruire iubetur G 890. — ac minimum cunctis Beniaminum non sinit ire (pater) G 1310.
superpositis quinquaginta N 40.
supersto: bellum Enachina ex gente superstat IN 436.
superundarat pontus montes G 318.
supinatam uallem IN 409.
supinum uid. do, eo. uenio.
supplicat dominum G 859. quem turba supplicat IN 183.
supremo motu IN 525.
„surde“ *uoc.* L 149.
susceptet ille uerbera tergo D 121.
suscitat altar I 288.
suspectibus uastis G 364.
suspendit plectenda I 367. uolucres suspendunt aere pinnas G 20. uolucres suspendunt corpora pinnis G 290. suspensa fluctu tumenti unda IN 49.
sustentant meritas poenas I 128.
suspiro: mare numquam suspirat ab austro S 142.
suus = *eius* G 727, se = *eo* G 195.
synagoga L 103. N 403, IN 501, 519.
syrtibus siccis E 650.

tabescit D 159.
tantus: ut milite tanto Samsonem interimant I 617. — post funera tanta suorum I 374. tantos dixere fuisse *tot* I 389. — in tantum ut E 1327. I 172.
tardentur ut membra IN 525.
tartara inferna N 441.

IV.

INDEX METRICUS.

Corripiuntur longae syllabae uocali a terminatae passim: *abl. sing. primae:* quartā die G 15 tertiā luce G 1075 piā mente I 287 concessā sibi licentiā fatur G 504.
numeralia: sexagintā, septuagintā *etc.* G 222, 232, 256, 1102.
aduerbia: anteā: E 1267, posteā L 201. *imp.:* subleuā. E 962, explicā E 1242, deturpā L 135, emitigā L 160.
multo rarius quae exeunt in e i o u: *haec enotaui exempla:*
e: timē G 511 indulgē E 1181.
i: prompsistī (*an* prompsti?) H 30 etsī IN 438.
o: optandō IN 479, formandō Ion. 55, unō uelut sensu N 257. Sardia primō loco E 1098 (*leg.* prima), hymnō peritus Eu. 75.
u: cornū ferit (iuuencus) E 857. —
frequentius corripiuntur syllabae quae s littera concluduntur:
as: puritās L 77. ueritās H 184, nuntiās esse G 1270, duās L 129, hydriās I 346, lampadās I 604, Iudās G 1166, temperās I 237, M 304, dabās H 2 donās H 95.
es: *passim corripitur in nom. sing. tertiae nominum parisyllaborum uelut* uates *(non enim quod librarii plerumque scripserunt* uatis *usurpandum est) atque in aduerbiis numeralibus* quinquies sexies septies *al.* (G 362, 228, 781 *etc.*). *raro in aliis:* pedēs IN 58, 329, sedēs IN 416, herēs G 509, quadrupēs L 135, N 613; *in plurali:* orbēs G 315, turturēs L 48, 68, N 90, uindicēs I 299, 575: *in uerbis:* tenēs M 302.
is: subditīs D 278, nescīs Rell. 2.
os: deōs I 502, nesciōs I 403.
us: seruitūs E 1187, I 88, 156, Rell. 15, salūs IN 64, uirtūs I 223, Eu. 15; *gen.* spiritūs S 28. —
ae *diphthongus non raro corripitur, maxime in exitu uersuum, in his uocabulis:* Aegyptus Aegyptius, aemulus, aerumna, aeternus, caelestis caelorum D 264, IN 583, daemon, haerere cohaerere adhaerere S 149 Iudaea E 166, IN 355, I 640, laetari, maerere maeror, prae, praebere, praecedere, praeco, praeire, praeponere, praesagare, praesens praesentare, praeter, quaerere.
ex his in prima uersus parte leguntur: nil praeter E 637 nam praeter IN 12, I 402, namque praeter G 1093, corda haereant E 719, atque praecedentes N 598, his quaeritur IN 474.
medio in uersu: aemulum G 436, praesentibus G 266, praeco G 1293, haereat I 456, cohaerere G 1388 *et* IN 307, adhaerere S 149, daemonum E 929, demonis I 402. —
ae *in genetiuo primae decl. raro corripitur:* suae E 1162, N 365. — gloriae D 164, dexterae D 208, bestiae D 243: *haec tria exempla in hendecasyllabis.*
corripiuntur in mediis uocibus:
abstĕmius N 93.
abўssus G 288.
adŭletur L 43.
ălia et caepe N 359,
ămissum G9. 1171, ămissae E 86 ămissa E 87
ănulo G 1289.
ărente E 314.
azўma G 640, E 394, 975, 987, IN 120, I 282.
bălantum G 986.
căligat E 138.
căligine H 30 *(si uerum est quod praecedit* prompsistī).
cărorum G 1444.
cĭtō IN 211.
confĭgitur IN 258.
contribŭlis L 257
conŭbium G 830, 902, N 735, conŭbio I 573.
cŏturnix E 660 (cŏturnix *Georgs*: N 349, D 40.
(permensique dĕserta N 326: *del.* que).
dŭcebat I 756.
eădem de morte E 280, eădem sub morte N 451.
ĕnormi N 367 (*cf.* inormis).
făcundus E 215.
fĕriata E 29.

productae in nominum flexionibus uid. supra fidēi.

productae in uerborum flexionibus:

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

VOL. XXIV

GAI VETTI AQVILINI IVVENCI

EVANGELIORVM LIBRI QVATTVOR

EX RECENSIONE

IOHANNIS HVEMER

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

GAI VETTI AQVILINI

IVVENCI

EVANGELIORVM LIBRI QVATTVOR

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

IOHANNES HVEMER

PRAGAE F. TEMPSKY. — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

VINDOBONAE. TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

PROLEGOMENA.

Gaius Vettius Aquilinus Iuuencus [1]) euangeliorum libros circa annum 330 condidit. [2]) Quod cum ex poetae ipsius uerbis conicere licet libr. IV uu. 806 s.:

Haec mihi pax Christi tribuit, pax haec mihi saecli,
Quam fouet indulgens terrae regnator apertae

[1]) De nominibus poetae carminisque titulo confer has codicum inscriptiones subscriptionesque: CALVETII AQILINI SIVE IVVENCI *C* (4^b), SAPIENTISSIMI VIRI IVVENCI XP̄IANI EVANGELIORVM LIBER PRIMVS EXPLICIT; INCIPIT LIBER SECVNDVS CALVETII AQVILINI *C* (36^a) *cf. infra p. 40 et 41*, EXPLICIVNT LIBRI IIII EVANGELIORVM : VERSIBVS GAI VE≡TI AQVILINI IVVENCI PRESBITERI *R*, EXPLICIT LIBER IIII EVANGELIORVM VERSIBVS GAI VECTI AQVILINI IVVENCI PR̄BI MpV_1 (VETTI IVVENTI) V_2 (VETTI) *Hl* (Vetti), FINIVNT VERSVS IVVENCI . . . . *L*, EXPLIC̄ EVANGELIORVM LIB̄ IIII G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI · VC · PR̄BI *T*, G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI PRBI EVANGELIORVM LIBER IIII · EXPLICIT K_1K_2 (FELICITER AMEN *addito*) *Bb* (feliciter *add.*), EXPLICIT LIBER QVARTVS IVVENCI PR̄SBI . . *P*, EXPLICIT LIBER IVVENCI QVARTVS EVANGELIORVM *H* (*cf. infra p. 146*).

[2]) Quo uero consilio motus poeta carmen suum panxerit, ex his praefationis uersibus satis patet (15 s.):

Quod si tam longam meruerunt carmina famam,
Quae ueterum gestis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides aeternae in saecula laudis
Inmortale decus tribuet meritumque rependet.
Nam mihi carmen Christi uitalia gesta,
Diuinum populis falsi sine crimine donum.

Constantinus, adest cui gratia digna merenti,
Qui solus regum sacri sibi nominis horret
Inponi pondus, quo iustis dignior actis
Aeternam capiat diuina in saecula uitam [1])

tum ex Hieronymi testimonio, qui in Chronico ad annum Olymp. 278, Christi $\frac{329}{330}$ adnotat (cf. A. Schoene, Eusebi Chronic. Can. quae supersunt, II p. 192):

Iuuencus presbyter, natione Hispanus, Euangelia heroicis uersibus explicat.

De eius uita nihil aliud constat nisi quae idem Hieronymus tradit, de uiris illustribus c. LXXXIV (ed. Herding):

Iuuencus, nobilissimi generis Hispanus, presbyter, quattuor euangelia hexametris uersibus paene ad uerbum transferens quattuor libros composuit, et nonnulla [2]) eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe. [3])

Praeterea Iuuenci mentionem facit idem in epist. ad Magnum 70 § 5, I, p. 428 (ed. Vallarsi) ‚Iuuencus presbyter sub Constantino

---

[1]) Cf. finem carminis, cui inscribitur ‚Laudes Domini' u. 143 s. (ed. Brandes).

[2]) De hoc opere si uera narrat Hieronymus (quod equidem negauerim). nihil ad nos peruenit.

[3]) Ex hoc fonte fluxit quidquid de Iuuenci uita et in libris manuscriptis integrum uel auctum legitur et ab auctoribus traditur (cf. infra p. XXIV s.). Conferendi sunt praeterea:

Gregorius Turon., hist. Franc. I c. 36 (p. 51 ed. Arndt et Krusch): A uicessimo primo enim eius imperii anno Hieronimus praesbiter addidit indicans Iuuencum praesbiterum euangelia uersibus conscribsisse rogante supradicto imperatore *(scil. Constantino).*

Alcuinus (cf. Mign. t. 101, p. 152) adu. Felicem II, 6: At si mundi doctoribus ceteris uobis non libet credere, uestris saltem doctissimis uiris credite. Cecinit Iuuencus presbyter et doctissimus Hispaniae scholasticus in carmine euangelico hoc modo (I 60):

Nam tua concipient caelesti uiscera iussu
Natum, quem regnare Deus per singula [F., per saecula] cuncta.
Et propriam credi sobolem gaudetque iubetque
Hunc [huic] ubi sub lucem dederis, sit nomine [nomen] Jesus [Iesus].

historiam Domini Saluatoris uersibus explicauit nec pertimuit euangelii maiestatem sub metri leges mittere'; etiam in Comm.

Floruit uir iste temporibus Constantini principis. Videtis quidem ista; necdum ista adoptionis uel nuncupationis haeresis in Hispania fuit. Aut istum, qui apud uos doctissimus exstat magister, haereticum iudicate, qui dicit hunc Deum esse et proprium filium Dei, qui ex Virgine natus est; aut si illum recipere uultis, uestram sententiam damnate, uel magis corrigite ex eius sensu, consentanea qui profert testimonia sanctis Patribus, qui diuersis mundi temporibus per singula floruerunt loca.

Freculphus episcopus Lexouiensis in Chronico (cf. Mign. t. 106, p. 1201): Iuuencus nobilissimi generis Hispanus presbyter quatuor euangelia hexametris uersibus pene ad uerbum transferens quatuor libros composuit et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino principe.

Ado Viennensis in chronico sub Constantino (cf. Mign. t. 123, p. 92): Retius Augustodunensis episcopus celeberrimae famae habetur et Iuuencus presbyter Hispanus qui hexametris uersibus quatuor libros euangelii composuit.

Hugo Trimbergensis (cf. Registrum multorum auctorum u. 408 s. ed. Huemer):

Iuuencus, euangelicus etiam poeta,
Sequitur Sedulium sub equali meta,
Quem et in catalogo Ieronimus laudauit
Et de breuiloquio satis commendauit.
Scripsit hic in tempore regis Constantini
Qui et cultor exstitit operis diuini:
Inmortale nil mundi conpage tenetur,
Non mare, non tellus, non ignea sidera celi | *Nam* . .

Conradus Hirsaugiensis in dialogo super auctores p. 41 (ed. Schepss): ,. . . Fuit auctor idem temporibus Constantini principis, Hispanus idem et nobilissimi generis, exametris uersibus quatuor libros de euangeliis pene uerbum ad uerbum transferens et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia'.

Honorius Augustodunenses de script. eccl. I c. 85 (ed. Fabricius p. 78): Iuuencus nobilissimi generis Hispanus presbyter quatuor euangelia hexametris uersibus quatuor libris composuit et nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino.

Iohannes Trithemius de script. eccl. c. 62: Iuuencus presbiter, natione Hispanus, uir nobilis atque doctissimus philosophus, poeta, rhetor et theologus insignis et non minus conuersatione quam scientia scripturarum ecclesiae uenerabilis, edidit pro aedificatione legentium tam metro quam prosa multa praeclara uolumina, sed pauca eorum ad notitiam meam

in Matth. I 2, 11, uol. VII, p. 14 (ed. Vall.): ,Pulcherrime munerum sacramenta Iuuencus presbyter cum uersiculo comprehendit: *Tus aurum myrrham, regique hominique deoque Dona ferunt.*' Saeculo uero insequenti Gelasii decretum illud de libris recipiendis uel non recipiendis Iuuenci carmen in hunc modum approbat et collaudat (c. 34): ,Item Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur'. [1] Quam longe lateque eo tempore Iuuenci carmen propagatum fuerit, inde conicias, quod eum auctores non pauci iam sunt imitati ut [2]) auctor carminis aduersus Marcionem (cf. Aug. Oxé, Prolegomena de carmine aduersus Marcionem p. 33, Manitius, Beiträge zur Geschichte frühchristlicher Dichter im Mittelalter p. 23), auctor carminis de prouidentia diuina, quod plerique Prospero adscri-

peruenerunt. Legi opus insigne quod hexametris pentametrisque(?) uersibus composuit, de quatuor euangeliis libros IV, de sacramentis lib. II; caetera quae composuisse dicitur, ad manus nostras non uenerunt. Claruit sub Constantino magno et filiis eius anno domini CCCXXX.

Petrus Crinitus, de poetis Lat. V c. 88: Iuuencus poeta, natione Hispanus, familia insigni maximeque illustri natus est, ut ab Hieronymo traditur. Praecipue floruit imperantibus Constantio et Constante: qua tempestate in eloquentia apud Latinos clari fuerunt Tiberianus Nazarius et Flauius Vopiscus, qui de gestis Romanorum principum libros composuit. Inter alia poemata, quae dicuntur ab alio edita, scripsit quatuor euangelia hexametris uersibus . . . Iuuencus aliquot hymnos fecit, quibus facile indicauit se optime meritum de religione Christiana. Neque dubium est, fuisse illum inter sacerdotes christianos, ut ueteres auctores testantur. Diuus Hieronymus alicubi repetit Iuuenci carmina eumque ut eruditum et elegantem poetam commendat.

De recentiorum testimoniis conferas Erhardum Reuschium in praefatione editionis, quae prodiit Francofurti et Lipsiae anno 1710, et Areuali editionem p. 23 (Mign. t. 19).

[1]) Cf. quod de Gelasio Luitprandus in Vitis pontificum c. 51 adnotat: Item Orosii historiam laudat et opus Sedulii et Iuuenci.

[2]) De Ausonio dicit Manitius (Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1886, 244): Neu ist hier der Nachweis der Benützung des Iuuencus, die sich in den Gedichten des Ausonius mehrfach findet, woraus auch hervorgeht, dass Ausonius sich doch mehr, als man früher annahm, mit der christlichen Literatur beschäftigte. At uersibus ep. VII 2, 8 (ignicomus sol) et ep. VIII, 9 (sollemnia paschae), qui soli Iuuencum olent, Ausonii imitatio Iuuenciana satis demonstrata esse mihi quidem non uidetur (cf. ib. 1888, 583).

bunt (cf. Manitius, Zeitschr. f. österr. Gymn. 1888, p. 583), Orientius (cf. ed. Ellis, Poetae christ. min. tom. XVI corporis script. eccl. lat., et Manitius, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1886, 408), Paulinus Petricordius (cf. ed. Petschenigi, Poetae christ. min. XVI, p. 170), Paulinus Pelaeus (cf. ed. Petschenigi ib. p. 315), Claudius Marius Victor (cf. ed. C. Schenkelii ib. p. 354), Ennodius (cf. Manitius l. c. p. 407), Alcimus Avitus (cf. Manitius l. c. p. 244), Rusticus Elpidius (cf. ed. Hermanni Muelleri, Gottingae 1868), post hos Corippus (cf. Manitius l. c. p. 99).

Singulari autem laude eum fert Venantius Fortunatus in libro primo uitae S. Martini u. 15 (ed. Leo):

Primus enim docili distinguens ordine carmen
Maiestatis opus metri canit arte Iuuencus,
Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli.[1]

Item Isidorus in uersibus, qui ei uulgo adscribuntur (cf. Fabric. bibl. med. et inf. lat. V 301 M):

Perlege facundi studiosum carmen Auiti.
Ecce Iuuencus adest Seduliusque tibi,
Ambo lingua pares, florentes uersibus ambo
Fonte euangelico pocula larga ferunt.

Inter Hispanos Iuuencum etiam respexit Eugenius Toletanus (cf. Manitium l. c. p. 94) et honorifice commemorat Braulio in praefatione uitae S. Aemiliani (cf. Mign. t. 80, 702): ‚Secundum quod elegantissime quidam ueterum poetarum ait *‚hoc opus hoc etenim forsan me subtrahet igni‘* (I 22)‘ ‚quibus adserendi sunt auctores eiusdem fere saeculi Ionas, abbas Elnonensis, in uita S. Columbani nom. 22 (cf. Mign. t. 87, 1024): Huic soboles nulla erat ut Iuuencus de Zacharia et Elisabeth ait *‚Gratius ut donum iam desperantibus esset‘* (I 9) et Adamnanus de locis sanctis I 18 (cf. Mabillon, Acta SS. IV 461): ut de ipso Iuda Iuuencus presbyter uersificus cecinit *‚Informem rapuit ficus de uertice montem‘* (IV 631).

---

[1]) De locis a Fortunato expressis cf. Manitium, Mon. Germ. auct. ant. IV, 2 p. 132—137.

Iam pridem etiam grammatici et metrici regulas suas uersibus ex Iuuenco adlatis firmabant ut inter Sergiana ipsa fragmenta referri solet locus ille ab H. Hageno (Anecd. Helu. p. CXCIV) traditus: Accido per i de accessu, hoc est, de approximando et reliqua. Utrum longa i in uerbo quod dicitur ‚accidunt' annon? Certe longa est ut dixit Iuuencus poeta *‚Accidit pariter poenae consortia ferre'* (IV 666).

Multo saepius laudatur ab auctore, qui post aetatem Isidori ‚de dubiis nominibus' scripsit cf. Gramm. lat. V:

p. 571, 8 Amor generis masculini ut Iuuencus:
Fraterno demum reconciliatus amore (I 509).

— 13 Artus singularem numerum non habet, sed pluraliter masculini generis ut Iuuencus:
Splendebant corporis artus (I 620).

p. 577, 2 Conubium generis neutri ut Iuuencus:
Si quis conubia rumpit (I 531).

— 31 Dolus generis masculini ut Iuuencus:
Hic dolus inimice tuus (II 807).

p. 571, 1 Dapis generis feminini ut Iuuencus:
Quae dapis (?).

— 9 Error generis masculini ut Iuuencus:
nam tibi praeteritus[1]) *uitae donabitur*[2]) *error* (II 81).

— 20 Flos generis masculini ut Iuuencus:
Primaeuo in flore negauit[3]) (I 30).

p. 579, 15 Germen generis neutri ut Iuuencus:
Proprio uestitur germine[4]) *pomi* (I 699).

p. 581, 4 Iter generis neutri ut Iuuencus:
Ad uerum conuertet iter[5]) (I 24).

— 5 Ius generis neutri ut Iuuencus:
Hoc ius dixere prophetae[6]) (I 678).

p. 582, 11 Liuor generis feminini ut Iuuencus:
Mox liuor daemonis atra[7]) (I 366).

[1]) praeteriture *V* [2]) donauit *VL* [3]) iugauit *L* [4]) germinon *M* [5]) uirum conuertit *MVL* [6]) propheta *L* [7]) *sic, hoc loco falsus est Gröber, cf. Woelfflins Archiv I 60*

p. 583, 23 Mustum generis neutri ut Iuuencus:
Calidum committere mustum[1]) (II 373); idemque
— 24 *spumantia musta* (II 375).
— 26 mundus generis masculini ut Iuuencus:
Quo cunctum rapiet[2]) *flamma ultima mundum* (praef. 5).
— 28 morbus generis masculini ut Iuuencus:
Morbus dissoluerat ater (II 77).
p. 584, 17 Numen generis neutri ut Iuuencus:
Numen[3]) *uidisse supernum* (I 45).
p. 585, 25 Origo generis feminini ut Iuuencus:
Sectandus conplebitur[4]) *ordo* (I 353).
p. 588, 7 Plebs generis feminini ut Iuuencus:
Cetera nam plebs (I 13).
— 8 Palleum generis neutri ut Iuuencus:
Ferat pallea[5]) *secum* (I 554).
— 10 Proles generis feminini ut Iuuencus:
Proles ueneranda tonantis (IV 672).
— 24 Rabies generis feminini ut Iuuencus:
Rabies uesana ueneni (I 404).
— 28 Radius generis masculini ut Iuuencus:
Abscondit furuis rutilus[6]) *sol radios umbris* (IV 149).
p. 591, 17 Suboles generis feminini ut Iuuencus:
Propriam credi subolem[7]) (I 62).
— 18 Semen generis neutri ut Vergilius (rectius Iuuencus):
Vaga semina famae[8]) (I 178).
p. 592, 6 Tempus generis neutri ut Iuuencus:
Per tempora certa (I 54).
— 7 Templum generis neutri ut Iuuencus:
Constructum ueteris regni molimine templum (II 171).
— 15 Tribunal generis neutri ut Iuuencus:
Celsum stans ante tribunal (IV 590).

---

[1]) committere mus *M* [2]) sapiat *MVL* [3]) nomen *MVL* [4]) complectitur *V* [5]) palleas *MV* [6]) rudilus *M* [7]) proprie moridis subolem *V* [8]) fanae *MV*

p. 593, 11 Urceus generis neutri et urcei non urcea ut Iuuencus dixit:
Urceus est nullus nec sunt tibi uincula funum[1]) (II 260).

Quot exempla Aldhelmus a Iuuenco deprompserit, Manitius in opusculo ‚Zu Aldhelm und Baeda, Wien 1886', p. 36 sq. satis demonstrauit. Nonnulla tantum adferam cum ex editionibus, quales nunc sunt, parum fructus ad carmen Iuuenci emendandum illustrandumue redundet, cf. epist. ad Acircium de septenario et de re grammatica et metrica p. 545 (edit. A. Mai in classic. auct. tom. V): Iuuencus Hispanus primo prolog uersu huius rei notitiam pandit

Inmortale nihil mundi conpage tenetur (praef. 1).

p. 576 'pecuscula' ut Iuuencus
Foueam si forte pecuscula uestra inciderit (II 590).

Iuuencum citauit etiam Beda Venerabilis in libro illo saepe laudato de arte metrica ut p. 233 (cf. H. Keil, Grammatici lat. tom. VII):

Octauus modus est, cum correptam uocalem in eadem parte orationis sequitur z consonans graeca duplex: est enim longa in hoc Iuuenci

Difficile est terris adfixos diuite gaza (III 522)

et breuis in hoc eiusdem

Et gaza distabat rerum possessio fulgens (III 499):

nomine auctoris non addito:

p. 232, 27 *Exsultat*[2]) *Mariae cum prima affamina sensit* (I 91),
p. 245, 20 *Inmortale nihil mundi conpage tenetur* (praef. 1),
— 28 *Pacificos deus in numerum si*[3]) *prolis adoptat* (I 465),
p. 247, 24 *Nomine Ioannem hunc tu uocitare memento* (I 26),
p. 250, 15 *Illi continuo statuunt ter dena argenti* (IV 426);

1) ibi fincula *MV* 2) exultant *L* 3) sibi *F*

de locis, qui in ceteris Bedae libris inueniuntur, cf. Manitium l. c. p. 86 sq.

Eximius autem est locus in Bedae libro retractationis in actus apostolorum c. 9 (cf. Migu. t. 92 p. 1016): Ecce enim orat et uidet uirum Ananiam nomine introeuntem et imponentem sibi manus. In Graeco habetur ita: Et uidit in uisu uirum, hoc est ἐν ὁρόματι *(sic)* quod nomen et Iuuencus presbyter in euangelio carmine posuit dicens

Horomatis huiusce expertes reddite cunctos (III 340*).

Etiam Cruindmelus est nominandus, qui e Beda pendet:

p. 10, 20* (ed. Huemer) *inde domum repedat terrarum lumen Iesus* (II 75).

p. 16, 31 Octauus modus, cum correptam uocalem in eadem parte orationis sequitur z consonans graeca duplex: est enim longa in hoc Iuuenci

difficile est[1]) *terris adfixos*[2]) *diuite gaza* (III 523),

est enim breuis in hoc eiusdem:

Et gaza distabat rerum possessio fulgens (III 499),

p. 34, 26 *inmortale*[3]) *nihil mundi conpage tenetur* (praef. 1).

p. 35, 4 (nomine auctoris non addito):
nobis certa fides aeterna[4]) *in saecula laudis* (praef. 17).

— 6 *pacificos*[5]) *deus in numerum sibi prolis adoptat* (I 465).

p. 43, 32 *nomine Iohannem hunc tu uocitare memento* (I 26).

Inter exempla poetarum a diuersis collecta, quae in codice Vaticano Reg. 215 s. VIII ex. uel VIIII continentur, Iuuenci uersus hi leguntur (cf. Peiper, Alcimi Auiti opp. praef. p. LXVIII):

IUVENCI PR̃BI

Iam licet implentem gracili presepia uoce Grăcĭlī (I 169).
Atq. animam matris ferro fulgente machere Măchērē (I 212).

---

[1]) difficil& terris *F* [2]) et fixus *EFP* [3]) inmortalo *F* [4]) aeterna *EF* [5]) pacificus *F*

Inpubis pueri cruciatur spiritus æger — Īnpūbĭs (I 743).
Clara philippeo pollent de nomine rura — Phĭlĭppēō (III 258).
Horomatis huius expertos facite cunctos — Hōrŏmătĭs (III 340*).
Moysea q. legum posuit præcepta nubere — Nŭbērĕ (IV 15).
Aeternis uitæ sertis redimitus abibit — Rĕdĭmītŭs (IV 116).

In quaestionibus grammaticis, quas H. Hagenus edidit e codice Bernensi 83 s. X, Iuuencus duobus locis citatur (cf. Anecdota Heluetica p. 179, 8): Nam nec in his ipsis uidelicet ‚sis' et ‚uelis' neque in aliis uerbis coniunctiuis praeteriti uel futuri debet ullatenus in paenultimo pluralis numeri primarum seu secundarum personarum corripi teste Seruio super Vergilium in libro VI Aeneidorum de praeterito

Egerimus nosti et nimium meminisse necesse est.

Ait enim: ‚ri' necessitate metri corripuit. Et Iuuencus de futuro testatur

Nec canibus sanctum dederitis neue uelitis (I 664)

p. 186, 28 Seuerus amphibrachys. Iuuencus:

Quod scirem Domino memet seruire seuero (IV 241).

Huc referendum est quod legitur in epistula Lupi Ferrariensis: Seruius auctor est, qui eo uersu ubi Virgilius systolen fecit his uerbis: Egerimus, nosti, et nimium meminisse necesse est. Ri, inquit, metri necessitate corripuit. Item Iuuencus: *Ne sanctum* etc. licet quidam praeteritum perfectum subiunctiui et futurum differre scribant (cf. etiam infra p. XIX s.).

Adde praeterea, quod Thurotius (notices et extraits des manuscrits t. XXII p. 424) adnotat.

Aeuo quod dicunt uulgo Carolinum Iuuencum cum reliquis poetis christianis multum lectitatum esse quis ignorabit uel mirum habebit? Iam inter Pauli et Petri carmina dubia leguntur haec (cf. Duemmler, Poetae aeui Carol. I p. 76 uersus Fiduciae ad Angelramnum presulem) u. 14:

Portio sit tibi cum iusto Simeone beato!
Teudulfus rutilat mire de arte Iuuenci

Atque Angelpertus, diuini ambo poetae,
Quos Flaccus Varro Lucanus Nasoque honorant.

Alcuinus De diu. officiis c. 5 (Mign. t. 101, 1179): Per aurum rex ostenditur. In thure Deus dignoscitur. Per myrram, homo passus atque sepultus. Haec dona Iuuencus presbyter mire [metro] conclusit

Aurum, thus, myrrham regique Deoque hominique
Dona ferunt (I 250 sq.).

Pluribus locis eius mentionem facit ut in uersibus de Sanctis Euboricensis ecclesiae u. 1550 (cf. l. c. I p. 204):

Quid quoque Sedulius uel quid canit ipse Iuuencus
Alcimus et Clemens, Prosper, Paulinus, Arator,
Quid Fortunatus uel quid Lactantius edunt —

in epistola 126 (cf. Jaffé, Monumenta Alcuiana p. 510): Ait enim quidam poeta de opere carminis euangelici

Hoc opus hoc etenim forsan me subtrahet igne[1])
Tunc cum flammiuoma iudex descendet ab arce[2])

dicam et ego

Hoc opus hoc etenim non solum subtrahet igne
Te iam, sed faciet caeli conscendere in arcem —

in epistula 143 (ad Carolum regem data) l. c. p. 547:

In hoc namque opusculo catholicae fidei ueritatem ex sanctorum patrum certissimis probare testimoniis nisus sum; id est beati Hieronymi atque sancti Augustini, Gregorii papae Romani, Hilarii Pictauiensis episcopi, Leonis quoque papae et Fulgentii episcopi, Ambrosii quoque Mediolanensis episcopi, sed et fortissimi contra Nestorium militis Cyrilli, Petri etiam Rauensis episcopi et beati Bedae presbyteri. Gregoriique Nazanzeni nec non et Ysidori Hispaniensis et Iuuenci eiusdem prouinciae scolastici —

in epistula 166 (ad Theudulfum) l. c. p. 607:

[1]) sic. [2]) cf. infra praef. uers. 22 et 23.

Tua uero, uir uenerande, sanctitas honoret ministerium tuum: praedica oportune inoportune et ut trapezeta sapiens multiplica pecuniam domini, ut denaria mercede dignus efficiaris

Hoc opus hoc etenim forsan te subtrahit igni,
Hoc opus hoc etenim caelesti te inserit aulae[1])

hoc poeta.

Idem in libro secundo aduersus Felicem c. 6 (cf. Mign. t. 101, 152): At si mundi doctoribus ceteris uobis non licet credere, uestris saltem doctissimis uiris credite. Cecinit Iuuencus presbyter et doctissimus Hispanus scholasticus in carmine euangelico hoc modo

Non tua concipient caelesti uiscera iussu
Natum, quem regnare deus per s i n g u l a *cuncta*[2])

Rursus in libro II c. 8 ad Elipandum (cf. Mign. t. 101, 266): Illi (sc. patres Hispani) sua habuerunt tempora nobisque praeclara sui sudoris in sancta conuersatione reliquerunt uestigia quos laudamus, amamus . . . Beati itaque Isidori . . . sed et I u u e n c i presbyteri atque optimi scholastici, quem beatus Hieronymus laudat, carmina euangelicae historiae prospeximus (f o r t e perspeximus), qui in quodam uersu Christum proprium filium Dei catholico ore non formidauit appellare, ait enim

*Nam (*Q u e r c. *non) tua concipient caelesti uiscera iussu*
Natum, quem regnare Deus per saecula cuncta
Et propriam credi subolem gaudetque iubetque,
Hunc ubi sub legem (I u u. *sub lucem) dederis sit nomine Iesus.*[3])

T h e o d u l f u s episcopus ille Aurelianensis (cf. Duemmler l. c. p. 543):

De libris quos legere solebam et qualiter fabulae poetarum a philosophis mystice pertractentur (u. 11):

Cura decens patrum nec erat postrema piorum,
Quorum sunt subter nomina scripta uide:
Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Auitus
Et Fortunatus, tuque I u u e n c e t o n a n s.

---

1) cf. supra p. XV.
2) cf. I 60 s.
3) cf. I 60—63.

Ermoldus Nigellus in carmine elegiaco in honorem Hludowici u. 17 (cf. Duemmler l. c. II p. 5):

Si Maro, Naso, Cato, Flaccus, Lucanus, Homerus,
Tullius et Macer, Cicero siue Plato,
Sedulius necnon Prudentius atque Iuuencus
Seu Fortunatus, Prosper et ipse foret,
Omnia famosis uix possent condere cartis
Atque suum celebre hinc duplicare melos.

Hrabanus de institutione clericorum l. III c. 18 (cf. Mign. t. 107, p. 396):
Quam ob rem non est spernenda haec quamuis gentilibus communis (metrica) ratio, sed quantum satis est perdiscenda, quia utique multi euangelici uiri insignes libros hac arte condiderunt et deo placere per id satagerunt, ut fuit Iuuencus, Sedulius, Arator, Alcimus, Clemens, Paulinus et Fortunatus et caeteri multi.[1])
Commendat Iuuencum Wandelbertus Prumiensis (cf. Duemmler l. c. II p. 575) u. 22:

Pollet Gregorius nitetque, laude
Dictorum uolitat Iuuencus, illi
Coniunctis spatiis Arator haeret
Prudentique, deum canendo uiuis.

Praeter hos etiam alios horum temporum scriptores ut Candidum Fuldensem, Walahfridum Strabonem, Florum Lugdunensem, auctorem uitae Leudegarii, Engelmodum, Audradum Iuuenci uestigia pressisse testes sunt Duemmler et Traube, editores poetarum aeui Carolini; cf. praecipue t. II p. 2, 157, 262, 508 addenda et commentarios carminibus additos.
Smaragdus in epist. et euangelia (cf. Mign. t. 102, 72): Alii dicunt nepotes Balaam esse filii Beor, quia sectam eius secuti sunt. alii dicunt Persas fuisse, ut metro Canorius dicit:

Tum iubet et Perses celerem pertendere gressum (cf. I 241).

[1]) cf. etiam Ruodolfi annal. Fuld. ann. 844.

Eulogius Toletanus initio Memorialis SS. I (cf. Mign. 115, 741): Et sicut me indignum tanto opere fateor, ita quoque sui perfectione non solum erui culpis confido, uerumetiam poenis abstractus, praestantiorem gratiam interuentu eius apud Dominum inuenire spero: ut est illud philosophicum

Hoc opus hoc olim forsan me subtrahet igni (praef. 22).

Paschasius Radbertus abb. Corb. expositionis in Matthaeum lib. II, 2 (cf. Mign. 120, 127): Itaque quia Bethlehem, ubi Christus natus est, ad meridianam plagam ab Hierusalem sexto ferme milliario sita est, idcirco ab eadem parte regionis recte uenisse dicitur. Fuerunt namque isti ut ferunt, de terra Persarum, uelut Iuuencus noster canit

Tumque iubet Persas extendere gressus (cf. I 241),

specialiter tamen Euilat, ubi abundat aurum optimum, habitasse creduntur.

Ib. lib. XI, 24 (p. 814): Et licet fulgur uniuersa, quae sub caelo sunt, penetret ac perterreat, penetrabilior tamen dies illa erit ac terribilior, quae omnia caelorum mouebit arcana, et inferorum uniuersa penetrabit iura, nec non et mundi cuncta turbabit elementa. De quo Iuuencus presbyter mirum libri sui principium dedit: Quod

Inmortale nihil mundi — caeli (praef. 1—3).

Samson abbas Cordubensis apolog. I c. 8 (cf. Florez, Espan. sagr. XI 369): Quibus etiam uir eloquio nitidus et in poematibus clarus Iuuencus metrice euangelica uerba comprehendens ait

Et magnum clamans felix o femina salue
Felicem gestans uteri sinuamine foetum (cf. I 86. 87).

Et iterum

Interea Mariae sponso miracula mentem
Sollicitant manifesta uteri quia pondera uidit (I 133. 134).

Anastasius abbas in historia de uitis Rom. Pont. (cf. Mign. t. 128, 354): Eadem distincta phrasi castigate etiam in carmi-

nibus canunt patres et poetae christiani nascentis quidem et adorati a pastoribus solum praesepe memorantes; adorati uero a magis praesepe et cunes ... Iuuencus presbyter, lib. II u. 168

Hoc signum dicam, puerum quem cernere uultis
Iam licet implentem gracili praesepia uoce

et u. 176

Pastores propere ueniunt querumque iacentem
Praesepis gremio cernunt.

Ermenricus Elwangensis in epistola ad Grimaldum (cf. Duemmler, E. epist. ad Grimald. Hal. 1873 p. 10): Similiter producuntur in prosa ‚Hieremias, Ezechias, Sedechias, Sophonias ...' et sic omnia ex ‚ia' hebreo composita producuntur in penultimis sine metro, licet producta seu correpta inueniantur apud poetas. Correpta ut est illud apud Iuuencum

Zacharias uicibus cui templum cura tueri (I 3);

p. 20: Interim uero, ductor amando, quia tempora Augustorum nosti, sub quibus sapientia floruit, et ut leuius iter habeamus, dicito mihi, si inter illos audieras, unde quidam corripiant, quidam uero producant in penultimis uerba subiunctiua in prima et secunda persona pluralis numeri tempore preterito perfecto et futuro eiusdem modi per omnes coniugationes. Ut cum ‚amauerim amauerimus amaueritis ... Nam apud Iuuencum et ceteros omnes pene poetas producta inueniuntur ut est illud

Ne canibus sanctum dederitis neue uelitis (I 664)

p. 20–21: Est enim poetica licentia talis ut cum necesse fuerit de productis faciant correptas. Veluti Iuuencus Ebraica nomina in ‚ias' desinentia, quae in prosa producimus, ipse interdum corripit, interdum etiam et producit. Corripit enim uero ita

Quam bonus Hieremias diuino numine iussus (I 264).

Bonito diaconus in uita S. Theodori I 4 (cf. Acta SS. Febr. II 31)

Haec ubi dicta dedit teneris se miscuit auris (cf. I 42).

Iohannes Scotus De diuis. naturae II 17 (cf. Mign. 122, 550): Quid ergo mirum, si primordiales uisibilium rerum causae terrae inanis et uacuae uocabulo figurate insinuentur, prae nimia sui subtilitate ineffabilique intellectualis suae naturae simplicitate, priusquam in genera et formas sensibilesque numeros, in quibus ueluti quibusdam nebulis corporeis sensibus apparent, per generationem profluerent, quando praedicta uisibilis mundi spatia inania seu uacua non incongrue appellantur sicut ait quidam poetarum

Aera per uacuum saltu iaculabere corpus (I 388).

Ad Iuuenci exemplar Otfridus monachus et presbyter Weissenburgensis carmen suum, cui inscribunt ‚Krist', panxit, cf. eius epistolam ad Liutbertum episcopum Moguntinum anno 865 datam (cf. Jaffé, Monumenta Moguntina p. 328):

Petitioni quoque iungentes queremoniam, quod gentilium uates ut Vergilius Lucanus Ouidius caeterique quam plurimi, suorum facta decorarent lingua natiua, quorum iam uoluminum dictis fluctuare cognoscimus mundum, nostrae etiam sectae probatissimorum uirorum facta laudabant Iuuenci, Aratoris, Prudentii caeterorumque multorum, qui sua lingua dicta et miracula Christi decenter ornabant; nos uero, quamuis eadem fide eademque gratia instructi diuinorum uerborum splendorem clarissimum proferre propria lingua dicebant pigrescere.[1])

Saeculo decimo ineunte Iuuenci mentionem facit Remigius Autiss. de musica (ed. Mign. t. 132 p. 951): strongylus στρογγύλος uersus dicitur, in quo nulla pars orationis integra locum pedis obtinet, ut

Inmortale nihil mundi compage tenetur (praef. 1),

in hoc enim uersu nullus pes terminat partem orationis.

Hom. VII (ib. p. 900): Nam alii dicunt illos fuisse Chaldaeos, Chaldaei enim stellam pro Deo colebant et idcirco dixerunt, quod nuncupatiuus deus eorum ostenderit uerum Deum natum. Alii dicunt Persas fuisse propter illum Metrocarii[2]) uersum

Tunc iubet et Persas celerem protendere gressum (I 241).

[1]) cf. Marold, Germania, Jahrg. 1886, p. 119.

[2]) *alias* metro Canorii, *cf. supra* p. XVII.

Notkerus ille Balbulus in epistula, in qua de interpretibus diuinarum scripturarum agit c. 7 (cf. B. Pezius, Thesaurus Anecdotorum t. I, fol. 9; Fabricius, bibl. med. et inf. latinitatis t. V p. 313): Si uero etiam metra requisieris, non sunt tibi necessariae gentilium fabulae, sed habes in christianitate prudentissimum Prudentium . . . Alcuinus (Alcimus Fabricius) uero nomine Auitus licet historiam Geneseos quasi solam assumpserit, tamen omnia nostra dulcissimo carmine decantauit et pulcherrimum librum de uirginitate ad sororem suam descripsit, et alium de institutione mortalium (al. moralium), pro quo tu legisti Catonianum, sed quantocius facito tuum esse. Iuuencum et Sedulium Aratorem hymnosque Ambrosianos scio quia iam memoriae commendasti.

Minutam inde Iuuenci auctoritatem esse ex eo colligas, quod iam auctores pauci eum citant uel imitantur. In carminibus saeculi decimi locos nonnullos ex Iuuenco petitos notauit Duemmler, (cf. Lateinische Gedichte des IX. bis XI. Jahrh., Neues Archiv X p. 345) et E. Voigt ad ‚Ecbasin captiui'. Hugo de S. Victore, qui anno 1141 obiit, in erud. didasc. V 3 post Sedulium et Prudentium Iuuencum laudat (cf. Mign. t. 176 p. 786). Praeterea:

Christianus qui Druthmarus Corbei. monachus uulgo dicitur in expositione in Matth. (cf. Mign. 106, 1281): Fuerunt autem de genere Balaam isti tres reges: De tribus regnis fuerunt de terra Heuilath, ubi effoditur aurum optimum sicut dixit Moyses; et uicini Persis, unde dicit Iuuencus

Iuuat Persis pertendere gressum (cf. I 241).

Zacharias Chrysopolitanus episc. in unum ex quattuor praef. (cf. Mign. 186, 14): De figuris euangelistarum non aduersas, sed diuersas Patrum sententias ponemus ut lector eligat quod sibi potissimum uidebitur — Sedulius: Hoc Matthaeus agens — astro Iohannes. Aliter Iuuencus

Matthaeus instituit uirtutum tramite mores,
Et bene uiuendi iusto dedit ordine leges.
Marcus amat terras inter caelumque uolare,
Et uehemens aquila stricto secat omnia lapsu.

Lucas uberius describit proelia Christi
Iure sacer uitulus, qui moenia fatur auita.
Ioannes fremit ore leo similis rugienti,
Intonat aeternae pandens mysteria uitae. (cf. infra praef. I.)

Reprehendit eum cum aliis poetis christianis Sextus Amarcius sermonum libro III. u. 270 (cf. editionem Manitii p. XV):

Verum | Alchimus, Arator, Sedulius atque Iuuencus | Non bene tornatis opponunt regia uasis | Fercula.
Idem pluribus locis eum imitatus est.

In florilegio, quod in codice 227 s. XII monasterii sanctae Crucis, in codice 1095 s. XIII monasterii Neoclaustroburgensis (cf. Wiener Studien IX p. 52), fortasse etiam in cod. Monacensi 6911 s. XIV legitur, uersus praefationis soli eique uariantes continentur (cf. Zeitschrift f. österr. Gymnas. 1881, S. 415). At florilegium cod. Sangall. 878 (cf. Rhein. Mus. 1885 p. 263) uersus I 502, 664 IV 682[1]) exhibet.

Vincentius Bellouacensis spec. doctr. V 65 (ed. Duac. II 441): Iuuencus libr. III

Felices puro qui caelum corde tuentur:
Visibilis Deus his per secula cuncta manebit (I 463 sq.).

V 79 (p. 448) Iuuencus libr. I

Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam caeli regnum sublime receptat (I 454 sq.).

Roger Baco, compend. stud. p. 456 (ed. Brewer): Similiter apud poetas Christianos siue, ut melius dicam, auctores doctissimos, cuiusmodi sunt Sedulius et Prosper et Arator et Iuuencus et alii omnes quos approbat ecclesia et summi pontifices sicut patet in prologis horum librorum et Hieronymus et Beda et omnes antiqui sapientes. Iuuencus igitur, qui primus fuit et metrificauit Matthaeum euangelium, sic dicit

Officio amissamque leuant promissa loquelam (I 48).

Hic aufertur ultima syllaba scilicet ut *officiomissam* et caetera: nec potest plus auferri sine falsitate uersus.

---

1) *cum lectione uaria:* uerbis *pro* signis.

ib. p. 460: Et nomisma breuiatur in prima syllaba et nummus longatur in prima syllaba ut differentia maior appareat inter illa ut habentur a Iuuenco in tertio libro super Matthaeum, ubi dicit sic

Inspicite in nummum sculptique nomismatis aera (IV 10).

ib. p. 477: Barabbas siquidem nomen Latinis in euangelio habet mediam productam, de cuius accentu credendum est Iuuenco et Sedulio auctoribus certis et dignis. Iuuencus dicit

Pilatus donat plebi, legique Barabban (IV 624).

Litteris renatis qualis quantusque Iuuencus ab auctoribus habitus sit, ex testimoniis quamquam paucis conicias quae Erhardus Reusch in praefatione editionis suae, Arevalus in prolegomenis capite IV., Gebser, De Caii Vettii Aquilini Iuuenci presbyteri Hispani uita et scriptis p. 13 s. congesserunt. In bibliothecis monasteriorum et antiquissorum et per aeuum medium celeberrimorum Iuuenci opus adseruatum et lectitatum esse, bibliothecarum catalogis, quas Gustauus Bekker (Bonnae 1885) collegit multas, satis probatur. Opus Iuuenci coniunctum fuit plerumque cum aliis poetis christianis praecipue Sedulii carmine Paschali: cf. e. g. catalogum Bobbiense s. x, in qua libri a Dungalo ‚praecipuo Scotorum' beatissimo Columbano oblati continentur (cf. Murator. Antiqq. Ital. med. aeui tom. III p. 818 s., Bekker l. c. p. 70): ‚498 Librum Fortunati unum, in quo est Paulinus, Arator, Iuuencus et Cato.' Ibidem ‚breue de libris Theodori presbyteri: 586 Sedulii Iuuencii et Prosperi ac Prudentii et aliorum uersificatorum liber unus'. Atque uetus Cluniacensis bibliothecae catalogus (cf. Delisle, Le cabinet des manuscrits p. II 459 s.) habet haec: ‚524 Volumen in quo continetur Arator, idem Fortunatus ut supra, Porphyrius, Iuuencus, Sedulius, Auiti episcopus . . . 526 Volumen in quo continentur Iuuencus, Sedulius, Arator, Prosper, quoddam metrum Tertulliani, Cato, Auianus, quedam diuerse collectiones uersuum diuersorum actorum, libri Archini episcopi, ars Isidori de grammatica et de disciplinis aliarum artium.' Ex libris manuscriptis multi nostrum saeculum tulerunt. Horum anti-

quissimi et optimi ad textum Iuuenci integrum restituendum sunt selecti. Enumerantur etiam alii quamquam auctoritate minore.

C Antiquissimus atque praestantissimus est Codex Collegii corporis Christi Cantabrigiensis 304 s. VII, quem in usum meum A. Swoboda accurate contulit. Descripsit codicem rei palaeographicae uir peritissimus H. Bradshaw in libello a Zangemeistero a. 1877 confecto: Bericht über die im Auftrage der Kirchenvätercommission unternommene Durchforschung der Bibliotheken Englands p. 71 (uel p. 552 s. Sitzungsber. der kais. Akademie der Wissensch. in Wien, Bd. 84) his quidem uerbis: Ms 304 in uncial lettres probably of the VII[th] century, consisting of three separate preliminary leaves, followed by 14 4-sheet quires, numbered in the centre of the lower margin of the last page of each quire. There was probably a 15[th] quire of 2 sheets, now lost ath the end of the volume. The pages contain 21 lines in the 1[st], 13[th] and 14[th] quires, and 20 lines through the rest of the volume. The measurement is 10 inches by 6 $^{3}/_{4}$ or 7 inches in breadth. The text is written continiously (not in verses), with punctuation at the end of each verse, and a larger and blacker letter at the beginning of each verse.

The three preliminary leaves are ornamentally written in large capitals (11 lines to a page), within borders, the first and last pages being enclosed in an arch, the rest within rectangular borders. They contain the verses known in connexion with St. Isidore and his Library ‚Sunt hic plura sacra' etc., but differing from those in the editions both in order and matter and containing only the Bible, Origines, Hilarius, Augustinus, Theodosius, ending up with ‚ecce Iuuencus adest tibi' (cf. supra p. IX) and on the opposite page the text of Iuuencus begins without any rubric, the first preface being written in the same fancy capitals as the verses of St. Isidore thus (4[a]): *Mattheus*[1]) *instituit* . . . the first preface ends (4[b]) *Iohannis*

[1]) Hos uersus Iuuenci non esse pluribus causis potest demonstrari. Atque primum quidem premendum est uersus in codicibus solis CC_2MpPT V_1BH inueniri, in reliquis desiderari. Antecedit in codd. Mp et T carmen

fremit — misteria uitae caluetii :⁝ *aquilini* :⁝: *siue iuuenci* so far in large fancy capitals, then immediately in ordinary uncials: *Immortale nihil — roma,* then of leaf 5[b] *canentis, Dulcis iordanes ut xp̃o digna loquamur:* ~ *Rex fuit* — leaf 36[a] *tetigit seruator ih̃s. sana ministerium praebebat femina mensis:* ~ ~ then at once in larger capitals: *sapientissimi uiri Iuuenci : xp̃iani : euangeliorum liber primus : explicit caluetii* ~ *aquilini* ~ *Inde philippus ait* ⟫ these last words are in red but in ordinary uncials, over leaf (36[b]) it proceeds: *cernes dubitare quiesce et proprios huc saepe greges ad pocula duxit. Progrediens uide nã oculis tueri licebit ad hoc seruator talia dicta detulit. Iamque dies* — the 2[nd] book ends, and the 3[nd] begins thus (67[a]): *turbasque reliquit.* Explt · Incpt liber tertius *(in red) Fuderat* — the 3[rd] book ends, and the 4[th] book begins (93[b]): *hominum seletio fiet:* Euangeliorum liber tertius explct *(in red)* Icpt eiusdem liber . . *(in black)* quartus ɾ feliciter ɾ *(in red). Talia* — The ms. breaks off book IV, verse 733, thus (115[b]) *nunc meminisse decet q̃m planus ille solebat.* The remaining lines, here wanting, would occupy nearly 3 leaves of the next quire, which probably consisted of four leaves only. There is no trace in the volume of the Library to which it belonged before the Reformation; the only entry which seems to have given this information on the first page, has been carefully erased.

---

de canonibus Eusebianis quod Laurentius Scottus s. VII composuisse dicitur (cf. Duemmler l. c. I p. 164). Idem uersus post finem carminis Iuuenciani leguntur in cod. Mus. Brit. 19723 s. X et in cod. Sangall. 197 s. X. In codice C uersus ante inscriptionem Iuuenci leguntur, cum sub Damasi papae nomine tradantur in codice Cantabrigiensi (C_2) hac inscriptione: Incipit prolologus *(sic)* damassi Mattheus *etc.* Atque Damaso adscribi uersus illos historiae ecclesiasticae scientes minime mirentur. Accedit quod euangelistae non usitato ordine se excipiunt qui est: Mattheus Iohannes Lucas Marcus. Si nomina Marci et Iohannis transposueris, ordinem uerum restitueris. Denique recte iam Maroldus adnotauit, contra morem Iuuenci in hoc carmine nomen Mattheum bisyllabum et nomen Iohannis tribus syllabis et i consonanti pronuntiandum esse. Versus similes, quos hodie memoriales dicere solemus, aeuo Carolino usitatissimos fuisse, ex Duemmleri editione carminum aeui Carolini satis superque apparet.

Maroldo teste (prol. edit. p. VIII) in margine superiore folii 75[b] nomen Engelbergae litteris anglosaxonicis adpictum est. Sed quis fuerit illa Engelberga non constat.

Quod ad rem orthographicam codicis attinet, non rara est permutatio uocalium *e* et *ae*, *e* *(ae)* et *i*, *i* et *y*, *a* et *u* (cf. I 85 *flumine* pro *flamine* I 584 *custis* pro *castis*), rara consonantium *u* et *b* (cf. III 183 *uidentes* pro *bidentes*), *i* et *f* (cf. I 58 *futura* pro *iutura*), *d* et *t* (cf. passim *adque* pro *atque*), *g* et *qu* (cf. praef. 13 *aeguora* pro *aequora*, II 147 *ligorem* pro *liquorem)*, *h* et *n* (cf. II 56 *hos* pro *nos*), *l* et *r* (cf. II 2 *fuluam* pro *furuam*); *s* finalis saepe omittitur (cf. I 36 *suo⟨s⟩ uultu⟨s⟩*, I 268 *ferita,* 365 *patri,* II 296 *illi,* III 493 *laeti*), superflue additur (cf. IV 127 *uteri(s),* simili modo *m, r, t* (cf. II 36 *fiducia(m),* 261 *unda(m),* III 265 *curru(m)* . . *uetere* pro *uertere* I 484, *resipisse* pro *resipisset* II 72), *h* initio uerborum omittitur (cf. I 615 *orrida,* at II 13 *habire),* saepissime superflue additur in uerbo *aut,* sed recte seruatur in nomine *Istrahelita* (cf. indicem).

Praepositiones cum uerbo saepe non coalescunt, id quod etiam in textibus quos uulgo dicunt antehieronymianos deprehenditur (cf. Linke, Studien zur Itala, Breslau 1889, p. 26 s.): *ad* non mutatur ante *g, l, p;* ante *f, m, n, s* semper fere, raro ante *c*, semper mutatur ante *r* et *t; con* raro coalescit cum consequente *l,* saepius cum *p,* semper fere cum *m* et *r; in* semper seruatur ante *l* et *r,* raro ante *m* et *p; ob* ubique fere adsimilatur; *sub* manet integrum ante *r* et plerumque ante *m*, coalescit saepe cum sequente *c, g, p*.

Archetypi scripturas discrepantes uel totos uersus margini adscriptos, hos quidem interdum uirgulis inclusos, librarius diligenter seruauit ita ut haec omnia uno tenore coniungeret. Correcturas expertus est codex uarias a manu eiusdem fere aetatis; nonnulla iam librarius emendasse uidetur Maroldo teste, qui codicem inspexit, manus tertia litteris minusculis anglosaxonicis saeculi circiter noni singula quaedam mutauit.

Octaui saeculi est codex Musei Britannici 15 A XVI signatus
R et litteris minusculis nitidissime scriptus. Descriptus est ab eodem Zangemeistero l. c. p. 513 his quidem uerbis: membranaceus

84 foliorum formae octauae continet f. 1—59 Iuuenci euangelicae historiae poematum libros IV *Immortale nihil* — f. 60—73 aenigmata Althelmi grammatici (cf. Berichte der sächsischen Gesellschaft der Wissensch. 1877, p. 22) — f. 74ᵛ. post u. 809 legitur benedictio quaedam regalis a manu alia scripta: *Christus rex regum ex aeuo qui regnat in aeuum.* etc. — SCOLICA GLOSARVM. *Apocriphus · ḡ · latinae dicitur decretalis. Quo nomine censetur liber — Ypoteseon · i · informationum · l · institutionum · Ypopostomos · i · ęqs* | · fol. 74^v—83^r s. IX. Librum quondam Cantuarensem fuisse, in folio 1^a manu circiter saec. XIV scriptum legitur. Versus quidem sunt disiuncti, sed uoces nonnumquam inter se cohaerent. Praepositiones cum litteris consequentibus rarius quam in C coalescunt. Codicem in meum usum A. Swoboda denuo contulit.

Eiusdem aetatis est codex lat. Monacensis 6402 (olim Frisin- M
gensis 202) formae oblongae foliorum 63. Descripsit codicem Aretinus in libro illo ‚Beyträge' etc. VII 243 (cf. etiam catalogum codicum Latinorum bibl. regiae Monacensis I 3 p. 104 s.). In folio primo a recentiore manu scriptum legitur: *iste lib̄ ē scē marie 7 scī corbī frisiḡ.* Scriptus est codex litteris minusculis a librariis tribus ut uidetur, quorum primus nonnunquam uarias lectiones iuxta posuit (cf. I 254 *laetantes al latentes).* Duorum correctorum manus discernuntur, qui uel menda sanabant uel lectiones discrepantes adponebant; praeterea glossae et latinae et germanicae [1]) leguntur. Usitatissima est geminatio litterae *s* et permutatio litterarum *m* et *n*. Folia quaternionis VIII. (53—63) erosa et lacerata sunt, desinit codex in uersum IV 790.

Eiusdem saeculi est etiam codex Augiensis (nunc Karoli- A
ruhensis) 112 f. 115 formae quadratae, qui nunc primum ad crisin Iuuencianam accitur. Continet f. 1 DE GRAMMATICA. *Grāmatica est scientia recte loquendi et origo et fundamentum liberalium litterarum. haec disciplinis* (sic) *post litteras communes inuenta est . . .* (cf. Hagen, Anecdota Heluetica p. XXX Isidori grammatica). Sequitur capitulum DE LITTER$\overset{\text{i}}{\text{A}}$S LA-

[1]) De quibus cf. Sievers et Steinmeyer ‚Die althochdeutschen Glossen I'.

TINIS. *Latinas litteras carmentis nimpha prima italis tradidit. carmentis autem dicta* etc. (cf. Isidori Etym. I cap. 4). *Litterae latine cum XXIII sint, Varro X&IIII** dicit esse ceteras superfluas putat. haec est diffinitio litterarum. Littera est pars minima uocis articulatae, a qua incipit et in qua resoluitur. uox dicitur quidquid sonare potest* etc. — desinit in: *zaboli neque hircus in me conualiscere urs intercessiones pbentescolamine* (sic) *largiente deo* (fol. 13ª). fol. 13ᵇ Iuuencus incipit sine inscriptione: *Fuderat in terras* (= III 1) — f. 31ª EXPLICIT EUANGELIORV̂ LIBROS (sic) III · INCIPIT EIVSDÈ LIBER IIII. AM̂ — desinit in uerbum *fatemur* (IV 389). f. 31ᵇ initium cuiusdam legis *,si quis incurte ducis pugnam commiserit et ibi clamor orta fuerit et concursio populi facta fuerit per eius commissum quidquid ibi factum fuerit per concursum eius qualiscumque homo neglexerit et aliquid contra legem fecerit tripl conp illi añ per cuius uocem l opere haec contentio orta fuit LX sol in publico conp;* — f. 32ª de Lazaro narratur: AÑ *homo quidam erat diues* — f. 33ª INCIPIT PFATIO *Domine scae sorori florentine Isidorus quaedam quae diuersis temporibus in ueteris testamenti libris* — f. 46 *cleros et clericus hinc* (= Etym. VII c. 12). f. 51 IN NOMINE DEI SVMMI INCIPIVNT OCTO PARTES ORATIONIS DONATI GRAMMATICI VRBIS ROME — f. 109ᵇ *ut euandre pro euander et timbre pro timber* — sequitur DE MAGIS ET NIGROMANTIIS *magi sunt qui uulgo malifici* etc. (cf. Etym. VIII 9, 9) — f. 110ᵇ DE PONDERIBVS METALLORVM ET NOMINIBVS EORVM (cf. Etym. XVI 25, 1) *Ponderum et mensurarum iubat cognoscere modum* — f. 111ᵇ *peta kanza · duo sorores · dancolf · pater · peroni · pero · pater · crimolti · marcolf · pater escribi ruadhielm filius escribi vrelafrid filius ruadhielmmi adalgund mater* — f. 115ᵇ *coram frequentia sororum dei* et in tegula legitur *hugeprhet bonus homo qñquis in nubibus equabitur* INCIPIT LEX ALA*mannorum q: tē.* Codex foliis 115 constat, ex quibus 35 sunt rescripta. Atque ex iis, quae Iuuencum continet, sunt rescripta f. 14—21, 22ª, 25—31, in quibus missa Gregoriana prius legebatur (cf. Mone, Lateinische und griechische Messen, p. 145).

Rasuras multas codex est expertus et a librariis Gregoriani textus et a librario carminis Iuuenci, ut nonnumquam aegre discernatur utra utrius sit. Correxit Iuuenci textum fortasse is qui codicem scripsit, sed ita ut colore uario scilicet uiridi uteretur. Correcturas nota *m.* 2 distinxi.

Iam ad codices saeculi noni describendos accedamus, sunt uero hi:

Codex Karoliruhensis 217, olim Augiensis, formae quadratae K_1
s. IX ineunte scriptus continet f. 1—39 Iuuenci carmen his quidem inscriptionibus: HAEC HIC SVNT EVANGELIA QA* (T *eras.*)TVOR VERSIBVS G. VETTI IVVENCI V̄C̄ PRESBITERI — G. VETTI IVVENCI PRESBITERI LIBER PRIMVS EXPL̃ · INCIPIT SECVND̃ — G. VETTI SIVE IVVENCI VC PRES̃B LIBER · II · EXPL̃I · INCIPIT · III · — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI · VC · PRES̃B LIBER · IIII · INCIPIT — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI PR̃BI EVANGELIORVM LIBER IIII · EXPLICIT. Sequitur Sedulii carmen (cf. editionis meae praef. p. XI), f. 44 post praefationem illam ad Sedulii uitam pertinentem sequuntur ea quae in Hieronymo
de Iuuenco leguntur (cf. supra p. VI). f. 68 Iuuenci carmen K_2
iterum legitur atque ita, ut Iuuencum excipiant modo uersus Sedulii modo uersus Probae. Inscriptiones eaedem fere sunt quae in parte priore HIC HIC SVNT EVANGELIA · IIII · VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IVVENCI V̄C̄ PR̃I — IVVENC^V^S NOBILISSIMI etc. — PRINCIPE VT HIERONIM' PR̃BT DE EO SCRIPSIT — G. VETTI IVVENCI PR̃BI EVANGELIORVM LIBER · I · EXPL̃ · INCIPIT LIBER · II · — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI · VC · PRESBITERI EVANGELIROV LIBER · II · EXPL̃ · INCIP̃ III · — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI....... EVANGELIORV̄ LIB̄ · III · EXPL̃ · INCIPIT LIBER QVARTVS — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI PR̃BI EVANGELIORVM LIBER IIII · EXPLICIT FELICITER AMEN. Manus secunda praeter primam multa correxit, item tertia, quae glossas et latinas et germanicas adiecit.

Codex Laudunensis 101. B. 2. 17 membr. 4° m. foliorum 60. L
Continet Iuuenciani carminis I u. 180—IV 51, IV 180—801, sequitur subscriptio: FINIVNT QVATTVOR LIBRI IVVENCI

INCIPIT VERSVS EIVSDEM, deinde post u. 803—813 legitur (f. 48): FINIVNT VERSVS IVVENCI DE IIII^{or} EPIGRAMMATA PROSPERI EVANGELIORVM VIRI ERVDITISSIMI EXAMETRO ET PENTAMETRO DEGESTA OPVSCVLIS SCI AVGVSTINI DEFLORATA INCIPIV^{T}N (T *a m.* 2) I. DE SIMILITVDINE VERSVVM FLORIBVS. In margine folii 5[a] manus 2 adnotauit: *Rodulf me fecit.* Praeterea capitulorum inscriptiones et in margine et inter uersus leguntur. Correctus est liber a librario et a nescio quo lectore. Margines foliorum complurium umore ualde sunt deprauati (cf. catalogue des bibl. des départ. I p. 91).

Mp Codex Montepessulanus 362 (ex libris oratorii collegii Trecensis) membranaceus formae quadratae fol. 267. Descripsi codicem in prolegomenis ad Sedulium p. XIV. Continet a f. 39[a]—93[b] Iuuenci carmen cum uersibus illis *Matheus instituit uirtutum tramite mores,* qui post uersus in honorem Sedulii factos (cf. meam editionem p. 307) sine inscriptione litteris euanidis scripti leguntur. Sequitur f. 39[b] INCIPIT PROLOGVS IVVENCI PRESBI, quem excipiunt f. 40[a] Hieronymi uerba litteris maiusculis scripta: EXPLICIT PROLOGVS IVVENCVS NOBILISSI — PRINCIPE VT HIERONIMVS PRBT DE EODEM SCRIBIT. — f. 40[b] REX FVIT HERODES etc. (I u. 1) — f. 93[b] EXPLICIT LIBER IIII · EVANGELIORVM VERSIBVS GAI VECTI AQ^{I}VLINI IVVENCI PRBI. Inscriptiones capitulorum sunt rarae. Correcturas manus secundae, quae etiam lectiones uarias adiecit, nota *m.* 2 significaui; glossas ubique fere neglexi.

P Codex Parisinus latinus 9347 olim Remensis formae maximae foliis 135 Sedulium Iuuencum Prosperum Sammonicum Venantium Fortunatum carmina quaedam adespota continet (cf. proleg. ad Sedulium, F. Leonem in editione Fortunati p. VII, Schenkel. in edit. Ausonii). f. 18[a] sine inscriptione carmen Iuuenci uersibus illis incipit: *Matheus instituit uirtutum tramite mores* etc. sequitur INCIPIT PROLOGUS *immortale nihil* etc. — f. 39 EXPLICIT LIBER QVARTVS IVVENCI PRSBI DEO

GRATIAS. Correcturae manus secundae uario atramento sunt scriptae. Codicem in meum usum contulit C. Wotke.

Codex Turicensis C 68 f. 127 Iuuencum et Sedulium praecipue continet (cf. Proleg. ad Sedulium p. XII et Studia Vindob. 1880, p. 81 s.). Atque f. 2^b post canonem euangeliorum rhythmice compositum leguntur uersus illi: *Matheus institut* etc. Sequitur inscriptio uncialibus rubris scripta (3^a): *haec hic* SVNT *euangelia* IIII VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IVVENCI VC · PRESBITERI INMORTALE NIHIL etc. — EXPLICIT PREFA͠T — G. VETTI IVVENCI PRBI̅ EVANGELIORVM · LIBER · I · EXPL̃ · INCIPIT LIB̃ · II · — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI · VC · PRESBITERI EVANGELIORṼ LIB̃ II · EXPL̃ · INCIPIT LIBER TERTIVS — G. VETTI AQVILINI · VC · SIVE IVVENCI PRESBITERI EVANGELIORṼ LIBER III · EXPLICIT · INCIPIT LIB̃ · IIII · — finit in uerba EXPLIC̃ · EVANGELIORVM LIB · IIII · G. VETTI AQVLINI SIVE IVVENCI · VC · *prb̄i.* Correcturas codex satis multas expertus est, quas quantum potui in notis distinxi. In Germania codicem esse scriptum glossae etiam theutonicae, quae hic illic leguntur, satis demonstrant, cf. f. 21^b u. II 60 *subigant* (*ruozant* supra scriptum). T

Eiusdem saeculi est etiam codex Cantabrigiensis (= C_2 uel Cant.) bibliothecae uniuersitatis Ff IV 42 n. 1285, qui Maroldo teste (cf. prol. p. XIV) ex apographo codicis M descriptus est (cf. Zangemeister. l. c. p. 548 s.). f. 2^a haec inscriptio legitur: *Incipit prolologus damassi Mattheus instituit uirtutum transite mores* etc. — *f.* 55^a *Expliciunt quattuor euangelia a iuuenco presbytero pene aduerbum translata. Deo gratias ago.*

Eodem saeculo sunt scripti codex Audomaropolitanus 266 membr. 40 olim sci Bertini (cf. catalogue des départ. III p. 134) et codex Albiensis 99 membr. 4° (cf. catalogue des départ. I p. 498), ex quibus Maroldus in editione lectiones quasdam diuulgauit.

Saeculo nono uel decimo scripti sunt: codex Bernensis 534 membr. 4° foliorum 87, qui quondam inter libros Bongarsii fuit. f. 1^b INCIPIT LIBER IVVENCI PRESBITERI QVEM DE CONTEXTV QVATTVOR EVANGELIORVM PER METRVM B

SCRIPSIT *Matheus instituit* etc. — INCIP̄ P̄FATIO IVVENCI. *Inmortale nihil* — EXPLICIT PROLOGVS · INC̄P IVVENCI LIB̄ PRIMVS DE NATIVITATE S̄C̄Ī IOHANNIS — EXPLIC̄ LIBER PRIMVS VECT̃ AQVILINI SIVE IVVENCI VERSVS EVANGELIORVM · INCIP̄ LIBER SECVNDVS EIVSDEM — EXPLICIT LIBER II · INCIPIT LIBER TERTIVS IVVENCI — EXPLICIT LIBER TERTIVS · INCIPIT LIBER QVARTVS — f. 87ᵇ EXPLICIT LIBER IVVENCI. Alia manu scriptae leguntur hae fere glossae: *Solibus prenomis ignicomus phebus iubar* (cf. III 1) *micans paulatim ab humanis subduceret obtutibus* — *in cenobio* ARKOC *habetur hugo inclitus dux francorum in regno* . . . quibus paginae 35ᵇ pars reliqua expletur. In marginibus et inter uersus uariae adiectae sunt glossae a manibus duabus, quarum altera pinguiore atramento est usa. In adnotatione critica significationem *m. 2* adhibebam.

Bb Codex Ambrosianus C 74 sup. quondam liber Sancti Columbani de Bobio formae oblongae foliis 140 continet Venantium Fortunatum Aratorem Paulini Nolani natales Paulini Petricordiae de uita s. Martini fragmentum Prosperum Iuuencum disticha Catonis Theodulphi carmen ad iudices Isidori uersus (cf. Leo in edit. carm. Ven. Fortunati p. VI; E. Duemmler, Poetae lat. aeui Carolini II p. 441). Fol. 118ʳ inscriptio legitur haec: HEC HIC SVNT EVANGELIA IN VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IVVENCI VC PRESBITERI — EXPLICIT PREFATIO — G. VETTI IVVENCI PRESBITERI EVANGELIORVM LIBER PRIMVS EXPLIC̃ · INCIPIT LIBER SECVNDVS — G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI VC PRESBITERI EVANGELIORVM LIB̄ SEC̃D EXPL̂ · INCIPIT TERTIVS — similis est inscriptio libri III. et IV.: G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI P̄R̄B̄I EVANGELIORVM LIBER IIII EXPLICIT FELICITER AMEN AM̃ AMEN. Capitula indicantur nonnisi littera K+ in margine addita; correcturas nota *m. 2* indicaui. Codicem in meum usum contulit C. Wotke.

V_1 Codex Vaticanus Reginensis 333 membranaceus formae quadratae saec. IX uel X scriptus (cf. Areuali prol. 2, 48; Reifferscheidii Bibl. Lat. Ital. I p. 382, Maroldi prol. p. XII) foliis 163

Iuuenci et Sedulii carmina continet. Atque f. 1 legitur: *Incip̄ praefatio iuuenci presbiteri Matheus instituit* etc. — *item praefatio Inmortale nihil* — f. 26^b^ *Explicit liber primus, incipit secundus* — f. 101^b^ *Per dn̄m lucis xp̄m qui in secula regnat. finit. Explicit liber IIII euangeliorum uersibus Gai uetti aquilini iuuenti presbiteri.* Inter uersus glossae leguntur. Lectiones huius atque sequentis libri ex Areuali et Maroldi commentariis recepi.

Codex Vaticanus Ottobianus membranaceus formae octauae V_2 s. IX uel X scriptus (cf. Areuali prol. p. 48, Reiffersch. B. L. I. p. 594, Maroldi prol. p. XIII) foliis 85 Sedulium et Iuuencum continet. f. 36^b^ legitur: *Incipit praefatio iuuenci presbiteri Inmortale nihil* etc. — *Explicit praefatio* f. 37 *Iuuencus nobilissimi generis — principe ut hieronim' prb̄t de eo scripsit Rex fuit* — f. 49 *explicit liber primus. Incipit liber secundus* . . . . f. 65^b^ *in uertice sedes* (= III 543) sequitur f. 67 *ad potiora prudens transibit strata thororum* (= III 621) — f. 81 finit *Explicit liber · IIII · euangeliorum uersibus gai · uetti · Aquilini · iuuenci · presbiteri.*

Codex bibliothecae nationalis Matritensis (Matr.) cason 14 no. 22 membranaceus s. IX uel X accurate est descriptus a Traube, Poetae aeui Carol. III p. 125, ab Hartelio, Bibliotheca patrum latinorum Hispaniensis I p. 284 s., a Partsch, Proleg. ad Corippum p. L. f. 81^b^ Iuuenci carmen incipit. Cum quaternio decimus quartus exciderit, uersum I 617 uersus II 227 excipit. Post uersum IV 802 legitur: *Explicit liber IIII. Iuuenci.* Item ipsius sequuntur u. 803 – 812. Lectiones nonnullas ex Maroldi editione recepi.

Saeculo undecimo scripti sunt:

Codex Helmstadiensis 553 membranaceus 4^0^ foliorum 138, H quem accurate descripsit O. Korn: Die Handschriften der historia euangelica des Iuuencus in Danzig, Rom und Wolfenbüttel (Leipzig, 1870). Continet f. 1—55 Caroli Magni uitam poetae Saxonis, 55—72 passionem sc̄i Adalberti, f. 73—138 Iuuenci carmen. Liber quondam monasterii Lamspring fuit, nam f. 1 legitur: *lib' s̄ arriani ī lamesp'nge.* Lectiones ex Kornii libello supra citato excussi.

Codex Harleianus 3093 membr. in quarto scriptus f. 1—19 Hl Iuuencum continet. Inter uersus priorum foliorum glossae le-

guntur. Inscriptio haec est: *Incipit praefatio in libro Iuuenci.* Post praefationem Hieronymi uerba leguntur: *Iuuencus nobilissimi* etc. — *principe ut hieronim' prb̃r de eo scripsit;* subscriptio f. 19: *Explicit Liber quatuor euangeliorum uersibus Gai Vetti Aquilini Iuuenci presbiteri.* Codicem in meum usum contulit A. Swoboda.

N Saeculo duodecimo scriptus est codex Neoclaustroburgensis 1243, quem unicum in monasteriis Austriacis inueni. Foliis 1—75^{b} continet inscriptione omissa Iuuenci carmen, uersus IV 685—745 desiderantur. Post uersum 813 legitur carmen Alcuinianum *Pontificalis apex—superna petit* (cf. Duemmler, Poetae aeui Carol. I 206). Hos uersus excipit ueteris bibliothecae catalogus, in qua inter poetas christianos etiam Iuuencus memoratur (cf. Zeibig, Bibliothek des Stiftes Klosterneuburg, Arch. f. österr. Geschichte, Bd. V). Correcturae manus secundae atramento uario distinctae sunt.

G Neque lectiones codicis Gedanensis XVII A 9. 66 saeculo XIII. scripti prorsus neglexi, quamquam eae ad carmen Iuuencianum emendandum non multum ualent. Descripsit codicem O. Korn l. c. p. 2 s.

Praeter libros, quos adhuc enumeraui, innotuerunt mihi alii, quos tamen aut adire non potui aut non dignos putaui, quos respicerem, cum ad rem criticam nihil fere proficerent. sunt fere hi:[1])

Codex Ambianus 404 (olim Corbeiensis) s. X (cf. Marold. l. c. p. XVI), codex Barlouianus Oxoniae 25 membr. 4^0 s. XI (cf. Marold. l. c. p. XV), codex Bodleianus 527 membr. 8^0 s. XIII (cf. Marold. l. c. p. XV), codex Bruxellensis 8860—8867 s. X (cf. Duemmler, Die handschriftliche Ueberlieferung der lat. Dichtungen aus der Zeit der Karolinger I p. 157), codex Cantabrigiensis (= C_3) bibl. uniuersitatis Gg. V 35 (no. 1567) membr. 4^0 s. XI (cf. Zangemeister l. c. p. 68), codex Caroliuillensis[2]) 103 s. XIII (cf. catal. des dép. V, p. 595), co-

[1]) Vossianus lat. Q. 86 membr. s. IX nunc quidem decurtatus olim Sedulium et Iuuencum continuit cf. Peiper, Proleg. ad Alc. Auit. p. LXVI.

[2]) Adnotat auctor catalogi: A la suite du poëme de Iuuencus sont ces vers écrits d'une main plus moderne:

dex Gratianopol. 32 (cf. Haenelii catal.), codex Cassinensis 326 s. XI—XII membr. 8 (Reifferscheid, Bibl. patr. lat. It. II, p. 414) f. 1 legitur: *Incipiunt uersus Iuuenci presbiteri de IIII euangeliis Matheus instituit* etc. — f. 77 *euangeliorum libri quattuor explicant.* Codex Gudianus 191 membr. 4⁰ s. X (cf. Marold. praef. p. XV), codex Mediomontanus 707 s. X (cf. Haenelii catalogum), codex Metensis 519 membr. 4⁰ min. s. XI (cf. cat. des bibl. des dép. V p. 193), codex Monacensis 19453 (Teg. 1453) membr. s. XII, codex Monacensis 19454 (Teg. 1454) membr. 4⁰ s. XI, incipit a uersu III 66 (cf. catalogum codd. manuscr. bibliothecae regiae Monacensis), codex Musei Britannici add. 19723 membr. 4⁰ s. X. apographum codicis Turicensis est (cf. Marold. l. c. p. XIV), codex Parisinus 10307 s. X (auctore Delislio), codex Parisinus lat. 14758 olim S. Victoris 380, s. XIII (cf. Peiper, Prolegg. ad Alcimum Auitum p. LIX), codex Parisinus 18553 s. IX (auctore Delislio) continet Iuuenci uersus III 6—IV 304, Sangallensis (= Sg) 197 membr. s. IX—X (cf. mea prolegom. ad Sedul. p. XVIII et Peiperum in ed. Auiti p. LXXI), codex Spinalensis 74 s. X (cf. catal. gén. III p. 430).

Codices recentissimi, quos iam Maroldus l. c. p. XVI collegit, sunt hi fere: codex Mediceus 1. plut. XXIII 15 s. XV et Mediceus 2 plut. XXVI 20 chart. s. XV—XVI, codex Musei Britannici addit. 19744 chart. a. 1467—1468, codex Parisinus lat. 8321 s. XV, codex Gandauensis[1]) 17 (463) membr. a. 1480—1505, codex bibl. collegii Romani chart. s. XV (cf. Areu. prol. 50), accedit codex Venetus S. Marci 138 cl. XII (cf. Steinmeyer und Sievers, Altdeutsche Glossen II, p. 351).

Illo in uirgineo generosa iuuenacla partu
Panniculo tenui inculto praesepe reclinans
Sic noua lex primum uestita est paupere textu
Eloquio donec amicire, Iuuence sacerdos,
Purpureo hanc tibi uelle fuit quod par fuit. Ergo
Nonnisi ueriloquis nugaces anteferamus
Vates, Vergilio iubeamus, cede Iuuenco.

[1]) Hunc codicem a Poelmanno in editione sua paranda (1537) collatum esse contendit Reuschius ad u. III 198, Areualus proll. 70.

codex Monac. 5934 a. 1522. Citantur praeterea a Iuuenci editoribus uel interpretibus, qui hodie desiderantur ut codex Barthii (cf. Barthii Aduers. LIX cap. 5), duo Colonienses, quos sub Ludouico Pio scriptos esse idem Barthius contendit (Aduers. XIII c. 19), codex Fuldensis (cf. Reuschii praef.), codex Mersburgicus, quem Fabricius in comm. Poetarum christianorum s. u. Debilis laudat. De quibus codicibus recentissimis conferendus est etiam Reuschius in prolegom. sub titulo: codices mss.

In magno editionum[1]) numero eas tantum respexi, ex quibus ad uerba Iuuenci siue emendanda siue explicanda aliquid redundare mihi uisum est. Atque omnium praestantissima nominanda est editio Poelmanni uel Pulmanni, quae prodiit (Poelm.) Basileae 1528, repetita autem est cum epistula dedicatoria ad Reinhardum Lorichium Hadamarium Marpurgi Nonis Iuliis anni 1537 (cf. Prol. in Sedulium p. XXV). Additae sunt huic editioni uariae lectiones in Iuuenci euangeliorum libris obseruatae per Theodorum Cranemburgensem, quas in notis criticis passim fere adnotaui ita, ut eas a lectionibus textus *Poelm. i. m.* distinguerem. (Poelm. i. m.) Ad has lectiones referenda esse uidentur quae Georgius Fabricius (Fabr.) in commentariis editioni, quae a. 1562 Basileae per Ioannem Oporinum prodiit, adnexis sub uerbo ‚Iuuencus' adnotat: Lectionis diuersitatem in Iuuen-

1) Recensum editionum proposuerunt Reuschius in praefatione, Areualus, Prolegg., cap. III, nro. 52—87, Gebser l. c. p. 46 s. Omnium antiquissima est, quae anno 1490 prodiit et hanc inscriptionem prae se fert: Iuuencus presbyter immensam euangelicae legis maiestatem heroicis uersibus concludens. Addenda est ad editiones ab Areualo memoratas haec Viennensis: Iuuenci poetae de euangelica historia libri IV Viennae Panoniae per Hieronymum Philouallum et Ioannem Singrenium expensis Iscohardi Alantse ciuis et bibliop. Viennensis 1511. Neque oblata occasione praetermittam iudicium illud de stilo Iuuenciano, quod in quodam exemplari editionis anno 1533 Lugduni publici iuris factae a manu fere coaeua scriptum legi: C. Iuuencus presbyter carminibus historiam clare commodeque expressit. Stilus eius nec tumidus est nec gentilia figmenta reddens, sed ubique facilis, aequalis et simplicitatem euangelicam spirans. Satis superque testatur se haud difficiles Musas habuisse dum in poetica narratione ueritati sacrae pressiue haerens nunquam aut quicquam torquet aut digressionibus extra orbitam fertur.

cum Basileae impressum collegerat Theodorus Poelmannus ex editione ni fallor Rotomagensi aut ex manuscripto, quod cum ea editione consentit: id autem manuscriptum bibliothecae Gandauensis fuisse ipse postea adnotauit (cf. supra p. XXXV). Neque prorsus spreui Reuschii editionem, quae anno 1710 Francofurti et Lipsiae publici iuris est facta. At multo saepius nominabitur Areuali editio anni 1792, quae prioribus omnibus praestat nonnullis speciosis coniecturis exornata. Denique Maroldi editionem, quae Lipsiae in aedibus Teubneri a. 1886 prodiit et prima in libris manuscriptis antiquissimis innititur, hic illic citaui, ubi editor doctissimus coniecturas proposuit. Reusch. Marold.

Iuuenci codices quotquot examinaui ad unum exemplar redeunt, quod litteris anglosaxonicis saeculo ut uidetur septimo scriptum fuerat. Quod quidem praecipue ex elementis permutatis *u a, r s, r p, p f, m nt* euincas, cf. I 85 *flumine* — *flamine* I 584 *custis* — *castis* I 305 *arte* — *apte* I 396 *pellatia* — *fallacia* III 550 *fundum* — *fundunt*, *tum* — *tunc* plurimis locis. Neque sermonis uulgaris proprietates desunt, permutantur enim litterae *o* et *au* (*auras* pro *oras* I 106), uoces *e* et *is* (*celare* pro *celaris* I 739); litterae *m, r, s, t* superflue additae uel omissae sunt, cf. supra p. XXVI. Archetypus non solum uerba discrepantia, sed uersus totos uel in margine adscriptos uel supra lineas positos habuisse uidetur, quae lectionum discrepantiae ita sunt comparatae ut aliae ad glossatoris manum, multo plures ad ipsum poetam, qui multo cum sudore uersus suos panxit, redire mihi quidem uideantur. Variant enim lectiones talibus locis, in quibus glossatori causa mutandi uel explicandi prorsus defuit. Velim conferas uersus a me stellula denotatos e. g.:

II 109 *Inde Philippus ait: ‚Cernes, dubitare quiesce‘*
109* *Progrediensque uide nam oculis tueri licebit*
II 252 *Olli Christus ait: ‚Laticis da, femina, potum‘*
252* *Illam deposcit potum sibi tradere Christus*
II 289 *Spiritus his ac plena fides erit et pater altus*
289* *Spiritus atque fides aderit simul et pater altus*
II 522 s. *Ad corpus remeans animae iam libera virtus,*

Pauperibusque suis non dedignata patescit
Fulgentis splendens adventus gloria nostri.
522* s. *Depositum repetens animae substantia corpus*
Omnibus et late non dedignata patescit
Lucifluis splendens aduentus gloria terris.
III 340 *Nec cuiquam praesens pandatur uisio uerbis*
340* *Horomatis huiusce expertes facite cunctos* [1])
III 611 *Et multos redimens pretioso sanguine seruat*
611* *Pro multisque animam pretioso sanguine ponit*
IV 30 *Legibus et iussis Domini mens dura resistit*
30* *Legibus et uirtute Dei mens decolor exit.*

Alii uersus uariandi uel augendi causa a legentibus additi esse uidentur uelut

I 645* *Naturale bonum terris commune placebit*
I 696* *Quapropter rerum molitio perspiciatur*
I 762* *Quae cupis extimplo obtineas poscens sapienter.*

Simili modo uoces singulae in archetypo iuxta positae fuisse uidentur, si quidem conferas lectiones discrepantes I 130 *Mariae — generis* 430 *fratres — geminos* 573 *pulchra — iusta* 593 *alma — ampla, reclaudat — patescat* 642 *fulgent — florent* 643 *labores — ligones* 652 *current — surgent* 679 *aethera — sidera* 728 *fixa — magna* 738 *lurida — liuida* II 5 *scelerata — furibunda* 11 *multisonum — ueliuolum* 18 *molimina — intentio* 21 *uoluntas — potestas* 49 *fortia — ferrea* 112 *maligna — nocendi* 120 *manifesta — terraeque* 353 *clausa — saeua* 415 *propere — maior* 464 *linquite — ponite* 519 *lurida — lucida* 576 *profanent — dimoveant* III 105 *attoniti — stupefacti* 106 *mente — uoce* . . .

C Harum lectionum duplicum plurimas seruauit codex C, cum ceteri unam alteramue praebeant. Idem codex locis non paucis lectionem genuinam solus exhibet ut I 105 *partum* 123 *qua* 141 *et uirgine* ubi *et* ad uocem *uirgine* premendam plurimum ualet, I 157 *durumque* 340 *mentem* 412 *longo* 439 *uerbis* 458 *magna* 479 *sic* 489 *digesto* (cf. I 4) 539 *domini* 703 *capient* II 40 *sibi et* 594 *redivivam tendito* 765 *coopertum*

---

[1]) cf. supra p. XIII.

III 48 *inmersum* 67 *matri* 268 *paruisse* 420 *secretum* 434 *si forte* 696 *dicta* IV 84 *uastanda* 178 *subita—hora* 248 *etiam* 448 *sic* 468 *labanter* 492 *sed tua iam ueniat* 577 *percontatum* 628 *ueris* 651 *tegmina.* Quae cum ita sint, codex antiquissimus C auctoritate reliquis praeferendus esse uidetur. Attamen non desunt loci, in quibus librarius, rei metricae non satis peritus, aperte a uero aberrauerit. Ad hos locos recte constituendos codicibus aliis quamquam aetate recentioribus utendum erat. Manus correctoris fere coaeui duplicis lectionis primum alterumue uerbum radendo delebat uel etiam lectiones deprauatas ex alio quodam manuscripto inferebat, menda nonnulla correxit.

Codices saeculi octaui RMA auctoritate multo minore sunt, quamquam ad lectiones codicis C contra reliquos firmandos satis ualent cf. II 489 *animique* (*animaeque* rell.) II 560 *largitur* (*largitus* rell.) IV 119 *sancti* (*sanctae* rell.) I 739 ex lectione *caelare* (CRM) lectio quae genuina esse uidetur restitui potest: II 569 *monumenta* (CM) III 23 *doni* CR (*domini* rell.) III 26 *propago* CR (*propago est* rell.) III 705 *possunt* (*certum est* rell.) III 761 *simul discubuere* C, *discubuere simul* M — A cum C facit III 123 *mulcatur* 131 *mirumque* III 341 *nisi* (lectio praua) IV 82 *pinnarum* CMA. Concinunt hi libri in rebus quibusdam orthographicis cf. IV 588 *posterga* (CRM) II 275 *uiridicis* (CR) III 500 *summissus* (CR) III 586 *ignari* (pro *gnari* CM) I 323 *camellorum* a m. 1 in CM II 333 *praecibus* (CRM) III 390 *undissoni* (CM). RMA

Ex his codicibus nullus ex altero pendet. Ab archetypo longius discedit A, qui quamquam plurimis scatet mendis, lectiones praebet speciosas et totos uersus reliquis additiciis fortasse iuxta ponendos cf. III 554 *bis sæneque tribus uestros sub iure iacebunt* III 664 *et verbum nostrum magna virtute pactum* (= *peractum*) IV 30 *pectora concertant crebris seiungeret aedis* (= *seiungere taedis*) IV 270 *qui coluere metant dignos pro tempore fructus* III 686, 734 IV 71 s.

E codicibus saeculi noni libros K_1 K_2 T in monasteriis olim celeberrimis scriptos et adseruatos arcto uinculo inter se esse K_1K_2T

coniunctos cum subscriptionibus similibus (cf. supra p. XXIX—XXXI, infra p. 49, 78, 111, 146) tum lectionibus concinentibus demonstratur cf. I 13 *tum plebs* 126 *praegredere* (etiam M) 442 *tabis* (C) 586 *precatio* 615 *tineaeue illos* (MBb) 694 om. (MBb) II 217 *inque desertis* 336 *ni* 390 *possit* (Bb) 542 *fini* 600 *decedens* (Bb) III 28 *labis* 100 *uigilium* (MA) 181 *resepere* 206 *remeantia* (CA) 224 *claudet* (M) 292 *saturavit* 499 *gazae stabat* 608 *prior* (M) 694 *se mihi putata* 245 *responsis* (Bb) 286 *horrendi* (A) 384 *repulsis* 456 *concedunt* 498 *nec* 583 *alis* 603 *uiros* 608 *mitti—requirit* (C) 706 *de pondere* 707 *reuulsis* 710 *omnia uerbis* 756 *aeternaque in* (Bb) 804 *diuina*.

LMpP Etiam reliquos libros LMpP cognationem inter se habere, ex subscriptionibus (cf. p. 40) et locis concinentibus pluribus elucet: cf. I 16 *demissum rerum pater* 254 *latentes* 312 *uirtus* 350 *mundare* 392 *famuli* 634 *aereas* II 323 *expendere* 364 *ferrent* 365—367 in mg. add. 425 *uerba* 596 *possit* 648 *figet* 667 *terras* 698 *adsumpsit* 779 *germine* III 14 *fletusque* 106 *mente* 218 *plebe* 254 *caueri* 340* 419 *proprio* 459 *rura* 687 *dixissent si* 724 *praecepit* IV 75 *sordida* 241 *scirem* 247 *possim* 264 *dispectos* 563 *malis* 773 *hinc* etc. Ad lectiones uetustissimorum firmandas libri s. IX magno sunt usui ita ut spernendi non fuerint cf. e. g. I 204 *dignatur* 298 *discernit* 312 *uirtus* III 738 *praecipit* 601 *uulgum* 738 *ut* IV 567 *in malis* 573 *feris*.

codd. IX—X E codicibus quos saeculo IX uel X adscribunt, codex V_1 arcte cum Mp cohaeret, cf. e. g. I 23 *reuerti* 24 *suadebit* 29 *soboles* 270 *miserandus praesserat* II 192 *reuoluat* 444 *portare* 464 *linquite* III 201 *mirando* 753 *illis* 787 *sanctus*. Cum V_1 non raro V_2 facit uelut I 385 *fecit* 522 *est* om. 593 *ampla* 645* II 140 *illia* 500 *dulci* III 463 *perstat* 640 *in excelsis* 768 *tum* IV 36 *terram* (cum Sg) 478 *geste mania* 618 *uictus*. Cognatus est cum K_1K_2T codex Bb (cf. lectiones supra notatas), quem olim in monasterio Bobiensi fuisse iam diximus (cf. supra p. XXXII). B ex M haerere uidetur cf. I 114, 695, 704, 726 etc. Neque lectiones codicis Matr., qui cum L in subscriptione IV 812 facit, neglegendae erant, cum per se satis

notabiles nonnumquam ad textum recte constituendum multum ualeant. Huius aetatis codicum praestantissimus est V_1, qui et nonnullis locis unicus lectionem genuinam seruauit (cf. III 192) et saepissime lectiones codicis C confirmat; cf. e. g. I 760 III 44, 59, 205, 227 IV 242.

libri recentiores

Codicum s. X inferiorum lectiones saepius quam fortasse exspectaueris eam ob causam respexi, ut imaginem textus paulatim deprauati, quippe e correctorum consilio emendati depingerem. Ex his codicibus Hl non paucis locis cum codd. V_1 et V_2 facit cf. e. g. I 31 *(infert)* II 328 *(iamque iterum terram remeauerat in Galileam)* III 369 *(sinu)*, H paene apographum codicis B est, Hl saepe cum V_2 concinit, G cum B et L. Codicis Neoclaustroburgensis lectiones ubique fere neglexi, tum respexi, cum notatu dignas aut cum codicibus antiquissimis congruentes exhibebat. Accurate notaui editionis Poelmanni lectiones, cum ex iis maxime perspiciatur, quam studiosi homines per medium aeuum docti fuerint sermonis Iuuenciani proprietates tollendi uel minuendi.

glossae

Iuuenci uerbis explanandis uiri docti per medium aeuum operam haud exiguam nauarunt. Glossarum quae adhuc restant, pars lingua latina est conscripta, aliae theutonice uel irice sonant. Plerumque inter uersuum lineas leguntur, nonnullae a carmine separatae et in unum collectae inueniuntur. Ad primum genus referendae sunt glossae quae in codice R a manu recentiore leguntur ut: praef. 1 *inmortale:* inmutabile, *aurea Roma:* propter diuitias et imperium, 3 *inrevocabile tempus:* quia semper uoluitur et decurrit, 4 *quo:* usque dum, *torrens:* ardens, 7 *frequentant:* celebrant, 8 *adcumulant:* id est augent, 9 *illos:* grecos, *celsi:* excelsi, *Smyrnae:* ciuitas homeri, *fluentes:* uel fluuius, 10 *Maronis*: Mantua uirgilii ubi currit fluuius mincius aliter mincia fuit una de sybillis quae tantum magna fuit, ut stella celi diceretur inde dicitur uirgilius cecinisse more illius et est sensus sicut fluit illud flumen sic illo r̄ sapientia et ut firmitas ciuitatis ita illorum sanctorum in hoc saeculo. in margine uers. 10 legitur: troia nos romanos, 11 *discurrit:* conlaudat, *uatum:* poetarum, 12 *aeternae:* non est aeterna quae finem habet, 15 *famem:* scilicet homeri et uirgilii, 18 *tribuet:*

reddet, 20 *sine crimine:* sine mendacio homeri et uirgilii, 21 *metus:* subaudi: adest mihi, 22 *subtrahet:* ab, 23 *flammiuoma:* flamma ferente. Glossas theutonicas quae similiter scriptae in codicibus diuersis leguntur, collegerunt Steinmeyer et Sieuers in opere illo: Althochdeutsche Glossen II p. 349 s., iricas glossas collegit et explicauit Stokes in Beiträge zur vergleichenden Sprachforschung IV 385 s., VII 410. Ad genus alterum referenda est illa glossarum congeries, quam codex Iunius bibl. Bodl. 25 s. VIII [1]) continet, et glossae illae latinofrancicae, quas Marcus Zuerius Boxhornius in historiam uniuersalem, quae Francofurti et Lipsiae a. 1675 prodiit, recepit his uerbis p. 451: ‚Nec tamen negligenda hic sunt duo, quae in membranis antiquissimis scripta habemus glossaria Carolo Magno inscripta, ex quibus et constabit de ueritate sententiae quam produximus et eiusmodi antiquitatum studiosi haud dubie plurima petere poterunt, quae ut antiquitate ipsa se commendant, ita et complectuntur haud pauca, ex quibus non pauca, quae ad rerum cognitionem attinent, curiose origines indagantium ingenia possunt colligere. Primum optima fide a nobis descriptum ipsique Carolo M. quod iam diximus inscriptum sic habet: Anceps, fogolari. Aurora, tagarod. Acerbus, pittar. Argumentum, list. aer, luft . . . arduum, stechal (cf. Iuu. IV 72). affaminis, locutionis. adfectare, amare in Iuuenc. Anfractus, circuitus . . . cateruium, multitudo Iuuenc. Cunctatio, dubitatio Iuuenc. . . . cedit, euenit. degesto, kizaltemu (cf. I 39). dispendia, farloninissa (cf. I 46). disertor, expositor. relata, kaoparet (cf. I 49). dedita, consueta Iuuenc. dirimo, diuido Iuuenc. dueli, wichaflemu Iuuenc. dapsilis, largus. dissicit, separat Iuuenc. decolor, ungifaruet (cf. II 683) . . . flammiuoma, lauespiantaz in Iuuenc. fastus, sublimitas in Iuuenc. furens, irascens Iuuenc. . . . hirtum, hirsutum, ruhaz in Iuuenc. hactenus, usque nunc. in uamine, in uulua Iuuenc. . . . lustrata, illuminata Iuuenc. . . . musanti, runentemu Iuuenc. nectunt, hoftant in Iuuenc. passim, undique Iuuenc. . . . rependere, farkeltant in Iuuenc. re-

---

[1]) ‚Incipiunt uerba in Iuuenco‘. Omnes fere glossarum opere laudato continentur.

pertor, findo Iuuenc. repedat, widricat Iuuenc. rutum, unfruataz in Iuuenc. uicibus, hertom Iuuenc. uertigo poli, suumtilod himeles Iuuenc.' Praeter Iuuencum nullum auctoris nomen legitur. Glossae quae ad Iuuencum pertinent nomine uel addito uel omisso maximam partem continentur in glossario, quod Steinmeyer et Sieuers l. c. e codice Iunio 25 ediderunt.[1])

His expositis restat ut uiris doctis qui me et consilio et re adiuuerunt gratias agam publicas Guilelmo de Hartel, magistro dilectissimo, M. Petschenig, I. Golling, M. Manitio, locorum classicorum inuestigatori praestantissimo.

---

[1]) Glossae a Boxhornio editae in librum laudatum recipiendae erant.

Scripsi Vindobonae Idibus Iuliis a. 1890.

Iohannes Huemer.

CORRIGENDA.

p. 1 inscript. ad K_1K_2T adde Bb.
p. 6, 67 not. W. Stud. 1880 *pro* 1888.
p. 33, 627 not. 627 *pro* 628.
p. 38, 736 not. CK *pro* CK_2.
p. 40, 770 in fine notae post PRIMVS adde: EXP̃L
p. 66, 543 not. $CHlC^3$ *pro* $CHlC_3$.
p. 110, 738 not. CM_2Mp *pro* CM^2Mp.
p. 144 ad u. 774 citand. est *cf. Stat. Theb. IV 692.*
p. 146 u. 809 regum *pro* regnum.
p. 146 subscr. MpV_1 IVVENCI *pro* IVVENCII.

CONSPECTUS NOTARUM.

C	codex collegii corporis Christi Cantabrig. 304, s. VII.	
R	codex Musei Britannici 15 A XVI.	saec. VIII.
M	codex Monacensis 6402 (olim Frising. 202)	saec. VIII.
A	codex Augiensis (Karoliruh.) 112	saec. VIII.
K_1 K_2	Karoliruhensis 217	saec. IX.
L	Laudunensis 101	saec. IX.
Mp	Montepessulanus 362	saec. IX.
P	Parisinus 9347 (olim Remensis)	saec. IX.
T	Turicensis C 68	saec. IX.
B	Bernensis 534	saec. IX—X.
Bb	Bobiensis (nunc Ambrosianus C 74)	saec. IX—X.
Matr.	Matritensis cason 14 no. 22	saec. IX—X.
V_1	Vaticanus reginae Sueciae 333	saec. IX—X.
V_2	Vaticanus Ottobianus 35	saec. IX—X.
H	Helmstadiensis 553	saec. XI.
Hl	Harleianus 3093	saec. XI.
N	Neoclaustroburgensis 1243 saec. XII.	
G	Gedanensis XVII A 9. 66 saec. XIII.	
Poelm.	= Poelmanni editio a. 1537.	
Reusch.	= Reuschii editio a. 1710.	
Arev.	= Areuali editio a. 1792.	

Mattheus instituit uirtutum tramite mores
Et bene uiuendi iusto dedit ordine leges.
Marcus amat terras inter caelumque uolare
Et uehemens aquila stricto secat omnia lapsu.
Lucas uberius describit praelia Christi,
Iure sacer uitulus, quia uatum munia fatur.
Iohannes fremit ore leo, similis rugienti
Intonat aeternae pandens mysteria uitae.

Hoc carmen continent libri C_2MpPTV_1BH Poelm. *cf. Prolegomena p. XXI et XXIV.* PRAEFATIO *C*, INCIPIT PRAEFATIO IVVENCI PRESBITERI *V_1*, INCIPIT PROLOGVS DAMASSI *C_2*, INCIPIT LIBER IVVENCI PRESBITERI QVEM DE CONTEXTV QVATTVOR EVANGELIORVM PER METRVM SCRIPSIT *B*, DE QVATTVOR EVANGELISTIS *Poelm.*, *om. rell.* 1 Matheus *P^1V_1B*, Math̃ *T*, Mathæus *Poelm.* transite *C_2* 2 legis *T* 3 celumque *C* uidere *V_1* Mar̃ fremet ore leonis similis rugienti *T* 4 uehimens *CB^1* aera aetherā omnia *C* intonat &ernę pandens mysteria uite *T*, *sequitur rasura 1 uers. in Mp* 5 descripsit *C*, discribit *PT^1B^1* proelia *PTBH* 6 iura sacer *Poelm.* uitulis *P^1* a uatum *uncis inclusit C, post* fatur *manu post. additum* auita qui moenia *(c. gl.* mandata*)* fatur auita *$MpPV^1BH$.* quia uite m. f. *T*, quia iuxta m. f. *Poelm.*, qui munia fatur Abia *Reinesius coni.; huc spectant uersus Alcuini c. LXXI, 13 et 14 (cf. Duemmler, Poetae aeui Carol. I p. 294)* Quodque sacerdotum meminit praesumere iura | Aligeri faciem nouit gestare iuuenci. 7 Iohannis *CB^1* frem& (i *suprascr.*) *B*, fremitus *H^1* *ore (h *eras.*) *Mp* leo* *B* similique (s *suprascr.*) *C* (ł s *a man. al.*) rudenti (gi *suprascr.*) *C* (gi *a man. al.*), rugenti *B* Ioh̃ amat terras cęlumque uolare *T* 8 misteria *CMpB* & uehemens aquila ostricta secat omnia lapsu *T* CALVETII AQILINI SIVE IVVEENCI *C*, *post u. 8 unius lineolae spatium uacuum in H*

C. VETTI AQVILINI IVVENCI
EVANGELIORVM LIBRI IIII

PRAEFATIO.

Inmortale nihil mundi conpage tenetur,
Non orbis, non regna hominum, non aurea Roma,
Non mare, non tellus, non ignea sidera caeli.
Nam statuit genitor rerum inreuocabile tempus,
Quo cunctum torrens rapiat flamma ultima mundum.
Sed tamen innumeros homines sublimia facta
Et uirtutis honos in tempora longa frequentant,
Adcumulant quorum famam laudesque poetae.
Hos celsi cantus, Smyrnae de fonte fluentes,
Illos Minciadae celebrat dulcedo Maronis.
Nec minor ipsorum discurrit gloria uatum,
Quae manet aeternae similis, dum saecla uolabunt

7] cf. Verg. Aen. IX 339 s.

IN NOMINE ATQ: ADIVTORIO TRINITATIS SCAE AMEN|INCIPIT PROLOGUS EVANGELII VERSUUM *M*, INCIPIT PREFATIO IVVENCI PRS *RB* (*om.* PRS), HAEC (HIC K_2) HIC SVNT EVANGELIA IIII (QA*TVOR K_1) VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IVVENCI VC PRESBITERI K_1K_2T, INCIPIT PROLOGVS IVVENCI PPESBI *Mp*, INCIPIT PROLOGVS *P*, ITEM PRAEFATIO V_1, Incipit prefatio in LI$\overset{o}{B}$ Iuuenci presbiteri *Hl*, INCIPIVNT VERS' DE · II$\overset{a}{I}$I · EVANGELIIS IVVENCI · HISPANIENSIS PBRI *G*, *om. rell.* 1 immortale *MBb* nichil *HlN* 2 urbes *CBb*², orbes K_2 (*m. 1*) V_2 (*m. 1*), urbis *TN* 3 sydera *BbN* 5 ĩndū (ū *in ras. m. 2*) *Mp* 6 inumeros *M* 7 onus *T*, ^{h}onos K_2 8 adcumulant *RPTBb* 9 Smirnae *CMp*, Smyrne* (m? *eras.*) *M*, Smyrne K_1*PTBbN*, smvrnę *H* fluentis *R*¹*Hl*¹, fluentæ *V* 10 min cia*de *M*, minciad*e (a *eras.*) *B*K_2, minchia de *MpBbH*, minciade *PT* caelebrat *T*, cebrant *Bb* dulcido *C*K_2*T*¹*Hl*¹ 11 n$\overset{c}{e}$ *P* decurrit *Poelm.* 12 dum *s. l. P* secla K_1 (c *in ras.*) K_2*MpB* uolabant *P*¹

Et uertigo poli terras atque aequora circum
Aethera sidereum iusso moderamine uoluet.
Quod si tam longam meruerunt carmina famam,
Quae ueterum gestis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides aeternae in saecula laudis
Inmortale decus tribuet meritumque rependet.
Nam mihi carmen erit Christi uitalia gesta,
Diuinum populis falsi sine crimine donum.
Nec metus, ut mundi rapiant incendia secum
Hoc opus; hoc etenim forsan me subtrahet igni
Tunc, cum flammiuoma discendet nube coruscans
Iudex, altithroni genitoris gloria, Christus.
Ergo age! sanctificus adsit mihi carminis auctor
Spiritus, et puro mentem riget amne canentis
Dulcis Iordanis, ut Christo digna loquamur.

18] cf. Stat. Theb. VIII 759.

13 po*li *Mp* adque *C* aegora C^1 14 Ethera *MMp* sydereum MK_2, siderium *B*, sidere (ū *a m. 2) P* iussu RMp^1, ius in *N* uoluit $R^1K_2Mp^1$, uolet (u *a m. 2) P* 16 hominum gestis *M* mendatia K_1T 17 aeterna R^1Hl, aeterne (ę *in ras.) T* lavdeism (*corr. m. 2*) K_2, laudis (is *in ras.) T* 18 immortale *CMHl* 19 michi *N* 20 populis C^1V_1, *add.* in *s. l.* C^2MpK_2B, in *in textu* RMK_1PTV_2BbHl, in populos *Poelm. i. mg.* 22 me forsan K_1K_2Bb subtrahit C^1 cũ* (c *et* ~ *a m. 2.) Mp* 23 discendet $C^1K_1K_2PT^1$, descendit Mp^1, discendit *Bb*, descendet *rell.* corruscans *C*, coruscus Mp^1 24 *post* altithroni, coruscans *eras. in M* 25 INVOCATIO *in mg. B* assit *N* 27 Iordanes *C*

EXPĨL P̄FACIO RK_1K_2TBb; IVVENCVS NOBILISSIMI GENERIS HISPANVS PRST IIII (OR) EVANGELIA EXAMETRIS VERSIBVS PENE ADVERBVM TRANSFERENS IIII (OR) LIBROS CON (COM *Mp*) POSVIT ET NONNVLLA EODEM METRO AD SACRAMENTORVM ORDINEM PERTINENTIA FLORVIT SVB CONSTANTINO PRINCIPE VT HIERONIMVS PRST DE EO SCRIPSIT (SCRIBIT *Mp*) $RK_1K_2MpV_2Hl$ (*cf. Hieron. de uir. ill. c. 84 ed. Herdingianae*) — FINIT RROLOGVS *M*, EXPLICIT PROLOGVS *MpPB*

LIBER PRIMUS.

Rex fuit Herodes Iudaea in gente cruentus,
Sub quo seruator iusti templique sacerdos
Zacharias, uicibus cui templum cura tueri
Digesto instabat lectorum ex ordine uatum.
Huius inhaerebat thalamis dignissima coniux.
Cura his ambobus parilis moderaminis aequi,
Ambos adnexos legis praecepta tenebant.
Nec fuit his suboles, iam tum uergentibus annis,
Gratius ut donum iam desperantibus esset.
Sed cum forte aditis arisque inferret odores
Zacharias, uisus caelo discendere aperto
Nuntius et soli iussas perferre loquellas
(Cetera nam foribus tunc plebs adstrata rogabat):

2] cf. Ou. Am. III 113. 7] cf. Ou. Met. XIII 153. 8] cf. Lucan. I 129, II 105. 13] cf. Ou. Met. II 703.

INCIPIT LIBER PRIMVS *M* (probacio *in mg. glossator*), IVVENCI LIB̄ PRIMVS DE NATIVITATE S̄C̄Ī IOHANNIS *B*, INCIP̄LIB̄ PRIMVS *P*, *om. rell.* 1 Herodis *T*[1] Iudea *plerique*, iudee *Mp* 2 quoq. *Bb* 4 degesto *M*[1] ^{in}stabat (in *a m. 2) Hl* 5 cuius *in mg. Poelm.* ^{in}herebat (in *a m. 2) M* thalami^{s} *Mp* coniux *C M K*$_2$ *(m. 1) V*$_2$*B Bb Hl*, coniun*x (c *eras.) K*$_1$ 6 cura *H* paralis^{fuit} *K*$_1$*Mp*[1] modenis^{rami} (rami *a m. 2) H* 7 adnex*os (s *eras.) K*$_1$ tenebat *N* 8 ne^{c} (c *a m. 2) P* h⁝is *M (saepe)*, his *in ras. B* soboles *R*[1]*K*$_1$ *K*$_2$*MpB*[1]*Hl*, sobolis *MT*[1], subolis *Bb* tunc *RMK*$_1$*K*$_2$*MpPTBBb*, tot *V*$_2$*Hl* uergentibus$^{gine\ gindun}$ *H* 9 gracius *GHl*, grandius *Mp* donum *ex corr. in Mp* disperantibus *RM*[1] 10 cum *corr. in* q^{u}um *Mp*[1] sorte *V*$_1$*V*$_2$ aditis *libri* arisque] ris *in ras. M*, araeque *Mp* im-ferret *M* 11 Zaccharias *C*, Zachari^{a}us *K*$_2$ uidit *C* discendere *CM*[1] 12 nuncius *GHl* atferre (af *in ras.) G* iu^{s}sas *M*, iussus *MpT*[2], iussas (u *eras.) K*$_2$, uisus *V*$_2$*Hl* loque^{l}las *M*, loquelas *RK*$_1$*K*$_2$*Mp TB* 13 tū plebs *K*$_1$*K*$_2$*T*[1]*Hl* plebes *RM*[2] (plebis *m. 1) V*$_2$*GHN* astra*ta (r *in ras.*, c *eras.) Mp*, adstrata *ex* asstrata *B* iacebat^{rogabat} *M*

,Quem tibi terribilis concussit corde pauorem
Visus, cum laeti sermonis gratia placat?
Nam me dimissum rerum pater unicus alto
E caeli solio tibi nunc in uerba uenire
Praecipit et cara tibi mox e coniuge natum
Promittit, grandis rerum cui gloria restat,
Plurima qui populis nascendo gaudia quaeret;
Sobrius aeternum, clausum quem Spiritus ipsis
Visceribus matris conplebit numine claro.
Istius hic populi partem pleramque docendo
Ad uerum conuertet iter, Dominumque Deumque
Continuo primus noscet plebemque nouabit.
Nomine Iohannem hunc tu uocitare memento.'
Olli confusa respondit mente sacerdos:
,Aemula promissis obsistit talibus aetas,
Nec senibus fetus poterit contingere fessis,
Quem deus auertens primaeuo in flore negauit.'

17] cf. Ou. Ex P. II 570. 18] cf. Val. Flacc. II 551. 27] cf. Verg. Aen. II 736. 28] cf. Verg. Aen. V 415. 30] cf. Verg. Aen. VII 162.

14 corda *Poelm.* quid tibi t. concussi corda pauore *Poelm. in mg.* 15 eum MK_2 *(m. 1)* *Mp P T Bb G Hl* laetis *C* placet $K_1 Mp^1 TBb$, placat̃ *(˜ a m. 2)* $K_2 N$ uisus? cū laeti sermonis munere placat *Poelm. in mg.* 16 propitius dimissum p. *C*, propicius rerum p. $RMK_1K_2TV_2BG$ *Hl*, demissum rerum p. $Mp P V_1 Bb$, $\overset{\text{demissum}}{\text{ꝓpicius}}$ r. p. *Hl*, praepitius *fort.* $\overset{\text{c}}{\text{unius}}$ K_2 17 E] *om. M*, a *nonnulli* 18 praecepit K_1K_2 *(a m. 2)* Mp^1 19 promitit *Mp* 20 $\overset{\text{u}}{\text{gadia}}$ K^2 quaerit $Mp^1 T$, $\overset{\text{i}}{\text{quaeret}}$ K_2 21 subrius K_2 *(m. 1)* T^1 $\overset{\text{v}}{\text{aeterno}}$ K_2 que *Hl* $\overset{\text{in}}{\text{ipsis}}$ *(in a m. al.)* *M* 22 compleuit *CRHl*, conpleuit M^1, conplebit $K_2 TBb$ 23 pleramque *(ra in ras.)* R^1, plebemque *sed* be *in ras. CM (c. gl.* plurimam*)*, plebemque K_2 $P^1 TBbN$ reuerti *Mp* (ł docendi *m. 2*) V_1 24 conuertit *C*, suadebit $Mp V_1$ dominumque *(que s. l)* Mp^2 25 noscit *C*, agnoscet *(ag eras.)* *M*, gnoscet K_1K_2 *(m. 2)* RB^2BbH^1 nouabit *M* (ł uocauit *m. al.*) $Mp V_1 G$, uocabit *in ras. C et rell.* 26 tu *s. l. RM* 27 confu*sa *(s eras.)* *M* 28 aetes K_1 *(m. 1)* 29 fetus CK_2 *(m. 1)* *T*, f*e̦tus *(o eras.)* *M*, soboles $V_1 Mp$ *Poelm. in mg.*, foetus *rell.* $\overset{\text{s}}{\text{fesis}}$ *M* 30 quam $Mp V_1$

Haec trepidans uates; cui talia nuntius addit:
,Si tibi mortalis subolem promitteret ullus,
Ad desperandum forsan cunctatio mentis
Debuerat tardis haerens insistere uerbis.
Nunc ego, quem dominus caeli, terraeque repertor,
Ante suos uultus uoluit parere ministrum,
Auribus ingratis hominis uisuque receptus,
Supremi mandata Dei temnenda peregi.
Quare promissis manet inreuocabile donum,
Sed tibi claudetur rapidae uox nuntia mentis,
Donec cuncta Dei firmentur munera uobis.'
Haec ait et sese teneris inmiscuit auris.
  Interea populus miracula longa trahebat,
Quid tantum templo uellet cessare sacerdos.
Progressus trepide numen uidisse supernum
Nutibus edocuit, miserae et dispendia uocis.
Inde domum remeat conpleto ex ordine uates
Officio, amissamque leuant promissa loquellam;
Nec dilata diu uenerunt munera prolis.
Anxia sed uentris celabat gaudia coniux,
Donec quinque cauam conplerent lumina lunam.

35] cf. Verg. Aen. XII 829.

31 uatis (a *m. 1)* K_2 *T* infert *R* V_2 *Hl Poelm. in mg.* 32 subolem *C* P^2 *B Bb H,* prolem *Mp,* sobolem *rell.* 33 disperandum M^1 K_1 *(m. 1)* K_2 *(m. 2) P Bb* cunctacio *R* 34 aherens *Mp* 35 creator *Poelm.* 36 suo uultu *C* parere (e_1 *ex corr.) M,* parare H^2 37 hominum *Mp,* homini *coni. Barth.* receptis *Bb* 38 suppremi *R* K_1 K_2 *Hl,* supraemi *M* tempnenda *B G H N* peregi *in ras. Mp* 39 quare *ex corr. in M,* que iam *N* irreuocabile *Hl* 40 clauditur M^1 trepide *Mp* V_1 Hl^2 uobis *ex corr. Mp* 42 tenuis *P* subito tenueis se misit in auras *Poelm. in mg.* immiscuit *C Hl* 43 populos *R* trahebant *Mp* 44 templo] in *om.* *C* R^1 Mp^1 T^1 V_1 cessare (al morare *s. l.) T* 45 egressus *edit.* 46 & docuit Mp^1 misserae** (q; *eras.) M* V_2, miserae *T cum rell.,* misera et *coni. Vonck.,* misera ob *Stockes* dispendia (a *ex* o) *M* 47 remeant *C,* rediit *Poelm.* ex *om. G* conpleto *C R* K_1 K_2 *(m. 2) T B Bb* uatis K_2 *(m. 1)* T^1 48 amisamque B^1 promisa B^1 loquellam *C M* K_1 K_2 *(m. 1)* T^1 50 s& *B* celebat *ex* celabat *B,* caelabat *M* coniux *C M* K_2 *(m. 1)* T^1 *Bb H Hl* 51 conplerent *C* K_1 K_2 *T B Bb,* complerent *rell.*

Tunc maiora dehinc idem mandata minister
Detulit ad Mariae dimissus uirginis aures.
Haec desponsa suo per tempora certa propinquo
Abdita uirgineis caste pubescere tectis
Et seruare diem iussis permissa parentum.
Ad quam tranquillum sermonem nuntius infit:
,Salue, progenie terras iutura salubri,
Desine conspectu mentem turbare uerendo.
Nam tua concipient caelesti uiscera iussu
Natum, quem regnare Deus per saecula cuncta
Et propriam credi subolem gaudetque iubetque.
Hunc ubi sub lucem dederis, sit nomine Iesus.'
Ad quem uirgo dehinc pauido sic inchoat ore:
,Nullos conceptus fieri sine coniuge dicunt;
Vnde igitur subolem mihimet sperabo uenire?'
Nuntius haec contra celeri sermone profatur:
,Virtus celsa Dei circumuolitabit obumbrans,
Spiritus et ueniet purus, lectissima uirgo,

64] cf. Ou. Met. I 386, Stat. Theb. XI 121.

52 ANGELVS AD MARIAM *in mg. B Mp* unc *N*, nunc *in mg. Poelm.* 53 dimissus $C R^1 K_1 K_2 T N^1$, dimisus B^1 54 disponsa $M K_2$ *(m. 1)* T^1 *b B G* 55 casta Mp^1, castis *Bb* 56 iu^{s}sispermi^{s}sa *M* 57 tranquillaum *Hl* nutus B^1 infit *ex* imfit *M*, infert *Poelm. in mg.* 58 progeniae *M Bb*, proienie *Mp*, progenies *N* terrasque *R*, terras** K_1, terras^{que} (que *a m. 2) Bb*, terrisque *N* iutura (i *fort. ex* f) *M* (*gl. germ.* helfentiu), iu^{tu}ra (tu *a m. 2) P*, futura *C N*, adfutura *H* salubri* (m *eras.*) *M*, ubri *in ras. B*, salubris $V_1 N$ *cf. Wiener Stud. 1880, p. 87* progeniem terris paritura salubrem *Poelm. in mg.* 59 disine M^1 *ut uidetur*, desine* K_1 60 concipient] ci *in ras.* B^2, concip^{i}ent (i *a m. 2*) *Mp*, con***^{pi}rient *P* 61 deus fecit *M* 62 propitam *P* sobolem $R M^1 K_2$ *(m. 2)* *P T G Hl* subolem cr^{a}edi *Mp N* gauditque iubitque *C* 63 nomen *ex* nomine *M*, nomen *R* 64 pauido *a manu post. in mg. C*, pauida T^1 *Hl* inchoat] at *in ras. M*, incoat K_2 *(m. 2)* $P^1 T^1$, incipit $Mp V_1$: inchoat ore *in ras. H* 65 conceptos K_1 *(m. 1)* K_2 *(m. 1)* B^1 66 sobolem $R M^1 K_2$ *(m. 2)* $P T^2 B G Hl$ spera**bo K_1 67 fatetur Mp^1 V_1 V_2 *Poelm. (cf. Wiener Stud. 1888, p. 87)* 68 dei *s. l. B* circumuolitauit C^1, circumuolt^{i}abat *R Mp*, -li- *ex* lu *B* **obumbrans (te *eras.* ?) *M*, obumbras K_1 *(m. 1)* 69 et ueniet] adueniet $B^1 G$, adueniens $H^1 N$ l&is-sima K_1 *(m. 1)*

Ac tibi mox puerum casto sermone iubebit
Magnificum gigni populis, quem credere sanctum
Supremique Dei natum uocitare necesse est.
Sic cognata tibi, sterilis quae credita cunctis,
Zachariae coniux mortali germine nuper
Aeuo defessis hausit miracula membris.
Sextus adest mensis: parent sic omnia iussis.'
Virgo dehinc: ,Domino famulam nunc ecce iubenti,
Vt tua uerba sonant, cernis seruire paratam.'
Nuntius abscedens uacuis se condidit auris.
Illa dehinc rapidis Iudaeam passibus urbem
Zachariaeque domum penetrat grauidamque salutat
Elisabeth, clausae cum protinus anxia prolis
Membra uteri gremio motu maiore resultant.
Et simul exiluit mater concussa tremore,
Diuinae uocis conpleta est flamine sancto
Et magnum clamans: ,Felix o femina, salue,
Felicem gestans uteri sinuamine fetum.
Vnde meam tanto uoluit Deus aequus honore
Inlustrare domum, quam mater numinis alti

79] cf. Verg. Aen. IX 619. 80] cf. Verg. Aen. VII 156.

70 hunc *CMp* (ac *in mg.*), ac *reliqui* mox pe̩r̩m̩e̩ *C* 71 popolum M^1, populus Mp^1, populos K_2 *(m. 1)* credidere M^1 72 suppraemique *M* 73 cognita Mp^1 sterelis CK_1 *(m. 1)* B^1Bb 74 Zacchariae *C* coniux MK_2 *(m. 1)* $P^1T^1B^1BbHHl$ 75 de*fessis (f *eras.*) *M* ^{h}auxit (h *a m. 2*) V_1B, auxit $MMpK_2$ (x *a m. 2*) *T* (x *a m. 2*) *BbGHHl* membra K_1 *(m. 1)* 77 dein M^1 n^{unc}*ecce (unc *a m. 2*) K_1 ece T^1 78 son^{a}ent R^1, sonent *P* 79 abscidens M^1, abscendens *Hl* condedit CT^1 aures Mp^1 80 SALVTATIO MARIE AD HELISABET *B* de^{h}inc *M* Iudeam *R et alii* 81 do$^{m\tilde{u}}$ (mũ *a m. 2*) *C* penitrat M^1 salutat (at *in ras.*) *R*, salutet T^1 82 Elisha&h *Mp* cum CBP^1, quum (ł cui *m. 2*) *Mp*, cui *rell.* proles R^1 83 menbra $RMpK_1T$ 84 exaluit MK_2 *(m. 1)* T^1, exilui Bb^1, exsiluit CT^1Hl concussa (s_2 *in ras.*) *Mp* 85 flumine *C*, famine RBK_1T *(ex corr. m. 2)* *GHlN*, **famine (af *eras.*) *M*, ł flamine *m. al. in mg.*, numine Mp^1H, *cf. v. 140* 86 *o K_1 ofelix *P* 87 sinuanime K_1 foetum RK_1PBBb, faetum (a *in ras.*) *M* 88 aequos M^1 89 illustrare MB^2Hl

Viseret? Ecce meo gaudens in uiscere proles
Exultat, Mariae cum prima adfamina sensit.
Felix, qui credit finem mox adfore uerbis,
Quae Deus ad famulos magnum dignando loquetur.
Illa trahens animum per gaudia mixta pudore
Subpressae uocis pauitantia dicta uolutat:
,Magnificas laudes animus gratesque rependit
Inmensi Domino mundi. Vix gaudia tanta
Spiritus iste capit, quod me dignatus in altum
Erigit ex humili celsam cunctisque beatam
Gentibus et saeclis uoluit Deus aequus haberi.
Sustulit ecce thronum saeuis fregitque superbos,
Largifluis humiles opibus ditauit egentes.'
Tunc illic mansit trinos ex ordine menses,
Ad propriamque domum repedat iam certa futuri.
Iamque aderat tempus, quo iussum fundere partum
Elisabeth uoluenda dies in luminis oras
Cogeret. Ad partus famam collecta cucurrit

96] cf. Stat. Theb. VII 379. 106] cf. Verg. Aen. IX 7, Ge. II 47.

90 ui*seret (*s eras.*) *M*, uisseret *P* prolis $M^1K_1K_2T^1P^1Bb$, $\overset{\text{proles}}{\text{gaudens}}$ *Hl* 91 affamina CMB^2PHl, adfamine T^1 *corr. m. 2* 92 que $M^2BMp^2K_2$ (*m. 2*) TBb^2HHlG, que* K^1 affore *recentiores* credit finem *Poelm.* 93 loquitur $M^1B^1K_2$ (*m. 2*) 94 animo RK_2 (*m. 2*) *BbHHl* $\overset{\text{v}}{\text{podore}}$ *B*, pudore* (*m eras.*) K_2, pudorem V_1 *Poelm.*, pauore *G* animo per gaudia mixta pudorem *Poelm.* 95 subpressae *CRT* 96 magnificat *C*, $\overset{\text{nifico}}{\text{magñ}}$ (nifico *m. 2*) *Mp* anima *C*, animo $R^2M^2BMpP^2V_1$ (*m. 2*) V_2 (*m. 2*) *HHl* rependi *P*, celebrat Mp^1V_2 *Poelm. in mg.* 97 immensi *MHl* tanta] tota *Poelm. in mg.* 98 $\overset{\text{u}}{\text{altom}}$ *R* ipsum te caperent *Poelm. in mg.* 99 erigit CM^1B $Mp^1PT^1Bb^1H^1$, erigi *ex* eregi K_2, erigere *rell.* 100 sec*lis RM^1 habere Mp^1H 101 tronum *plerique*, trhonum *Mp* seruis *Poelm. in mg.* frigitque *C* 102 largifluis] inmensis *Poelm. in mg.* humilis K_2 (*m. 1*) P^1T, homines *G* *egentes (*a eras.*) T^1 104 apropriamque *H* repetat *R*, rediit *M* (*m. al.*), remeat *Poelm.* 105 PARTVS ELISABET *Mp* iusum M^1 partum *C*, fetum *vel* foetum *rell.*; sarcina deserat aluum *Poelm.* 106 Aelisabeth M^1, elishabet *Mp* liquidas soluenda in *Poelm.* auras *libri, cf. Verg. Ge. II 44* 107 Ad partus fama tantos collecta *Poelm.*

Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes
Concelebrant nomenque iubent genitoris habere.
Abnuit hoc genetrix, sed Iohannes uocitetur
Ingeminat. Placuit muti tunc iussa parentis
Consulere, scriptoque rogant edicere nomen.
Sed, pro mira fides, tabulis cum scribere temptat,
Inplicitam soluit per uerba sonantia linguam.
Mox etiam adsuetam penetrant spiracula mentem,
Conpletusque canit uenturi conscia dicta:
‚Concelebrent cuncti laudes gratesque frequentent
Astrorum et terrae, pontique hominumque parenti,
Visere quod uoluit propriamque absoluere plebem.
En beat antiquam gentem cornuque salutis
Erecto indulget Dauidis origine lumen.
Hoc est, quod prisci cecinere ex ordine uates,
Haec est illa salus, qua nos ex hostibus atris
Eripit, ut iuste iusto seruire queamus.
At tu, parue puer, sanctus dignusque profeta
Dicere et Dominum mox praegrediere uiando
Illius et populum duces per lumen apertum:
Errorem per te spernent mortisque tenebras
Abrumpent omnes, tua qui praecepta sequentur.‘
    Exhinc secretis in uallibus abdita semper

108 tunc *MMpBG*, per *Poelm. i. m.* ma∗na *(g eras.) Mp* 110 genitrix *T^1Hl* 110 sed *CRM^{2}Mp^{2}PT*, et *rell.* Iohannis *M^{1}B^1* 111 ingemuit *V_2* muti *CRK_2 (s. l.) Poelm. in mg.*, cunctis *rell.* tum *CB* 112 in scriptoque *Poelm. in textu*, in scripto rogitantque *in mg.* 113 pro mira *(ra in ras.) M*, promissa *K_2 (ex corr.) Hl* tabolis *C* conscribere *RB* temptat (p *a m. 2) R* 114 implicitam *(i$_3$ ex a) MB* 115 penitrant *M^1* facta *Hl* 116 conpletusque] ał conscius cui *M in mg.* 117 concelebrant *RM* (a *m. al.) V_2GHl*, concelebr(e)ant *GH* frequentant *RM (a m. al.) V_2GHl* 119 quod] qui *K_1K_2PBBbHHlG* gentem *Hl* 120 beat∗ *M*, beat∗∗ (am *eras.) H* 121 indulget *(in ex* q;*) Mp* Dauidis (s *a m. 2) M* 122 hoc] haec *corr.* in hoc *R* presci∗ *M^1* 123 qua *C*, quae *rell.* 125 dignus s̃c̃sque *M* profeta *C* 126 di(is)cere *K_2* (is *m. 2)* et] *om. C* dñ̃ *C* praegredere *(m. 1) MK_1K_2T*, praegredire *Bb^1*, progrediere *Poelm. in mg.* iu∗∗ando *H* 127 et] ut *P* 130 exin *M* (n *ex* m) *K_1K_2TBBbGH*, exinc *P*, exhin *Hl*

Vita fuit puero, donec poscentibus annis
Vatis ad officium pleno pubesceret aeuo.
Interea Mariae sponso miracula mentem
Sollicitant, manifesta uteri quod pondera uidit,
Et secum uoluit, quanam ratione propinquae
Dedecus obpressum celet thalamosque recuset.
Talia tractanti torpescunt membra sopore
Audiuitque Dei super horrida somnia uocem:
‚Accipe coniugium nullo cum crimine pactae,
Spiritus inpleuit sancto cui uiscera fetu.
Hanc cecinit uates uenturam et uirgine prolem,
NOBISCVM DEVS est nomen cui.‘ Protinus ille
Haec praecepta sequens seruat sponsalia pacta.
Sed tum forte nouo capitum discussio censu
Caesaris Augusti iussis per plurima terrae
Describebatur; Syriam tunc iure regebat
Quirinus, proprios cui tota per oppida fines
Edebant populi, uires nomenque genusque.
Urbs est Iudaeae Bethleem, Dauida canorum

148] cf. Verg. Aen. X 149.

132 pubisceret *C* 133 VISIO IOSEP *Mp in mg.* sponsi $M^2 Mp^2 K_1 T^2 B Bb G H$ miraculament^{e}um *(e a m. 2) H* 135 quānā *Hl* ratione* *B* 136 ^{de}decus *(de a m. 2)* $R M^1$ obpressum $K_1 K_2 T B Bb$ thalamoque $K_2 T^1$ caelet $M^1 K_1 P Bb$ recu*set *M*, recusit T^1 137 turpescunt $B^1 T^1$ menbra $K_1 K_2 T$ sapore *ut uidetur* R^1 138 orrida $K_2 Mp T$ mox stertente dei uox est audita monentis *Poelm. in mg.* 139 Tu sponsam capias, uacat omni pactio fraude *Poelm. in mg.* 140 imple^{v}bit K_2 cui* *M* foetu *R M P B Bb*, faetu *Mp* 140 sanctus *Bb* 141 uenturum *Bb* et uirgine *C*, ex u. *M (in ras.)* K_2 *(s. l. m. 2)* $P V_1 B Bb G H Hl$, in u. *R (s. l.) Mp T (s. l. m. 2)*, ^{ex}in K_1 143 se^{r}uat *Mp*, seruit *N* pata B^1 144 DE PROCESSIONE ET XPI NATIVITATE *B* cum *Hl*, tunc $B^1 Mp$ noui-census $M K_1$ *(m. 2)* $P T^2$, nouus *Poelm. in mg.* 145 Cesari *L* Caesareque Augusto iussus *Poelm. i. m.* agusti *Bb* plurima scribi *Poelm. in mg.* 146 discribebatur $M K_1 K_2 L B^1$ Siriam *C*, sirię $M K_1 K_2 L P T Bb G H l$ tunc *C Mp*, c[illegible]u[illegible] *R*, quae *Bb*, quam *rell.* 147 Cyrin^{v}os *R Bb* proprio $M B L P V_1$, propria *H*, proprii *Poelm. in mg.* opida $B K_1$ finis *C P* 148 edebant *C Mp Bb*, aedebant *R*, addebant *rell.* 149 iudā *Hl*, iudee *pler.* Bethleem $C R M^1 K_1 Mp P^1$

Quae genuit, generis quae censum iure petebat.
Edidit hic Mariam Dauidis origine Ioseph
Desponsamque sibi scribens grauidamque professus.
Hospitio amborum Bethleem sub moenibus urbis
Angusti fuerant praeparua habitacula ruris.
Illic uirgo nouo conpleta in tempore fetu
Soluitur et puerum ueteri cunabula textu
Inuoluunt durumque datur praesepe cubili.
   Circa sollicitae pecudum custodia noctis
Pastores tenuit uigiles per pascua laeta.
Ecce Dei monitu uisus discendere caelo
Nuntius, at subitus terror tremefacta pauore
Prostrauit uiridi pastorum corpora terrae.
Talis et attonitis caelo uox missa cucurrit:
‚Ponite terrorem mentis, mea sumite dicta,
Pastores, quibus haec ingentia gaudia porto.
Nam genitus puer est Dauidis origine clara,
Qui populis lucem mox laetitiamque propaget.
Hoc signum dicam, puerum quod cernere uobis

153] cf. Verg. Aen. XII 116.   165] cf. Stat. Theb. X 555.

150 genuit Mariae generis quae *C*, g. Mariae (ł generis *s. l. m. 2 R*) quae $RMpV_2$, g. generis censumque MK_1PBBbH 151 ededit *C*, ∗edidit *M*   Mariam] illam $RMpV_2$ originis M^1 152 disponsamque RK_2TBb, desponsata *N*   153 De natiuitate x̄pi *Mp*   hospitium LMp^1V_2H Bethleem *C cum plerisque*   desub *C*   154 perparua *M* (er *in ras.*) *B L Mp*   154 *et* 155 *in mg.* Mp^2 155 conplet *C*   tempora $MMpB^1$ fo&ẹu *M*, foetu $RMpPBb$, fa&u (o *s. l.*) K_1 nouum completo tempore foetum *Poelm.*   156 conabula (v *s. l.*) *RB*   texto (*m. 1*) K_1K_2T Edidit et leni pannoso tegmine motu *Poelm.*   157 Texit cui durum cunas praesepe ministrat *Poelm.*   imuoluunt M^1 durumque *C*, duroque *rell.*   que] qu∗e RK_1 praesepe] e₃ *ex* is *M*, praesepis *H*   158 sollicite *pler.*, sollicitos *coni. Arev.*   pecodum CMp^1, pecorum K_1K_2TBbG *cf. Lucas II 8:* φυλάττοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν   ANGELUS AD PASTORES *B L*, Angelus apparuit pastoribus Mp^2 159 uigilis *L*, ui∗gines *Bb*   160 ui∗sus *M*, iussus *Poelm.*   discendere *plerique*   161 at *in ras.* K_2, t *in ras. T*, et MpV_2 subito *Poelm. in mg.*   163 attonitis *CM*, atonitis (t *s. l.*) *P*   emissa *C*   164 sumitæ *L*   165 *post* haec *ras. 4 litt. in* K_1 uobis quibus *H*   gaudio *L*   168 VISIO IOSEP *B*

Iam licet inplentem gracili praesepia uoce.‘
Talia dicenti iunguntur milia plebis
Caelestis cunctique Deum laudantque rogantque,
Talis et uniti uox agminis aera conplet:
‚Gloria supremum comitatur debita patrem;
In terris iustos homines pax digna sequetur.‘
Et simul his dictis caeli secreta reuisunt.
   Pastores propere ueniunt puerumque iacentem
Praesepis gremio cernunt; post inde frequentes
Dispergunt late celeris uaga semina famae.
Mirantes laudant, laetantes constipuerunt,
Omnia nocturnis monitis quod uera recurrant.
   Viderat octauam lucem puer, ecce recidi
Ad morem legis nomenque aptare necesse est.
Inpositumque illi est, monitis caelestibus olim
Quod Mariae uox missa Deo praecepit, Iesus.
   Scripserat antiquae Moyses moderamina legis,
Inter quae primos prisco de sanguine uatum
Obseruare dedit fetus offerre sacrandos,
Inplumesque simul ferre ad delubra columbas.
Haec ubi per Mariam templo seruata feruntur,
Ecce senex Simeon dignus conprendere sensu

172] cf. Verg. Aen. IX 112.   175] cf. Stat. Theb. X 210.

169 uoce] fotu *coni. Vonckius*   171 laudentque R^1 172 et] *s. l. R*   aere *Hl*   173 su*premum $C^1 R^1$, supr*emus M^1 comitatur *libri*, comitetur *edit.*   174 sequatur *CP*, sequetur *rell. cf. Luc. II 9* (ἔσται)   175 histis Mp^1, hiis M^1, is *Bb*   celsi *H*   reui*sit *(it in ras.) M (al reuisunt angeli in mg.)*, reuisunt reuisitant *L*, reui*sunt K_2 176 PASTORES IN BETLEM *BL*, *spatium uacuum in Mp*   177 cremio M^1 sequentes *(fort. a m. 1)* $K_2 T$, *Poelm. in mg.*   178 celebris V_2 *(?)*   179 constupuerunt $K_2 Mp V_2 B Bb G H$ 180 recurrunt $M^1 K_1 K_2 P T B^2 Bb H$ 181 CIRCVMCISIO XPI $L Mp^2$ 182 moram *T*   est] *in ras.* M^2, *om. G*   184 *deo *M*   IHSUS *P*, hesus *T*, ihesus *Bb*   185 Moises *C*   moderamine K_2 *(m. 1)* $P T^1$ 186 primus $C Bb G^1$ natum *C*, natus *N*   187 fetus $C K_2$ *(m. 1)* T^1 188 delubra* *(m eras.) C*, dilubra P^1 columbes K_2 *(m. 1) T*   189 seruate $K_2 T^1$ 190 DE SIMEONE *L*, DE SIMONE *B*   senex (uenit *s. l.*) *L*   Symeon $R K_1 P Bb G$ conprendere $C R L K^1 P T B G$, comprehendere $M Mp K_2 Bb Hl$ sensum $Mp V_2$ *(m. 1) Poelm.*

Caelestes uoces, cui quondam praescia rerum
Virtus prodiderat, quod carcere corporis aegri
Deposito mortem liber requiemque uideret,
Cum primum caeli laudem terraeque salutem,
Omnia quem uatum spondent oracula Christum,
Vidisset templo sollemnes ferre palumbas.
Isque ubi curuato defessus corpore templum
Iam grauior penetrat, monuit quod spiritus auctor,
Ecce simul paruum gremio genetricis Iesum
Ad templum sensit uenisse, trementibus ulnis
Accepit puerum laetusque haec dicta profatur:
‚Nunc, nunc me famulum Dominus nunc liberat atris
Corporis e uinclis finemque inponere uerbis
Dignatur cum pace suis. En splendida nostros
Lux oculos tua circumstat radiisque renidet,
Quam cunctis hominum lustratis gentibus addit
Istrahelitarum cumulatae gloria plebis.
Quid tantum Mariae stupuerunt pectora matris?
Hic puer ad casum populi datur, iste renasci
Concedet populos; dictum in contraria signum

198] cf. Verg. Aen. II 436.

191 caelestis *CMp* uocis *Mp* condam *Mp* 192 corpore (carcere *s. l.*) K_1, corpore *P* 195 DE DVOBVS PVLLIS COLVMBARVM *B* 196 templo (v *s. l.*) *R* sollemnes CMK_2 palumbes *R*, polumbes M^1, palumbes M^2MpK_2 *(m. 1)* Bb^2V_1, columbes LT^1, balumbes K_1, palumbos V_2 *Poelm. in mg.* 197 hisque *Hl* curbato *C* diffusus R^1, deffesus *M*, defessos T^1 198 penitrat *M* motuit (nu *s. l.*) *L* 199 genitricis R^2 *et rec.* 200 at *L* sensit *s. l.* K_2T 201 accipit *C* 202 liberat *RMatr.*, liberet *rell.* arctis R^1, artis K_1K_2LTBb 203 uinculis R^1 204 dignatur *CMp*, dignetur *rell.* suis] nitens *Mp* en] ac L^1Hl splendide K_2 *(m. 1)* *T* nostris K_1 *(m. 1)* 205 renidet M^1 (resplendet *in mg.*) R^2BK_1 *(m. 2)* T^2, refulget V_1 *Poelm.*, retinet *L*, renitet *rell. cf. Wiener Stud. II 112* 206 addit (q: *s. l.*) *L* 207 istrahelitarum cui *C*, hisraelitarum *R*, israhelitarum *rell.* comolatae *R*, cumulate (a *s. l.*) K_2 *uu. 207 et 208 p. u. 222 in Hl* 209 ca*sum (s *eras.*) *M* 210 concidet *C*, concidit M^1, concedit K_2 *(m. 1)* *T* populos CMK_1 *(m. 1)* K_2 *(m. 1)* B^1, populis *rell.* dictum *scripsi*, dicta *libri cf. Luc. II 34* ἀντιλεγόμενον

Istius adueniet, percurrens debita leto
Atque animam matris ferro fulgente machaera,
Quo pateant tecti tenebrosa uolumina cordis.'
  Haec ait in Simeone Deus; mox ecce profetae
Femineam sancto conplet spiramine mentem.
Anna fuit natu grauior, quam in flore iuuentae
Destituit uiduam mors inmatura mariti.
Casta sed in templo semper pro coniuge uita
Et cultus cessere Dei; quae numine iussa
Cognouit Christum et simili sermone locuta est.
  Inde ubi sollemnem pueri pro nomine legem
Conpleuit genetrix et Ioseph omnia mirans,
Ad patriam laeti repedant puerumque reportant.
  Gens est ulterior surgenti conscia soli,
Astrorum sollers ortusque obitusque notare;
Huius primores nomen tenuere Magorum.
Tunc hinc delecti Solymos per longa uiarum

213] cf. Stat. Theb. I 351. 215] cf. Verg. Aen. VIII 160. 216] cf. Verg. Aen. XI 166. 227] cf. Verg. Aen. X 213.

211 percurrent B^1, percurret $R^1 Mp V_2$; p̄currens omnia *G* loeto *uel* lęto *libri* 210 *et* 211 *permutati in Hl* 212 machera *plerique; Poelm. in mg.:* Concedet populis, illi signum esse negabunt
Foederis hi contra caelo uenisse tenebunt
Liuor edax faciet lethum ut percurrat amarum
Atque tuam fulgens animam mihi crede machaera
213 uolumina] uelamina *N* 214 DE ANNA *LB* ait in *s. l.* M^2 Symeone *plerique* 215 faemineam mentem—complet *M* 217 distituit $M^1 K_1 K_2 T B^1$, constituit *Poelm. in mg.* inmatura *CM* 219 cultos *(m. 1)* $K_1 T$ nomine *C* 220 simile P^1 loquuta *M* 221 solemnem *RL*, solempnem *B*, sollempnem *GH* 222 conpleuit $C K_1 K_2 T B Bb$ genetris Mp^1 223 repetant R^1, remeant *L*, redeunt *Poelm.* 224 VBI MAGI VIDERVNT STELLAM *Mp*, MAGORVM MVNERA ET VISIO STELLE. *L* est *s. l. RHl* Gens est Eoi Phoebo orto proxima regni *Poelm.* 225 solers $R M L K_2$ *(m. 2)* *P T B Bb* 226 priores M^1 227 tunc hinc laeti *C*, tunc hinc delecti $K_2 Bb$, hinc lecti *R*, tunc hi* dilecti *M*, (al hinc lecti proceres) *L*, tunc hi delecti $B K_1 P V_1 V_2 H$, hinc l*&i (a *eras.*) *Mp*, Hun^{t}c ^{di}lecti *L*, hinc lecti proceres *(in ras.)* T^2, tunc hinc delati proceres *G*, hinc laeti proceres *Hl* solimos *plerique*

Deueniunt regemque adeunt orantque doceri,
Quae regio imperio puerum Iudaea teneret
Progenitum: sese stellae fulgentis ab ortu
Admonitos uenisse uiam, quo supplice dextra
Exortum terris uenerabile numen adorent.
Territus Herodes Solymorum culmina uatum
Quique profetarum ueterum praedicta recensent
Imperio accitos iubet omnia quaerere legis,
Quis pateat, quae sint genitalia moenia Christo,
Omnia uenturum spondent quem oracula uatum.
Tunc manifestatur, Bethleem quod moenibus illum
Progigni maneat, cui sacram ducere plebem
Istrahelitarum sancta uirtute necesse est.
Hinc iubet Herodes Persas pertendere gressum
Inuentumque sibi puerum monstrare colendum.
Ecce iteris medio stellam praecurrere cernunt
Sulcantem flammis auras, quae culmine summo
Restitit et pueri lustrata habitacula monstrat.
Gaudia magna Magi gaudent sidusque salutant,
Et postquam puerum uidere sub ubere matris,
Deiecti prono strauerunt corpore terram

232] cf. Ou. Ex P. II 3, 19. 235] cf. Verg. Aen. XI 235. 243] cf. Verg. Aen. II 694. 244] cf. Verg. Aen. VII 512. 246] cf. Gell. IX 9.

229 iudam *Hl*, iudea *plerique* 230 progenitum dicunt *M* stillae *C* et stellae sese LT^2 231 admonitus *C*, ammonitos *MG* dextera *M*, dextra* K_1 232 nomen C^1K^1 *(m. 1)* T^1B^1 adorant B^1 233 Terribilis *M* (ał territus *i. mg.)* Herodis C^1M *alii* Solimorum *plerique* culmine M^1B^1 234 profetarum *CT* 236 quo *Poelm. in mg.* pateant *TBbHl* sit *H* 237 uentura Mp^1, uenturum quem *M* spondeantq. *L* 238 Tum MK_1K_2TLBbG Bethleem $CRMK_1Mp$ 240 is*rahelitarum *(*t *eras.) C* sancta] prompta MpV_2, sacra *Poelm.* est] *om. Mp* 241 De eo quod magi obtulerunt đno munera *Mp m. al.* hic C^1, tunc V_2 *Poelm. in mg.* Herodis M^1 242 colendum] uidendum *Poelm. in mg.* 243 itineris M^1, uiae *Poelm. in mg.* stillam *C* 244 quae] qꝛ *C*, q̃ R^2, quae in *(sic) M*, et *Hl* culmina Mp^1 245 restetit M^1 246 magna magis redeunt puero *Poelm.* 248 deiec*ti *C*, dilecti *(*ał deiecti*) M*, deiecte V_1 *(m. 1)* strauerunt C^1N, texuerunt *M (*ał strauerunt *i. m.)*, texerunt *rell. cf. Verg. Aen. VIII 719* terram caesi strauere iuuenci

Submissique simul quaesunt; tum munera trina
Tus, aurum, murram regique hominique Deoque
Dona dabant. Totam mox horrida somnia noctem
Sollicitant saeuumque iubent uitare tyrannum.
Denique diuersis Herodis callibus aulam
Diffugiunt patriamque Magi rediere latenter.
Ipsum etiam puerum monitis caelestibus actus
Aegyptum cum matre simul transportat Ioseph.
At ferus Herodes sibimet succedere credit,
Quem callens astris quaesisset cura Magorum.
Quorum praecauto discessu sollicitatus
Horribilem iussit Bethleem per compita caedem.
Infantes cunctos teneramque sub ubere plebem
Auellit ferro nullo sub crimine culpae.
Haec etiam caedes olim praescripta manebat,
Quam bonus Hieremias diuino numine iussus
Conplorat, subolis misero pro funere matres

265] cf. Ou. Am. II 6, 9.

249 submissique K_1, submisique *Bb*, submissisque *N* quaesutum *C* tunc *Poelm. in mg.;* mox mystica munera promunt *Poelm.* 250 murrā *C*, myrram *uel* mirram *rell.* 251 donabant (da *a m. 2) MK$_2$T*, donabant *BbG* (bant *in ras.)*, d. ferunt *Hieron. in Matth. I 2, 11, Alcuin. de div. off. 5 Poelm.*, dono dabant *B cf. Wiener Stud. 1880, p. 110* tota *L* sompnia *R* 252 tyrandum (n) *M*, tirannum *CBG* 253 Herodes (i) K_1 calcibus K_2 254 diffugiuntque *M*, difugiunt K_1, defugiunt B^1 redire *M* K_1 *(m. 1)* K_2 *(m. 1)* T^1 laetantes al' latentes *M*, latentes *RLMpPT*^{1} *BbGHIl cf. Wiener Stud. l. c. p. 90* *p. uers. 256* DE PVERIS INTERFECTIS AB HERODE *Mp*, *p. uers. 257* PASSIO INFANTVM *L* 255 etiam] & K_1 *(m. 1)* *post u. 256 uersus unius spatium C* Aegiptum *CBG* 257 ad *CBL* Herodis *M*^{1}K_2 *(m. 1) T* 259 discessu* *(s eras.) M*, discessi *Bb*^{1} 260 Bethleem *CRMK*$_1$*K*$_2$*PT* competa *RL* K_1*K*$_2$*MpTB*, comp&am K_2; crudeli tinxit Bethlemica compita caede *Poelm.* 261 que *om.* V_2 ubera *RHl*, hubere *P* 262 Euellit *M* (auelli *in mg.)*, auelli *RK*^{1}*MpPBBbV*$_2$ fero *LMp;* Innocuam in sinibus rigido succumbere f. *Poelm. in mg.* 263 caedis *M*^{1}K_2 *(m. 1)* prescripta *R*, perscripta *(m. 1)* K_2*T* 264 nomine *C*^{1}*M* (al' numine *i. m.)*, munere (numine) K_1 265 conplorat *RK*$_1$*TB*, conplorant K_2, conploraret *Bb* sobolis *RM*^{1}K_2 *(m. 2) LP*^{1}, suboles *Bb;* soboles miserum *Mp* miserae *Poelm. in mg.* matris *M*^{1}

Horrendis grauiter caelum pulsare querellis.
Ast ubi sopitus furor est et saeua tyranni
Infantum horribili feritas satiata cruore,
Extinxisse putat cunctos, quos unus et alter
Annus letiferi miseros obpresserat aeui.
  Mirandis rursus deuinctus membra sopore
Urgetur monitis Mariam puerumque Ioseph
Aegypto ad patriam uectare, ubi Nazara felix
Olim praedictum puero dedit addere nomen.
Dixit et alterius quondam praenuntia uatis
Vox instincta Deo: Veniet, ueniet mea proles
Aegypto ex alta terris lumenque salusque.
  Crescebat rapidis annorum gressibus infans,
Praecurrens aeuum sapientia praeueniebat
Gratiaque in uultu et uerbis ueneranda micabat.
  Et iam bissenos aeui conprenderat annos,
Cum paschae ritum seruando ex more parentes
Ad templum laetis puerum perducere festis

271] cf. Culex 207.

266 ho^{r}rendis (rendis *in ras.*) K_1, horridis P^1 querelis RM^1MpB $GHHl$, querillis (*m. 1*) K_2; horrenda grauiter pulsabant aethera uoce *Poelm. i. m.* 267 fo^{u}ror *L* ti∗ranni (r *eras.*) *C*, tyran^{n}di *M* 268 horribili] roseo *Poelm. in mg.* ferita *C* 269 extincxisse *RL* unus *CRPN*, primus (al unus) *M*, primus *rell.* 270 annos C^1M loetiferi *plerique* misseros MP^1, misere *Poelm.*, miserandos p. *coni. Arev.* obpraesserat *M*, subpresserat *RL Poelm.*; miserandus praesserat MpV_1, miserandus cesserat *Poelm. in mg.* 271 rursum M^1 deuinctos *R*, deuictus *M* (al deuinctus *i. m.*) *H* menbra *T* supore *C* 272 urguetur $RM^2MpK_1K_2$ *PG* 273 Aegipto *C* (*passim*) uectarae *R*, u&tare *L* felex M^1 274 prędicta B^2T *ex corr. ut uidetur*, prędicto *RM* (al predictum *i. m.*) 275 alterius iussi MK_2T 276 instricta *Bb*, instructa *Poelm. in mg.* mea ueniet *M*, ueniat mea *Hl* prolis $M^1K_1K_2T$ 277 EX EGIPTO VOCAVI FILIVM *B* exaltat *LG* nomenq; (al lumenq;) *M* 278 imfans M^1 279 pręcur∗ens *C*, occurrens *B* 280 omniaque *Poelm. in mg.* et∗∗ (in *eras.?*) *M* uerba^{is} *P* micabant *Poelm. in mg.* *post u. 280 inscriptio euanida in L* 281 comprehinderat *C*, comprehenderat M^1 *MpTBb*, cōp̄nd& *G* 282 DVODECIM ANNORVM REMANSIT IN TEMPLO *B* conpascae *L* seruantes *N*, seruare *Poelm.* 283 laeti MpV_2 *Poelm. in mg.*

Omnibus annorum uicibus de more solebant.
Ergo aderant paschae pariter cunctisque diebus
Festorum inpletis patriam remeare parabant,
Cum puer in populo comitis uestigia matris
Deseruit templique libens secreta petiuit.
Illum per uicos urbis perque abdita tecta
Perque iteris stratas per notos perque propinquos
Quaerebat genetrix; sed lux ubi tertia uenit
Ad templum propere remeat, uatumque choreis
Inuenit insertum legumque obscura senili
Tractantem coetu. Vix admiratio digna
De pueri uerbis senibus fuit; at pia mater:
,Nate, ait, amissum lacrimis te quaero profusis
Anxia cum genitore gemens. Quae causa parentum
Discernit gressu templique in sede retentat?‘
Ille autem: ,Quid me tantum, quid quaeritis? inquit.
An nondum sentis, genetrix, quod iure paternis
Sedibus et domibus natum inhabitare necesse est?‘
Haec ait et gressum sociat patriamque reuisit;
Nec genetrix tanti persensit pondera uerbi,
Ordine cuncta tamen cordis secreta reseruant.

286] cf. Verg. Aen. XI 793. 288] cf. Verg. Aen. VIII 463. 303] cf. Cicero, de orat. 17.

284 solebant] sciebant *G* 286 festum implentes *M* (al' festorum implet *in mg.*) *uu. 285 et 286 in mg. adscripti in Mp* 287 tum *LHl Poelm.* 289 perque urbis M^1 (al' urbis perque) urbes V_1 290 iteris] uiae *Poelm. in mg.* stratus R^1 totos *H* 291 genetrix $CRM^1MpK_1K_2T$ 292 at *L* choregis *L*, coronae *Poelm. in mg.* 293 rerumque *Mp* 294 ammiratio MpB^2G, admiratio fuit *M* 295 fuit *s. l. M* ad Mp^1T^1 298 discernit *CMp*, secreuit V_1, secernit *rell.* gressum *BH* insidere temptat *Hl* 299 $quid_2$] qui K_2, *s. l.* K_1 inquid *MMp* 301 inhabitare] in *s. l.* K_2 302 *inscriptio euanida in L* reuixit (s *s. l.*) *Mp*, reuisat (i *s. l.*) *G*; *uers. in marg. inf. adscr.* K_2 303 REGRESSIO DE HIERVSALEM *B* naec K_1 304 ordinem B^1 secreto (a *s. l.*) *M* reseruat RK_1LTV_1, seruauit reseruat *M*, serua*t (re *s. l.*) *Mp*, reuisunt *G*

At puer obsequiis apte praedulcibus ambos
Ad proprium semper cogens nectebat amorem.
Interea ueteris scripti per debita currens
Omnia saeclorum series promissa trahebat.
Zachariae suboles desertis uallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore uocabat,
Fluminis ut liquidi caperent miranda lauacra,
Quis animae uirtus abluta sorde niteret;
Esaias uates cecinit quod numine iussus:
,Vox late resonat desertis uallibus; amplas
Instruite stratas, omnis sit recta uiarum
Semita, quae Domini digne uestigia gestet.
Subsident colles, uallis conplebitur omnis;
Corriget anfractus iteris bona linea recti
Corporeisque oculis lumen tractare serenum
Omnibus indulget genitor Dominusque salutis.'
Ergo aderant populi passimque hinc inde ruentes
Conplebant ripas auidique lauacra petebant.
Texta camelorum fuerant uelamina saetis,
Et zonae pellis medium cinxere profetam.

310] cf. Verg. Aen. XII 312.

305 arte (apte *in mg.*) *Mp*, aptae *P*, aptos *H* 306 eos (al semper cogens *in mg.*) *M*, cogens [suū] *L*, habens *G*[1] nectabat [e] *M*, uectabat *Poelm. in mg.* 307 DE IOHANNE *B* scripti ueteris *B* 308 saeculorum *MMpK*$_1$ serie *K*$_2$*T*[1] 309 Zacchariae *C* soboles *RPBbHl*, sobolis *K*$_1$*K*$_2$*G*, subulis *L* in uallibus *C* 310 deponendas (de *s. l. m. 2*) *M*, deponentes *P* 311 ca*perent (r *eras.*) *M* lauachra *B* 312 queis (?) *V*$_1$ uirtus *CMpPV*$_1$*Bb*, species *rell.* ablutas ordine (?) *M*[1], **luta [di, a] sorde *G (corr. a m. 2)* 313 Esaias *CMK*$_1$*K*$_2$*PTBb*, Isais *uel* Ysaias *rell.* uatis *K*$_2$ nomine *C* 314 VOX CLAMANTIS IN DESERTO *B* late sonuit *G* 315 instruite] te *s. l. M*[2]; instruit estrates [a] *Mp* omnes *(m. 1)* *K*$_2$*T*; omnis iussit *H* 316 digna *R* gestat *R*[1] D. plantis calcanda beatis *Poelm. in mg.* 317 ualles *(m. 1)* *K*$_2$*T* omnes *C* 318 corrigit *R*[1]*K*$_2$ *(m. 1)*, corrigat *Hl* tamfructus *K*$_2$*T* iteris] callis *Poelm.* 320 dominus genitorque *B* 323 textum *M*[1] camel*orum *CM* sedis [t] *L*, saetes [x] *T*[1] 324 pellis zonae *Mp* cincxere *RLT*[1], tinxere *(m. 1)* *K*$_1$, cingere *K*$_1$, cinxerunt *P*[1] profetam *CB*

Et tenuem uictum praebent siluestria mella.
Isque ubi tot populos diuersis sedibus ortos
Inruere ad fluuium cernit, sic incipit ore:
‚Vipereae gentis suboles, quis debita uobis
Supplicia urgentesque iras euadere monstrat?
Sed facite, o miseri, fructum, si paenitet, aptum,
Nec generis uestri tollat fiducia mentes.
Nam facile e saxis etiam pro nomine plebes
Succedet uestro, suboles quia degener errat.
Proxima roboreis iamiam radicibus instat
Cunctorum ante oculos acies leuata securis.
Caedentur siluae steriles ignemque fouebunt.
Nunc ego praeteritas maculas in flumine puro
Abluere institui; ueniet sed fortior alter,
Cuius uincla pedum non sum contingere dignus.
Abluet ille hominis sancto spiramine mentem
Flammarumque globis purgabit noxia corda.
Illius et manibus ruralis pala tenetur
Et propria ipsius purgabitur area frugum
Horreaque inplebit secreti copia farris
Aeternusque leues paleas populabitur ignis.‘

*325 Edere locustas solitus ruralibus aruis

331] cf. Verg. Aen. I 136. 341] cf. Verg. Ge. I 471, Aen. III 574.

u. 325 antecedit 325' in $CRM^2K_1MpV_1BGHHl$, *in marg. add.* K_2T^2 V_2Bb^2 hedere V_2 solitus] sonitus sonitus T^2 326 ibi P^1 populus C 327 DE BAPTISMO IOHANNIS ET VERBVM EIVS AD POPVLVM B 329 subplicia K_1 turgentesque *M ut uidetur* 330 miseris Mp^1 penitet *plerique* 332 e] est* *(& eras.) M, add.* B^2; ex(s)axis L plebis *CM*; potis est dura superum rex cote creare *Poelm.* 333 succedent RMp V_1V_2GHHl, succedunt MK_1PTV_2Bb sobolis K_2T errat] *** M, erret L^1; progeniem quando soboles sua d. e. *Poelm.* 334 robor(e)is R iam iamq; R 335 acie(s) M, acies* K_2, aciesque *Poelm.* leuigata *Matr.*, sublata *Poelm. in mg.*, elata *coni. Arev.* 336 caedantur R^1, caeduntur $M^1K_1K_2TV_1V_2BbHl$ sterelis C foueb(u)ant H 337 ergo CK_1 339 uinc*la M tingere K_1 condignus Mp 340 abluit C hominis C, om̃s R, homines *rell.* sc̃o* *(s eras.)* K^1 in spiramine RLV_2Hl mentem C, mergens *rell.* 343 harea L, a*rea K_1 344 orreaque M impleuit CK_2B^1

Haec ait et properis per siluam passibus ipsum
Cernit Iordanis ueneranda lauacra petentem.
Sed uetat increpitans uates et talia fatur:
,Tune meis manibus dignaris mergier undis,
Cum tua me melius possint mundare lauacra?'
Dixit Iohannes, cui talia reddit Iesus:
,Nunc sine, nam decet hoc, sic sancta per omnia nobis
Iustitiae consectandus conplebitur ordo.'
Haec memorans uitreas penetrabat fluminis undas.
Surgenti manifesta dei praesentia claret.
Scinditur auricolor caeli septemplicis aethra
Corporeamque gerens speciem discendit ab alto
Spiritus aeriam simulans ex nube columbam
Et sancto flatu corpus perfudit Iesu.
Tunc uox missa Dei longum per inane cucurrit
Ablutumque undis Christum flatuque perunctum
Adloquitur: ,Te nate, hodie per gaudia testor
Ex me progenitum, placet haec mihi gloria prolis.'
Tum petit umbrosos montes et lustra ferarum
Obsequiumque illi patris praebere ministri

348] cf. Verg. Aen. III 485. 354] cf. Verg. Aen. III 389. 357] cf. Verg. Aen. VIII 423. 360] cf. Verg. Aen. XII 354. 364] cf. Verg. Ge. II 471.

347 Iordanis *$CR^2M^2Mp^2PBHl$ Poelm.*, Iohannes *rell.* 348 sed uetat] succedet *M* 349 digneris *RK_1 (m. 1) LTHl Poelm. in mg.* mergi[er] *(er a m. 2) M*, er *in ras. T* 350 mundare *CMpP*, purgare *rell.* 351 Iohannis *CM^1K_2* reddidit *MK_1 (m. 1) Bb*, dicit *N* 352 si[c] *R* 353 iustiae *R* implebitur *Mp* 354 *post* memorans: que celer *eras. in M* uitteas *P* penitrat fluminis undas *M*, xp̃s penetrabat in undas *$K_1LBbGHl$;* celer uitreas xp̃s penetrabat i. u. *(xp̃s a m. 2) K_2T*, uitreans penetrabat in [fluminis] undas *H* fluminis undas *in ras. B;* undis[a] *Mp* 355 surgenti* *(s eras.) R* 356 aethera *C*, aetra *MMp^1*, aether *V_1;* aethera caeli *Poelm. in mg.* 357 discendit *CMPB alii* 358 ex] in *Hl* 359 perfundit *RK_1T* 360 mane *Mp* 361 ambitumque *Poelm. in mg.* flat[u]eque *L* 362 alloquitur *RMLPB rec.* 364 tunc *Poelm in mg.* humbrosos *Hl* 365 que] *om. M* patri *CMp*, patrii *PV_2 (m. 2)*, patrii[s] *B (s a m. 2)* praeb*ere *(u eras.) K_1*

Certabant rapidi, mox liuor daemonis atram
Cum terrore rapit mentem, nec defuit aegro
Temptandi interea Christum uersutia fallax.
Quadraginta illi fuerant ex ordine soles,
Ex quo nulla cibi potusque alimenta dabantur,
Sed contexta simul firmi ieiunia cordis
Terrarum ad regnum mentis secreta tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.
Horrendi interea sceleris fallacia temptans:
,Si te pro certo genuit Deus, omnibus, inquit,
His poteris saxis forti sermone iubere
Usum triticei formamque capessere panis.'
Christus ad haec fatur: ,Nil me iam talia terrent;
Nam memini scriptum, quoniam non sola tenebit
Vitam credentis facilis substantia panis,
Sed sermone Dei conplet pia pectora uirtus.'
Rursus at ille dolos uersutis artibus aptans
Nectere temptator properat. Nam moenibus urbis
Mox inferre pedem sensit, uis liuida Christum
Culmine marmoreo fecit consistere templi.
Tum sic adgreditur uocis fallente ueneno:

383] cf. Verg. Aen. XII 116.

366 certabat V_1 rabidi *RPT*[2]*B*[2]*Bb* libor *C* demonis *libri* ater *MG Poelm.* 367 TEMPTATIO DIABOLI *B* terrore (e₂ *in ras.*) *R* aegro] ergo *N* 368 temptandi (i *ex* o) *C* interra *N* 369 quadragenta *C*, XLta *M* fuerunt *R*[1]*M*V_2 370 potusque *C*V_2*N*, pote^u^sue *M*, potusue *rell.* 372 at *C* mentis *CMp*[2]*T*, cordis *rell.* tenebat *G* 373 tuncque *B*V_1V_2*H* epulas *R* dæmum *M*K_1K_2, demon *G* c̄qui***rere *R*, conquere *M*[1] 374 horrendum K_2*N*, horridi *P* interea* sceleris (s_1 *a m. 2*) *M* fallatia *R et alii*, fallantia *P* 375 certe *Hl* inquid *plerique* 376 hiis *M*[1] po*teris (s *eras.*) K_1 sa^x^sis *Mp* forte K_1 (*m. 1*) 377 *in mg. inf. adscr. m. al. in C* capissere *M*[1] 378 nihil *M*[1]K_2*T*V_1*G* 379 quod non iam *M*[1]; quod non sit sola datura *Poelm. in mg.* 380 crede^s^nti K_2, credentes *T*[1] 382 dolus *M*[1]K_2 (*m. 1*) abtans *Mp* 383 nectire K_2 (*m. 1*) prope s̤c̤i̤t̤ (rat) *M* nam] quam *Barthius* 384 uis] s *ex corr. C* 385 marmorei *Poelm.* fecit V_1V_2*Bb*, SV▨ *C*, tendit *Poelm. in mg.*, suasit *rell.* 386 tum *CM*[2]K_1K_2*PT*, tunc *rell.*

,Si Deus est uere genitor tibi, culmine templi
Aera per uacuum saltu iaculabere corpus.
Testis erit scriptura tibi, quae spondet aperte
Mandatum summi genitoris tale ministris,
Ut lapsum studeant casu defendere corpus;
Et famulis manibus current tua membra leuare,
Ne lapidis laedat summas offensio plantas.'
Reddidit his Christus dictis contraria dicta:
,Me meminisse magis scripti caelestis oportet,
Ne uires Domini fidens audacia temptet.'
Rursus in abrupti montis consistere celsis
Mox furibunda iugis sensit fallacia Christum,
Ostendens illi fulgentia regna per orbem:
,Cernis, ait, quae sit tantarum gloria rerum?
Cuncta tuo possum iamiam concedere regno,
Talia donantem si me ueneratus adores.'
Tunc sic instantem dictis reiecit Iesus:
,Effuge pestiferi rabies uaesana ueneni,
Haereat ut semper nobis inmobile iussum,
Ut iustus caeli Dominum deuotus adoret
Unius et famulans ueneretur nomen in aeuum.'
Talibus excussus fugit per deuia daemon.
Ille ubi Iohannem cognouit carceris umbris

388] cf. Verg. Ge. III 109. 400] cf. Verg. Aen. IV 272.

388 aether *(m. 1)* K_1, ar*a[e] *T*, aer *Bb* iaculare[ue] *(ue a m. 2) M* 389 testes K_1 ait *Hl* spondit M^1; spondeat perte *H* 390 mundatum B^1 genitore *Bb* tale] id esse *Poelm. in mg.* ministri *RHl* 392 famuli§ *C*, famuli *MpPG*[2]*Hl* curent K_2*PTBb* 394 Christus] ihs *C* dictis xps *L* 395 me] *om.* *C*[1]*RMK*$_1$*K*$_2$*TMpBBbGH* scriptis *P* 396 di K_2 *(m. 1)* pellatia *(m. 1)* K_2*TBb* temptat[e] *BL* 397 arrupti *Mp* montes *C* 398 iugis] magis *Poelm. in mg.* 399 illi *CRP*[1]V_1V_2*H*[1], olli *rell.* 400 tanta *T*[1] 401 tuo] tibi *Poelm. in mg.* possim *TBbG* 403 stantem *M*[1]*Mp*[1] 404 rabie suae sana *M*; uesania *L* K_1 *(m. 1)* 405 nobis semper *RHl*, s. nobis cum *M* iussum donum *R*, iussum[donum] V_2 406 dominum caeli V_1 deuotos *C* ad*oret *(h eras.) B* 407 nomen *C*[1]*MLMpP*V_2*BBbG*, numen *rell.* 408 excusus *MMp* 409 agnouit[cog] *(cog m. 2) M*

Inmersum, tristi conpressit corde dolorem,
Finibus et statuit Zabulonum ponere sedes,
Ut dictum Esaiae concurreret ordine longo:
‚Terra Zabulonum et regionis Neptala nomen,
Et uia trans pelagus longe Galilaea per arua
Trans et Iordanen gentes populique tenebris
Inclusi magnum lumen subitumque uidebunt,
In mortisque illis umbra residentibus alma
Exoritur fidei resplendens luce uoluntas.‘
Ergo instare Dei regnantis munera Christus
Nuntiat increpitans praeconia larga salutis.
  Praeteriensque uidet ponti per litora fratres,
Praesolidum Simonem, dignum cognomine Petri,
Andreamque simul, sinuosa uolumina lini
Piscibus insidias disponere marmoris undis.
‚Nunc, inquit, pisces capitis maris aestibus altis,
Sed me si libeat sectari, fortia uobis
Prouenient hominum praepulchra indagine lucra.‘
Olli confestim firmato pectore certi
Retibus abiectis pariter praecepta sequuntur.
Post fratres Iacobum Iohannemque marinis

410] cf. Verg. Aen. I 209. 423] cf. Verg. Aen. XI 753.

410 [sub] indemersum (sub *a m. 2*) *C*, demesum V_1, submersum RM^1L K_2 (*m. 1*) *Mp T Bb Hl* corda R^2Mp^2Bb, cordæ *M* dolorem C^1MV_2 Bb^2 *Poelm. in mg.*, dolore *rell.* 411 istatuit Mp^1 Sabolorum *C*, dialon nunc M^1, diabulonum K_2, zabulo[r]num *L*, Zabulon *Poelm.* pedes M^1 412 isaiae *R*, ẽsaiae *M* in ordine M^1 longo *C*, [ł longo] secli *P*, saec*li MK_1, saecli *rell.* 413 terrę *H* Sabulorum *C*, dialon haec M^1, Zabulon K_1K_2P *T Bb G Poelm.* 414 Galilaea per arua] *ego*, Galileaque arua *libri*, Galilaeiaque arua *Barth. Arev.* 416 inclusiqụę *R* uidebunt (d *et* b *a m. 2*) *C* 417 umbras (*M*) almas T^1 resedentibus K_1 (*m. 1*) *P* 418 splendens V_1V_2 [lu] uoce *M* uoluptas K_2T 419 uenire instare *Mp* dñe C^1 420 longa M^1 421 uidit R^1, uidens *T* littera K_1 422 persolidum *N* Symonem *RM* 424 marmoręis *M* 425 inquid *M et alii* altos $M^1K_1K_2Mp^1V_1T$ 427 pulchra M^1, perpulchra *LN*, preclara (pre *in ras.*) *T*, clara *Bb* indaginem *H* 428 illi $K_1K_2L^2TBb^1Hl$ 429 secuntur *Mp T B G* 430 fratres geminos $CLMpV_2BH$, [geminos] fratres *RM*, geminos *Poelm in mg.*

Insidias gregibus maculoso innectere textu
Ut uidit similemque dedit de litore uocem,
Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt
Ilico sectantes pulcherrima iussa salutis.
Exhinc per terram Galilaeam sancta serebat
Insinuans populis regni praeconia Christus
Donabatque citam inualidis aegrisque medellam;
Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat
Mille sonans uerbis praesentia munera Christi.
Denique certatim languoris tabe peresos
Diuersisque malis nexos, quis longa dolore
Absumpsit populans membrorum robora tabes,
Monstrabant Christo; facili sed munere cunctos
Reddebat propere miranda ad gaudia sanos.
Iamque animae ipsius morbi saeuique furores
Et lunae cursum comitata insania mentis
Discessere graui sermonis pondere iussa.
Illum stipantes miracula magna mouentem
Mixtae sectantur turbae Solymique Syrique
Et Iudaea frequens populis Galilaeaque plebes,
Quos et Iordanes dirimit stagnante fluento.
Hos populos cernens praecelsa rupe resedit
Ac sic discipulis gremium cingentibus infit:

439] cf. Verg. Aen. IV 183. 440] cf. Verg. Aen. VI 442.

433 Zebideum M^1, Zebe&eum *Mp* puppi *M* 434 illico *L* 435 exin** (de *eras.*) *M* Galileam M^1T, Galileę K_1K_2 (*m. 1*) *LMpGH*, Galilee* *B* sereba*t (n *eras.*) *M*, ferebat *Poelm. in mg.* *uu. 436—438 in mg. sup.* M^2 436 regna (i *supra*) *Mp* 437 inualidisq. *C*, fessis V_1T aegris *C* 438 siriam *CB* 439 mille sonis M^2L^2, mellisonis C^2, m. sonant K_2 (*m. 1*) uerbis *C*, linguis *rell.* 440 praessos M^1 441 longo *L* doloris *MMp* K_2 (*m. 1*) *PBH*, dolorum V_1G 442 absumsit *M*, adsumpsit T^1Bb robura M^1 tabis $C^1K_1K_2T$ 443 facile (*m. 1*) K_1K_2PT monere L^1 444 reddebant (*m. 1*) K_1K_2PT 446 commitata C^1 mentes Mp^1 448 stipantis (*m. 1*) K_2T cuncta M^1Mp^2 449 solimique *C et alii*, solimyque *R* Sirique *C et alii* 450 Iuda (*m. 1*) K_2T gallilea *B* plebis (*m. 1*) MK_2T 451 Iordanes CK_1T^1B, Iordanis *rell.* in stagnante *B* 452 *in mg. adscr.* $M^2K_2T^2$ rupe] in *om.* *CMH*, *exhibent rell.* sedit (re *supra*) (re *a m. 2*) *R* 453 DE BEATITVDINE *B* praemium (?) M^1

,Felices humiles, pauper quos spiritus ambit,
Illos nam caeli regnum sublime receptat,
His similes mites, quos mansuetudo coronat,
Quorum debetur iuri pulcherrima tellus.
Hoc modo lugentes solacia magna sequentur.
Pabula iustitiae qui nunc potusque requirunt,
Illos plena manet satiandos copia mensae.
Felix, qui miseri doluit de pectore sortem,
Illum nam Domini miseratio larga manebit.
Felices, puro qui caelum corde tuentur,
Visibilis Deus his per saecula cuncta patebit.
Pacificos Deus in numerum sibi prolis adoptat.
Felices nimium, quos insectatio frendens
Propter iustitiam premit: his mox regia caeli
Pandetur. Gaudete, operum quos iusta tenentes
Urgebit praeceps stimulis iniuria saeuis;
Plurima nam merces uobis seruatur in aethra,
Namque profetarum fuit insectatio talis.
Discite uos hac in terra salis esse saporem.
Hic sapor amissa si iam uirtute senescit,
Quae salis absumptos acuet substantia gustus?
Nec quisquam uani post haec superest salis usus,
Ni longe abiectum cuncta ut uestigia calcent.
Vos estis mundi clarum (ne abscondite) lumen.

456 decorat *Hl* 457 debitur M^1 458 hoc CM^1PV_1, hic *rell.* solatio $R^1M^1K_2$ *(m. 2)* T^1Bb magna *C*, digna *rell.* sequetur $R^1M^1K_2TBb$ 459 *add.* M^2 460 plane M^1, plene *Bb* mane**t (bi *eras.*) *M* satiandos *C*, saturandos *rell. cf. Sedul. P. c. I 6 (ed. Huemer)* 464 hos M^1 manebit *L* 465 *in mg. add. m. 2* K_2T 467 praemit *CRM alii* 468 post (operum) *T corr. m. 2* iussa $RM^1K_1K_2LTG$, iussat (at *in ras.*) *B* tenent Bb^1 469 urguebit *RML alii* 470 uobis] *om. m. 1 in* K_2T aetra *R* 471 profetarum CB^1 472 VOS ESTIS SAL TERRE *B* in hac terra M^1; haec Bb^1 473 si] protinus *C*, si* (c *eras.*) *B* senescet V_1 474 qua K_2T^1 absumtos *C*, absumptus R^1K_2 *(m. 1)* L^1T^1 acuit *C* 475 nequicquam $M^1Mp^1B^1$, nec quicquam *RHlT*, neccuiquam K_1K_2 *(m. 1) Bb*, nequiquam *RT*, nec quiquam *PG* 476 ni] nil CK_2 *(m. 1)* ut] *om. P* 477 VOS ESTIS LVX MVNDI *B* clarum mundi *C* nec K_1

Nam quis praecelsis inpostam rupibus urbem
Occultare queat? Vestrum sic lumen ad omnes
Perueniat rerumque decus sub luce serena
Ponatur. Cunctis genitoris gloria uestri
Laudetur, celsi thronus est cui regia caeli.
  Non ego nunc priscas leges dissoluere ueni
Vertere nec, ueteres ponunt quae iussa profetae;
Omnia nam uobis per me conplenda manebunt.
Vera loquor, donec caeli terraeque marisque
Interitus ueniat, legis nec littera saltem
Aut apicis parui gracilis distinctio deerit,
Omnia quin fiant digesto ex ordine saecli.
Si quis enim minimam mandati soluere partem
Ausus erit, pariterque homines audendo docebit,
Hic minimi nomen caelesti in sede tenebit.
At quicumque operis proprii moderamina seruans
Inuiolata simul tradet praecepta priorum,
Magnus erit magnique feret trans sidera nomen.
  Audistis ueteris iussum moderamine legis:
Humano si quis macularit sanguine palmas,
Ille reus ferro persoluet uindice poenas.
Ast ego praecipiam, ne quis consurgere in iras
Audeat atque odio fratris feruente moueri.
Nam reus hic aequo poenas sub iudice pendet.

482] cf. Verg. Aen. VII 210. 486] cf. Verg. Aen. I 598. 499] cf. Val. Flacc. I 673.

478 in praecelsis *M* impositam *C*, inpositam *R²M¹K₂ (m. 1) LH* 479 q; ad *Hl* sic *C* (c *in ras.*), sed *rell.* 481 cuncti *(m. 1) K₂T* 482 $\overset{h}{\text{t}}$ronus *(h a m. 2) B* 183 NON VENI SOLVERE LEGEM *B* desol$\overset{is}{\text{-}}$uere *B* 484 uetere *C* profetae *CB*, prophetae *R* 486 loquar *MT* 487 legum *R¹* saltem *CMpB²*, saltim *rell.* 488 deri$\overset{e}{*}$t (n *eras.*) *C*, derit *K₂ (m. 1) T* 489 digesto *C*, digesta *RK₁K₂LTBBb*, degesta *R²MB¹*, di·gesta *Mp*, digestae *P* saeculi *MK₁* 491 suadendo *V₂K₂ (m. 1 ?)* 492 in] *om. Hl* 493 moderamine *RV₂ (a m. 2)* 494 tradit *CK₂T* 495 erit] enim *K₂ (m. 1)* ferit *corr. in* feret *C* 497 macu$\overset{ue}{\text{-}}$larit *(ue a m. 2) C*, maculauerit *M¹Mp¹K₁ (m. 1) B¹* 499 iniquas *Mp¹* 500 fratr$\overset{i}{\text{e}}$s *L* 501 aeque *C²RM¹K₂L¹TV₁V₂BbG* pones *Mp¹* reddet *M* (al pendet *m. al.*) *K₁K₂TV₁V₂Bb*

Nec minor illorum conuicia flamma sequetur,
Qui fatui miseriue cient sub nomine fratrem.
Sin offerre uoles, uenerans altaria, munus
Et tua tunc tacitae mentis penetralia tanget,
Quod tibi sit cum fratre domi suscepta simultas,
Munera cuncta illic aditis admota relinque
Et prius ad pacem properans transcurre petendam.
Fraterno demum iam conciliatus amori
Offer grata Deo tranquillo pectore dona.
Est tibi praeterea semper contraria uirtus
Corporis; hoc casti celeri curetur amore,
Dum rapidae tecum graditur per compita uitae.
Accusabit enim polluti corporis usus
Et te sublimi statuet sub iudice uinctum.
Damnatum rapient ad uincula saeua ministri
Nec prius e tenebris solueris carceris atri,
Ultima quam minimi reddatur portio nummi.
Haut ignota, reor, uobis stat cautio legis
Corpus adulterio prohibens, sed nunc mea iussa
Occulta internae frenant molimina mentis:
Nec minus optati quam facti poena luenda est.

519] cf. Verg. Aen. II 91.

502 illorum *i. m.* C^2 503 miserique *C* (que *a m. 2*) *RMLK*$_2$*TV*$_2$ cient (c *in ras.*) *BT*, uocent *Mp*, dent K_2 (*m. 1*) 504 SI OFFERS MVNVS TVVM *B* si M^1 uolens $C^1M^2Mp^1V_1V_2BBb^1HHl$ munus CV_1, mumis *N*, donis *rell.* 505 tuae CM^1Bb^1 tum $CPBb^2N$ tacita C^2 tangit *RMLMpP* (in K_1T *a m. 2*) *BHHl* 507 illis [c] *T* aeditis *L*, aditis *plerique*, adito *R ex corr.* 508 prope+rans (t *eras.*) *R*, properet *P* [trans]curre (trans *a m. 2*) *R*, transcurre* (s *eras.*) *C* pe[t]//endam (t *a m. 2*) *R*, petendum (*m. 1*) K_2T amora K_1 (*m. 1*), amari G^1 510 offer* (s *eras.*) CK_2THl tranquillo* K_1 511 ESTO CONSENTIENS ADVERSARIO TVO *B* Virtus contraria semper *RMpBbHlN Poelm.* 512 caste K_2 (*m. 1*) T^1 caeleri *R* 513 rapida *M*, rapide *nonnulli* compita *CM* (*m. al.*) *MpPBb*, conpita TK_2 (*m. 1*); uias conpeta G^1 515 statuet (e *ex* i) *C* 516 uincla MpB^1 saeui M^1 517 mitteris RK_2 (*m. 1*) TV_1V_2 *Poelm.*, carceris [atri] /// solueris *M* (diri *fort. eras.*) 519 aut *CM* 521 occultare (*m. 1*) K_2T internae si *M* ferient *L*, feriant RK_2 (*m. 1*) $T^1BBbHHlB$ 522 est] *om.* MpV_1V_2

Si te forte oculi dextri laqueauerit error,
Auctorem miserae properans conuellito labis
Et iaculare procul. Nam membrum perdere refert
Exiguum, flammis quam totum dedere corpus
Perpetuisque animam pariter conuoluere poenis.
Et si dextra manus mentem per deuia ducit,
Erroris causam praestat decidere ferro,
Quam totum aeternis corpus concedere flammis.
Praecipiunt ueteres, si quis conubia rumpit,
Scribere discidium, iuris feralia uerba.
Sola uiri recte discedet adultera tectis,
Ast aliae maneant, nam casti iura pudoris
Auctore amittet mulier deserta marito.
Antiquae leges prohibent periuria linguis,
Sed nostris cedat iurandi audacia iussis.
Nec fas est homini caelum iurare per altum,
Quod sedes Domini, nec quae uestigia gestat
Terra Dei, Solymaeue urbis uenerabile nomen,
Quod regis magni propria est, iurabitur umquam.
Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit,
Namque potestatem minimi non esse capilli
Cernitis, albumue aut nigrum mutare colorem.

534] cf. Ou. Amat. I 100. 540] cf. Ou. Amat. III 407.

523 SI OCVLVS TVVS SCANDALIZAT TE *B* 554 autorem *M* misserae M^1 comuellato M^1 526 *post* exiguum, aestibus *eras. in M*, flammis Bb^2 *in mg.* 527 conuellere $R^1 M K_2$ 528 dextera *M* diuidia M^1 529 praestet *BbG* ferro *in ras. Mp* causam magis utile uellere f. *Poelm. in mg.* 530 *in mg. add. Mp* concidere $C^1 Hl$, condere *(m. 1)* $K_2 T$ 531 permittunt *Poelm. in mg.* rumpet $R M^1 Mp K_1 K_2 P V_1 V_2 Hl$ 532 discidium *(: separationem m. al.) M* 533 recti *Bb* discedat *RP* $T^1 B H Hl$ 534 SI QVIS DIMISERIT VXOREM *B* alia *Hl* podoris *Bb* 535 autore M^1, auctorē *Hl* amittat *R*, amittit $M^1 K_1 K_2 V_2 G$, mittet *(corr. in* -at*) T*, emittit *Bb* 536 legis *Hl* linguis (iu, ui *a m. 2) C* 537 caedat *R* 538 nec] *om. M* est] *om.* K_1 539 sedis $M^1 K_2 T$ domini *C*, est d. M^1, d. est *rell.* neque $C Mp^1$, nec eius que *M*, nec quod *Poelm. in mg.* 540 terram pedis (dei) *M* Solimae *R*, solimeqe (u) $K_2 Bb G$ 541 quod *corr. in* quae K_1 544 SIT SERMO VESTER EST EST NON NON *B* albumque V_1

Est est sufficiat, quod non est dicite: non est.
Quod superest istis, totum fallaciter aegro
Suggeret obreptans animo uis tetra ueneni.
  Peruulgata diu legis praecepta tenetis:
Laedentem semper similis uindicta sequatur,
Sed tranquilla malum melius patientia uincet;
Ac si quis partem palma percusserit oris,
Mox aliam uultus partem praebere memento.
Auferet aut tunicam si quis ui iudicis instans,
Cede libens pariterque ferat tua pallia secum.
  Si te forte aliquis passus per mille iubebit
Ire uiam grauidique oneris perferre laborem,
Mox perges aliudque iteris comitabere duplum.
  Si quis egens poscet uel si simulabit egentem,
Ex animo miserans largire; aut mutua si quis
Orabit, tribue, et mitem ne subtrahe uultum.
  Nec tibi sit placitum solis succurrere amicis
Aut caecis odiis inimicos ducere dignos.
Quin ego praecipiam semper blando esse per omnes
Obsequio precibusque Deum mollire benignis

556] cf. Verg. Ge. II 343.

545 sufficiet $M^1K_1K_2TBbG$, sufficiant (ant *in ras.*) *L*, te *add.* *N* dicere M^1LK_1 *(m. 2)* T^2Hl *Poelm. in mg.* 546 hiis M^1, histis *Mp* egre *Hl* 547 suggeret C^1RMMp^1Bb, suggerit *rell.* uis] s *ex* r *M* tetra *C*, thethra *R* 548 peruulta (u_1 *ex corr.*) M^1 549 laedentem pio *R* sequetur Mp^1L 550 manum K_1 uincit K_1K_2 *(m. 2)* *G* 551 SI TE CVSSERIT MAXILLA *B* at *L* 552 alteram u. p. partem M^1; alium *L* 553 auferat $RV_1BbGHHl$, auferit K_2 *(m. 1)* T^1 tonicam *RM et alii* 554 pariter M^1 feret K_1 *(m. 1)* 555 SI ANXIAVERIT MILLE PASSVS *B* te *om.* M^1L^1 super *C* iubebat K_1 556 grauemque iteris *C* labores M^1LT^1 557 moxque M^1 pergens $K_1K_2LTBbGH$ aliutque CT^1 dublum M^1 558 si] se M^1Mp^1 K_2 *(m. 2)* PT^2Bb poscit CM^1B^1 simulauite *R*, similauit *M (corr. m. 2)* 559 mutuo K_2 *(m. 1)*, mutu& M^1 560 tribuae *M* mittem *L*, tristem V_1 561 succurre *C* 562 dignus L^1 563 ergo K_1 *(m. 1)* blandum super *R*, uos *(M)* blando semper MT^1, blando super esse *L* $K_1K_2MpPV_1V_2BBb$ 564 obsequium *RL;* blanda—obsequia Bb^1 praecibus *omnes fere*

Pro uita ipsorum, qui uos exscindere gaudent
Aduersisque truces animis odiisque sequuntur.
Nam genitor noster communia lumina solis
Communesque dedit pluuias iustisque malisque.
Quod si coniunctos tantum ueneramur amicos,
Quis locus hic iustae poterit mercedis haberi?
Seruit amicitiae tantum gens dedita lucris.
Sed uos perfecto similes estote parenti.
   Sicubi iustitiae pandetur pulchra facultas,
Deuitate oculos hominum; nam nulla manebit
Merces, posterius quae factum tale sequatur.
Adplaudet tantum sterilis laudatio uulgi.
Sed quod dextra facit, faciat, nescire sinistram
Conueniet; iustis meritis tum digna rependet
Occulti solus scrutator praemia cordis.
   Sunt quos praetumidae tollit iactantia mentis,
Et precibus propriis gaudent adsistere turbas
Multifluisque diem uerbis ducendo fatigant;
His uotis pompae fructus succedit inanis.
Sed secreta domus precibus penetralia castis
Claudantur paucisque Deum uenerabere uerbis.

582] cf. Verg. Aen. VIII 94.

565 exscindere MT^2, exci$\overset{d}{\text{n}}$gere K^1 566 aduersusque *L* secuntur CK_1K_2TBb 567 PLVIT SVPER IVSTOS ET INIVSTOS *B* nostro *(m. 1)* K_1 569 ueneraemur L^2 571 gen$\overset{s}{\text{i}}$ *M* 572 perfecto* *(s eras.) C*, perfecti *Poelm. in mg.* similis Bb^1 573 Si tibi *Poelm. in mg.* panditur *(m. 1)* K_2T pulchra iusta *C*, pulcra RLV_1V_2 574 deuites *Poelm. in mg.* nam] *s. l.* K_2T, quia *N* 575 mercis CR^1; merces in caelo *Poelm.* sequetur *Hl* 576 sterelis CM^1 577 QUOD FACIT DEXTERA TVA *B* sed te $M^1K_1K_2LV_1TBb^1$ dextera *M* facit *M (m. al. s. l.), s. l.* RBb^2, *om.* TV_1 facies *corr. in* facias *s. l.* K_2, faciens *Hl* sinistra *Hl* 578 cū ueniet *M (m. al.)* P^1Hl, conuenit V_1 iustis] hiis *M*, his K_2 *(m. 1) T*, et iustis V_1 579 occulti* *(s eras.)* K_2 580 sunt** *(et eras.?) M* iactantia CK_1V_1 *(?)*, iactatio *rell.* 581 praecibus *plerique* gaudet *L* assister& *B* turbis R^1 582 docendo M^1 583 succidit K_2T^1 584 custis *C*, -tis *in ras. R* 585 claudentur *Poelm.* dnm M^1 uenerabile *C*, uenerauere K_2T^1Bb

Scit pater ipse, tui quae sit trepidatio cordis.
Nil absente Deo loquimur, nil abdita clausum
Pectoris antra tegunt, praesens Deus omnia cernit.
His igitur uotum placeat concludere uerbis:
Sidereo genitor residens in uertice caeli,
Nominis, oramus, ueneratio sanctificetur
In nobis, pater alte, tui: tranquillaque mundo
Adueniat regnumque tuum lux alma reclaudat.
Sic caelo ut terris fiat tua clara uoluntas,
Vitalisque hodie sancti substantia panis
Proueniat nobis; tua mox largitio soluat
Innumera indulgens erroris debita praui;
Et nos haut aliter concedere foenora nostris.
Tetri saeua procul temptatio daemonis absit
Eque malis tua nos in lucem dextera tollat.
Sic etenim genitor populis delicta remittet,
Si uestra alterni uobis peccata uelitis
Cedere nec durum erratis intendere pectus.
Sunt etiam praegrata Deo ieiunia plebis;
Sed propriam multi faciem foedare laborant,
Quo uanam captent hominum ieiunia famam.
Tu uero et grato crinem nitefactus oliuo

586 precatio K_1K_2 *(m. 1)* T^1Bb^1G 587 nihil *(utroque loco)* M^1K_2 PT^1 clausi *T ex corr.* 589 placat *C* 590 resedens *L* *post* in uertice: in culmine *eras. in C* 592 tranquilloque *M* 593 regnique tui *M (m. al.)* $L^1P^1V_1V_2Bb^1$, regnumque tuum RM^1K_2 *(m. 1)* alma**** (ampla *eras.) C*, ampla RV_1V_2 reclaudat******** (patescat *eras.) C*, recludat *Bb*, patescat RV_2, redundat *M (corr. in* -et*)* B^1G, redundet $MpK_1PT^2V_1HHl$ 594 sic ** (in *eras.) C*, in $M^1R^1K_1K_2$ *(m. 1)* *P TBb* caelo* in *M* ut] *om. R*, et ut *L*, et in K_2T tua fiat RPV_1 V_2BbHl, tua fit *(m. 1) T* 595 subtantia (s *suprascr.*) *P* 598 aut CMK_2TBb aliter conueniat M^1 concidere *C* foenera foedera *C*, fenore M^1 fas est V_1Hl, nostris *rell., fort.* nostrum *uel* nosti 599 taetri *CR* 601 delicta] peccata *Hl* remittit $MMpV_2B$ 603 concedere M^1 erretis *M* intendere CR^1V_1, inpendere *uel* impendere *rell.* 604 semper grata M^1, přegrata *R*, pergrata *rec.* 605 foedare *ex* foedere MK_1, foedera P^1 606 cum ieiunio M^1 607 et] *om. M* gratum M^1 madefactus M^1 *(ut uidetur) Poelm. in mg.*

Laetantem puris de fontibus ablue uultum,
Ut solus genitor deuoti pectoris altum
Seruitium cernens laudet meritumque rependat.
   Vanum est defossis terra inuigilare talentis.
Illic aerugo et tineae dominantur edaces,
Cunctaque diripiunt fures egesta latebris.
Condite thesauros uobis in uertice caeli;
Non aerugo illos tineaeue aut horrida furum
Factio diripiet. Vobis ubi condita res est,
Illic corda etiam simili dicione tenentur.
Corporis est lumen, quo publica lumina cernis;
Sed si pura acies oculis simplexque nitebit,
Clare totius splendebunt corporis artus.
Sin uero nequam fuerit paruumque uidebit,
Obscurae incumbent super omnia membra tenebrae.
In nigras lumen sed si conuertitur umbras,
Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris?
   Nemo potest dominis aeque seruire duobus,
Unius aut odiis cedet uel cedet amori,
Nec pariter dominum seruus patietur utrumque.
Haut umquam poterit quis diuitiisque Deoque
Inseruire simul; sed uos haec iussa tenete:
Sollicitet proprio ne uos pro corpore uestis,

614] cf. Verg. Aen. I 225. 620] cf. Verg. Ciris 198.

608 abluet *L* 609 abtum $M^1K_2T^1$, aptum *Hl* 610 laudet] *om. M*, laudem $K_1K_2PTV_1$ *rec.* rependet M^1Mp 611 deffosis M^1 terrae RMK_2 *(m. 2)* LT^2V_1B 612 aedaces *MMp* 613 deripiunt RV_2, diripient *T* congesta *T* 615 tineaeue illos $M^1K_1K_2TBb$ haud *Mp* orrida *CMp* 616 cuncdita *L* 617 dicione CMK_2T, dictione *B*, ditione *rell.* 618 qui M^1 puplica *C* 619 oculi MK_1Mp^2TG; oculi acies MK_1K_2MpPTB, oculis acies V_1 620 Et totius clare *M (in ras. m. al.) Mp P*, clare*totius K_1, clare & totius K_2G, totius clare V_1, tunc totius clare V_2 *(m. 1)* 621 si uero *C* (u *ex* n) *Hl* paruumque *H*, parumque *C*, prauumque (pra *in ras.*) *M*, prauumque (ra *in ras.*) *B*, prauumque *rell.* 623 tenebras (ūbras *superscr.*) *M* 624 quantus (s *a m. 2*) *R* 626 hodiis RT^1 cedit *C*, cedit *(utroque loco)* $M^1K_1K_2$, cedat *(altero loco)* P^1V_2 627 aut $CK_2T^1V_2N$ 629 NEQVE DE VICTV NEQVE DEV . . . *B* 630 pro] de *RHl*, per K_1 *(m. 1)*

Neu faciles uictus aegra disquirite cura.
Nonne animam pluris facimus quam corporis escas?
Aut dubitat corpus quisquam praeponere uesti?
Aerias spectemus aues: num uomere presso
Terga soli subigunt, iaciunt aut semina farris,
Aut segetum culmos incurua falce recidunt?
Proueniet tamen his satias potusque cibique.
Nonne Deo magis est hominum curatio cordi?
Nec dignum fuerat uestis suspendere curam
Pectoribus nostris; non, si cubitalia possent
Incrementa suis homines inponere membris.
Cernite, per pingues agros ut lilia fulgent!
Non ulli tamen his umquam incubuere labores,
Nec Solomona illum, cum regni diuitis aula
Afflueret, talis contexit gratia uestis.
Quod si pratorum fruticumque uirentia laeta
Ipse Deus uestit nostris obnoxia flammis,
Cur uobis potior non est fiducia patris?

---

*645 Naturale bonum terris commune placebit

631 facilem uictum M^1K_1BbN; facilis V_2 disquerite (disquerere *m. al.*) *M*, disquerere BK_1P 632 quam] q; K_1 *(m. 1) Mp* 633 haud P^1 dubitet V_1 *(m. 2)* quisque Mp^1B^1 uestri *Bb* 634 aereas Mp^1PHl, aeria *B* num *CP(?)N*, non *rell.* 635 soli *s. l.* R^2, *in ras.* K_2; terram umquam LB^1*(?)* 636 haut K_1, nec *Poelm. in mg.* segitum K_2T^1, segemitum *Bb* 637 prouenit M^1, proueniat K_2; prouenit attamen T^1 hiis *M* satietas *M*, saties TK_2 *(m. 2) HHl*, sacitas *L* 638 cordis RK_2MpPB 639 fuerit *coni. Areu.* 640 non sic ubi talia *plerique*, num sic cubitalia *coni. Areu.* Pectoribus si nunc habitam transire figuram *Poelm. in mg.* possunt M^1Hl *Poelm.* 641 hominis K_2 *(m. 1)*; per se nemo potest aut quicquam imponere membro *Poelm. in mg.* 642 fulgent] florent *ante eras. in C*, florent *M (d. se. m. al.) P* (ł fulgent *s. l.*) V_2*(?)* 643 nonnulli R^1M K_1K_2T, nulli *Mp* hi// quam *R* his *om. P* labores ligones *C*, labores (ł ligones *m. 2*) *RP*, ligones *M* (labores *add. m. al.*) K_1 *(s. l.* labores*)* K_2 *(ex corr.) L* 644 Solomona *C*, Salomona *rell.* illum] grauem *Poelm. in mg.* 645 afluerit K_1T^1, affluerit *Bb*, afflueret *rell.* uest$\overset{i}{e}$s K_1 *post* 645 Naturale bonum terris commune placebit $K_1TV_1V_2$, *add. in M (m. al.) Mp (in mg.)* 646 fructicumque K_1 *(m. 1) Mp*

Ergo cibum potum uestemque et inania cuncta
Gentibus infidis terrenam linquite curam.
Vos potius digne caelestia quaerite regna
Iustitiamque Dei — spontanea cetera current —,
Crastina nec uobis curetur copia rerum;
Quisque dies sibimet satis est pro fraude diurna.
  Iudicium uestrum fugiat damnatio saeua;
Nam Dominus uestri iuris documenta sequetur,
Quae uos in terris statuetis tempore capti:
Mensuram tibi, quam ponis, portare necesse est.
Cernis adhaerentem fistucam in lumine fratris,
Nec tamen in proprio tignum consistere sentis
Atque oculum prius alterius purgare laboras;
Deripe sed proprio fallax de lumine lignum,
Tunc minimam alterius curabis demere aristam.
Ne canibus sanctum dederitis neue uelitis
Turpiter inmundis iactare monilia porcis.
Namque illa in caeno pedibus subiecta iacebunt
Conuersique sues uasto uos uulnere rumpent.
  Poscenti dabitur, quaerens inuenta tenebit,
Pulsantique aditus foribus pandetur apertis.
Vos homines natis panem poscentibus omnes

---

*657 Haec eadem uobis genitor seruabit in aethra

667] cf. Verg. Aen. IX 580.

652 current surgent *C* 656 uestri iuris *CG*, iuris uestri *rell.* do$\overset{v}{c}$omenta *T*, documenta (cu *in ras.*) *M* 657 quaecumque *R*, quae uobis M^1V_2 *Poelm. in mg.* in tempore M^1 *post* 657 *uers.* 657* *legitur in* $RK_1LV_1V_2BbGHHl$, *in marg. add. in* MK_2MpP^2, *interpos. in* B^2T^2 658 quam] quod *Hl* p$\overset{e}{a}$nis *Hl* 659 DE FESTVCO IN OCVLO PATRIS *B* fisticam CM^1K_2TBb 660 properio P^1 lignum *ex* tignum *C*, dignum *M*, tegnum (*m. 1*) K_2T 662 diripe *RLMpB Poelm.*, eripe MK_1K_2TBbG *Poelm. in mg.* trabem *R* (ł tignum *m. 2*) V_1V_2, dignum *M* 663 tū *C* arestam R^1 664 nec RK_1PBG neue] ne *C* 665 immundis *C* 666 insceno *Hl* 667 conuerseque K_2T^1; conuersaeq; alii conuersisque canes *Poelm in mg.* suees *R* uasto u.] uastantes *Hl* 669 pandentur *M*, panditur (*m. 1*) K_2T 670 nos homines] quis uestrum K_2 (*m. 1*) *T*

Non lapidem dabitis piscemue petentibus anguem;
Vos, inquam, rigidi, quibus alte est insita cordis
Durities, uestris dabitis semper bona natis.
Indulgens hominum genitor bona mitia digne
Quam praestare magis gaudet poscentibus aequis!
Quae cupitis uobis hominum benefacta uenire,
Haec eadem uestro cunctis praestate fauore.
Haec legis summa est, hoc ius dixere profetae.
  Ite per angustam, iusti, super aethera portam.
Quam lata et spatiosa uia est, quae limite laeuo
Praeruptum conuoluit iter caligine mortis,
Innumeraeque illam penetrant per prona cateruae!
Vitalis uastis stipatur semita saxis,
Celsaque uix paucos ducit per scrupea uirtus.
At si quos nimium fallax inlexque malorum
Planities suasit deformi lubrica lapsu,
Adripit hos pronosque trahit uelut impetus amnis,
Aut alacer sonipes ruptis effrenus habenis,
Aut rectoris egens uentosa per aequora puppis.
  Obseruate illos, falso qui nomine uobis
Insidias faciunt appellanturque profetae.
Hos ouium species uestit, sed saeua luporum
Pectora fraude tegunt, lacerantque incauta trahentes

689] cf. Verg. Aen. VI 335.

672 regidi M^1, ridigi *P*   674 homini *Poelm. in mg.*   digne] donet *C; an* donet Quae?   676 cupitis *ex* cupidis *C*   679 DE ANGVSTA ET LATA VIA *B*   super ▨ aethera *C* (sidera *eras.*), supra (pra *in ras.*) sidera *M*, super aethera *RLB*², supra sidera *rell.*   680 quod *Poelm. in mg.*   682 penitrant M^1 683 strictis V_1 684 ducet $RK_1K_2V_1$ *BbG*   scropea *M et alii*   685 quos] nos *Hl*   686 plenities *R* labsu *C*   687 adripit B^1, abripit R^2ML; arreptos Mp^1, pronosque p̄cites *B* cē (uelut *s. l. m. al.*) *M*   amnes K_1K_2T 688 effrenos R^1 (-us *m. 2*), effrenis B^1L, efrenis *H*   abenis *C*, habens M^1P, abneis *L*   689 agens *L* pupis B^1P 690 ADTENDITE A FALSIS PROPHETIS *B*   et illos K_1 (*m. 1*)   nomina (*m. 1*) K_2T qui falso *Hl*   691 profetae *C* (*passim*) *T*   693 incautos M^1

Agmina cedentum, saeuus quos decipit error.
Fructibus e propriis noscuntur talia monstra;
Quemque petat finem fallax doctrina uidendum est.
Nam neque de tribulis ficus nec sentibus uuas
Prouenisse umquam ruris per terga notastis.
Utque arbor proprio uestitur germine pomi,
Sic dolus illorum fructu monstrante patescit.
  Non ego palpantum uerbis et honore mouebor,
Nec, me quod dominum praeblanda adolatio dicet,
Praemia caelestis capient spontanea sedis.
Illi sed merito gaudebunt munere regni,
Qui facient nostri genitoris iussa uolentes.
Adueniet mox summa dies, quae iure seuero
Praemia iustitiae tribuet scelerique gehennam.
Tunc mihi multorum clamabit talia fletus:
Nonne tuo quondam magnae sub nomine nobis
Virtutes sanctis domuerunt omnia iussis?
Saepe etiam nostra est uox adnumerata profetis
Seruiuitque tuo nobis sub nomine daemon.
Tunc iurabo illis, quod talis cognita numquam
Vita mihi est hominum, gestis quae sordet iniquis.
  Quisque meis monitis auresque et facta dicabit,
Hunc aequabo uiro solidis fundamina saxis

*696 Quapropter rerum molitio perspiciatur

706] cf. Verg. Aen. II 324, VII 145.

694 *om.* $M^1K_1K_2$ *(add. m. 2)* T^1Bb^1 edentum *C*, credentum RK_1 Mp^2TGH, credendum *L* sc*uus *Hl* 695 & M^1B^1, ex *N* noscantur *N* 696 quamque *Hl* est *om.* V_2 NON COLLIGVNT DE SPINIS VVAS *B* 696* *legitur in* CV_2 *(sed uncis inclusus) G, add.* K_1 *(m. 2)* $Mp^2P^2T^2Bb$ 697 nec] neq. *L* 698 notatis RM^1T 701 NON OMNIS QVI DICIT MIHI D͠NE D͠NE *B* 702 adolatio *optimi* 703 capient *C*, accipit B^1, capiat *Hl*, capiet *rell.* sedes K_2T^1 704 olli *Poelm. in mg.* munera M^1B^1 705 facient $CK_1K_2T^1PBb$, faciunt *rell.* uolenter *H* 706 saeuero *RMP* 707 gehennem Mp^1 708 clamauit CM^1 709 nobis sub nomine uirtus *Poelm.* 710 ạṛuẹṛuṇṭ domuerunt *C*, *fort.* uirtutes *(scil.* erant*)*, nostris paruerunt *etc.* iusis *M* Exstitit et nostris parebant *Poelm.* 714 gentis *L* 715 DOMVS SVPRA PETRAM FVNDATA *B* quis *M* 716 sasis Mp^1

Ponenti, librata super cui moenia surgent.
Illa domus pluuiis uentisque inlaesa manebit
Torrentumque minas firmato robore uincet,
Haerent inmotae quoniam fundamina petrae.
Qui uero auditu tantum mea iussa tenebit
Diuersisque procul factis per lubrica perget,
Hunc similem faciam, uolucri qui fulcit harena
Fundamenta domus; primo cui flamine uenti
Et pluuia infusis coepit cum incumbere riuis,
Omnis subuerso procumbit pondere moles
Insequiturque graui tectorum strage ruina.'
  Talia dicentem fixa admiratio plebis
Inmensum stupuit, quoniam transcenderat alte
Doctrinam ueterum Christo concessa potestas.
  Denique linquentem celsi fastigia montis
Stipabat gaudens populorum turba sequentum.
Ecce sed horrenda confixus uiscera tabe,
Quem toto obsessum foedarat corpore lepra,
Procubuit uenerans iuuenis Christumque precatur:
,Ut caream tandem languoris pondere tanti,
Sufficiet uoluisse tuum.' Tum dextera Christi

728] cf. Verg. Aen. IV 362.

717 ponentem *(m. 1)* K_2T, promenti *L;* p. domus *M* surgunt K_1 K_2 *(m. 2)* 719 uincent *Hl* 720 immotae *CR alii* immota—petro *P*, immoto—fundamine *Poelm. in mg.* 721 DOMVM SVPER ARENA *B* 722 diuersis *M* pergit CV_1 723 uolocri *P*, pulueri M^1 que *(m. 1)* K_1K_2 figit *ex* fulcit *C* 724 flamine $CK_1K_2MpTV_1V_2$, flamina *rell.* 725 infusis $CM^1Mp^1PV_1$, effusis *uel* efusis *rell.* coepere (cum *om.*) K_1K_2T 726 *in mg. add. Mp* omnes T^1 procumbet M^1B, procumbent *P* molis $RM^1K_1K_2LPT^1Bb$ 727 grauis *H Poelm.* tectorem *Hl* strange *(m. 1)* K_1 ruina *(sic)* *C* 728 dicentem] i *ex corr. Mp (cf. Matth. VII 29)*, dicenti K_1, dicente (i supra) K_2, dicente V_1 fixa magna *C*, fixa V_1, magna *rell.* 729 immensum *C* transcenderet B^1 732 st·ipabat (p *eras.*) *R* 733 horrida M^1 734 DE LEPROSO *B* totum *(m. 1)* K_2 foedauerat R^1M^1, f·ederat K_2 (auit *corr. m. 2*) *P*, fedauit K_1T^2Bb 735 procumbit M^1 precatur CRM^1 *alii*, precator (v supra) K_1 736 caream *CK (m. 1) T*, careat *rell.* tandem aliquando *B* langoris *(m. 1)* K_1K_2PT pondera M^1, ponderae *G* 737 sufficiat *Poelm.* dum M^1, tunc *R*

Adtactu solo purgauit lurida membra.
Incolumique dehinc: ,Celaris gaudia, iussit,
Et legi parens offers tua munera templo.
   Inde recedenti supplex se protinus offert
Centurio et precibus proiectus talibus orat:
,Inpubis pueri cruciatur spiritus aeger,
Cuius cuncta repens membrorum munia languor
Dissoluit uitamque tenet iam poena superstes.
Sed iussu miserere precor, nam tecta subire
Crimina nostra uetant uitae lucisque parentem.
Nunc uerbo satis est iubeas remeare salutem.
Subiectos mihi saepe uiros sic nostra potestas
Officiis uerbo iussis parere coegit.'
Dixerat. Ille uiri motus precibusque fideque
Talia conuersus populo dat dicta sequenti:
,Haut umquam talem memini me gentis auitae
Inuenisse fidem; sed ueris discite dictis,
Quod multos homines diuersis partibus orbis
Progenitos caeli regnum sublime uocabit
Cum patribus nostris uitali adcumbere mensae,
Progenies quorum caecis demersa tenebris
Dentibus horrendum stridens fletumque frequentans

738] cf. Ou. Met. XIV 747. 746] cf. Verg. Aen. VI 117. 750] cf. Ou. Met. I 385. 755] cf. Verg. Aen. XII 708. 759] cf. Verg. Aen. VI 288, Stat. Theb. VI 765.

738 a*tactu *(t eras.) R*, atactu *B*¹, adtactu *(m. 1)* K_2T lurida libida *C*, lu*rida K_1 739 incolomique *RMp*, incolome(i)que K_2T celaris *scripsi (cf. Matth. VIII 4* nemini dixeris*)*, caelare *CRM*, celaret *Poelm. in mg.*, celare K_2 (are *in ras.) rell.* haec gaudia *RM* (haec *m. al.)* K_2 *LMpPT*² *Poelm.* 740 offers tua *C*, offerret $RMpBV_1V_2G$, offerre *M*¹, offerri K_1BbH, offerit *T*¹, offerri** K_2. *fort.* offer tum templi *Hl* 741 recidenti *C*, recendente K_1 *(m. 1)*, recedente *Hl* aufert *Hl* 742 uenturo *Hl* proiectis (u) K_1 743 impubis *CB* puer *M*¹ spū (s *m. al.) M* 744 raepens *M*¹, tepens *Poelm. (cf. Sed. P. c. IV 287 H.)* languor *plerique cf. supra v. 736* 746 precor *RM alii* 747 parentam (e) K_2 748 uero *M*, uerba K_2T^1, uerbu (o) *Hl* iubeat (s) K_1 749 potes//tas *C* 750 parare *L* 751 mo*tus *P* 753 aut *CM* 754 uiris *C* 755 quam multos *Poelm.* 758 demersa *C*, *plerique* dimersa 759 gentibus *Hl* frequetas (n n) *Bb*

Perpetuis poenae cruciatibus acta subibit.
At tibi iam, iuuenis, mentis uirtute fidelis,
Ut credis, ueniet fructus cum luce salutis.'
Dixerat et dicto citius cum uoce loquentis
Ad puerum celeris transcurrunt munera uerbi,
Ingressusque domum miles properante recursu
Praeuenisse Dei laetatur dona medentis.
Aedes inde Petri sanctus penetrabat Iesus,
Cuius anhela socrus aestu febrique iacebat.
Utque illi dextram tetigit saluator Iesus,
Sana ministerium praebebat femina mensis.

*762 Quae cupis extimplo obtineas poscens sapienter

763] cf. Verg. Aen. I 142. 768] cf. Ou. Ex Pont. I 10, 5.

760 poenae CV_1, poenam *rell.* 761 ac *Hl Poelm.* tũ M^1 iuuenis lenis *C*, iuueni (s *a m. 2*) K_2T *post u. 762* obtenes quae cupis rogando sapienter extemplo (extimplo *M*) *CM*, quae cupis extimplo optineas poscens sapienter K_2 (*i. m. m. 2*) 763 *in mg. adscr.* Mp^2 loquentes *CP* 764 cęleris *R* percurrunt *Poelm. in mg.* 765 procurante *(?) H* cursu M^1 767 hedes *T*, sedes *Hl* penitrabat M^1 hiesus *C* 768 an*hela (c *eras.*) *M*, anela *LMp*, anaelo *P*, hanela *Hl* 769 atque *Hl* dext*ram (e *eras.*) MK_2 seruator V_1 SAPIENTISSIMI VIRI IVVENCI X͠PIANI EVANGELIORVM LIBER PRIMVS EXPLICIT *C*, EXPLICIT LIBER PRIMVS $RMLMpPV_1$, EXPLIC̄ LIBER PRIMVS GAI (VEI͠T) AQVILINI SIVE IVVENCI VERSVS EVANGELIORVM *B*, G. VETTI IVVENCI PRESBITERI EVANGELIORVM (*om.* K_1) LIBER PRIMVS K_1K_2TBb

LIBER SECUNDUS.

Iamque dies prono decedens lumine pontum
Inciderat, furuamque super nox caerula pallam
Sidereis pictam flammis per inane trahebat:
Cum multos homines mentis languore ruentes
Deuinctosque animam furibunda daemonis arte
Certantes populi caeca iam nocte ferebant.
Sed uerbum Christi tanto languore remoto
Omnibus indulgens praebebat munera patris.
Ecce sed exorta maior cum luce tumultus
Gratantis populi cum turbis; anxius ille
In mare ueliuolum celsam deducere iussit
Discipulis puppim. Precibus tum scriba profusis
Nauigio Sancti pariter poscebat abire.
Olli Christus ait: ,Quo me tu, scriba, sequeris?
Vulpibus in saltu rupes excisa latebras
Praebet, et aeriis auibus dat silua quietem;

2] cf. Stat. Theb. II 527, Silu. I 6, 85. 6] cf. Verg. Aen. II 397. 11] cf. Verg. Aen. I 224. 17] cf. Verg. Aen. XI 146.

INCIPIT LIBER SECVNDVS CALVETII AQVILINI Inde Philippus . . . cernes dubitare quiesce | et proprios huc saepe greges ad pocula duxit | Progrediens inde nā̊ oculis tueri licebit | ad hoc seruator talia dicta detulit *C (cf. II 109 et 264)*, INCIPIT LIBER *(om.* RK_1V_1*)* SECVNDVS $MRK_1K_2MpTPV_1Bb$, INCIPIT LIBER EIVSDEM *B* 1 decidens K_2 *(m. 1) T (cf. Thielmann, Archiv für lat. Lexic. II 710)* 2 incederat K_1K_2 *(m. 2) BbG* fuluamque *C*, furuamiam *PHl* super] iam R^1P, *s. l. M (m. al.)* B^2 4 langore *nonnulli* 5 deuictosque *M;* deuinctasque animas *C*, deuinctas animas *Poelm.* scelerata furibunda *C*, furibunda MpV_2, scelerata *rell.* 6 certantes CK_1 *(m. 1)* $K_2MpPTBbG$, certatim *rell.* populo *L* 8 patres *T* 9 extorta V_1, exortus *Poelm.* 11 multisonum uelibolum *C* 12 pupim MB^1 praecibus RM^1 *alii* 13 pariter sancti *Mp* habire *C* 14 olli] o *ex corr.* Mp^2, illi *Poelm. in mg.* scribe K_1 15 altum M^1 rupis RMp^2P exesa K_2 *(m. 1)*, excesa Bb^1, excissa MMp^1 latebras *C*, latebram *rell.* 16 aereis RB^1, a[illegible]ereis *Mp*, ethereis *GHl*

Ast hominis nato nullis succedere tectis
Est licitum: gentis sic sunt molimina uestrae.‘
  Tunc e discipulis unus sic ore rogabat:
‚Ultima defuncto debentur munera patri,
Sed spatium tribuat tua nobis, Sancte, uoluntas,
Ut liceat miseri genitoris condere corpus.‘
Christus ad haec: ‚Itiner melius comitabere nostrum
Et sine defunctis defunctos condere terrae.‘
  Conscendunt nauem uentoque inflata tumescunt
Vela suo, fluctuque uolat stridente carina.
Postquam altum tenuit puppis, consurgere in iras
Pontus et inmissis hinc inde tumescere uentis
Instat et ad caelum rabidos sustollere montes:
Et nunc mole ferit puppim nunc turbine proram,
Inlisosque super laterum tabulata receptant
Fluctus disiectoque aperitur terra profundo.
Interea in puppi somnum carpebat Iesus.
Illum discipuli pariter nautaeque pauentes
Euigilare rogant pontique pericula monstrant.

*29 Ventorum rabies mixtis hinc inde procellis
Instat et ad caelum rabidos sustollere montes
Pontus et abruptos tollit trans sidera montes

23] cf. Verg. Aen. VI 112. 24] cf. Verg. Aen. XII 893. 27] cf. Verg. Aen. III 192, Val. Flacc. I 672. 30] cf. Verg. Aen. I 115. 32] cf. Verg. Aen. I 107. 33] cf. Verg. Aen. IV 554.

18 sunt molimina intentio *C*, sunt m. *M (in ras. m. al.)* MpP^1V_1BH, est intentio $R^1K_1K_2LTV_2BbG$ *Poelm. in mg., cf. infra u. 308* 19 e] *s. l.* R^2 21 nobis tua $RMpV_1V_2B$; nobis tribuat tua *Hl* sancta *BLH* uoluntas potestas *C* 23 itener MV_2 *(m. 1)*, callem *Poelm. in mg.* 25 nauim *M (m. al.)* K_1 *(m. 2) N* inflante M^1, inflatu *(m. 1)* K_1 26 flataque Bb^1 27 consurgit CG^3 28 immisis *M*, inmessis P^1, inmensis $RK_1K_2LMpV_2GHl$ tumiscere *C* 29* Ventorum—montes *C Poelm. in mg.* 29 instat coepit *C*, cepit RK_2 *(m. al.)*, coepit *LMpBGHHl* rabidos $CR^1M^1K_1PV_2$, rapidos *rell.* montis *C* 30 mo$\overset{l}{r}$e *K* pumpim K_1, puppem *(m. 1)* K_2T 31 inliss* (i *eras.) M*, illis hosq; *Hl* lateram B^1 receptat *Poelm. in mg.* 32 fluct$\overset{u}{o}$s *H* dissectoque *Poelm. in mg.* 33 in] *s. l.* R^2 p$\overset{u}{o}$ppi K_2

Ille dehinc: ‚Quam nulla subest fiducia uobis!
Infidos animos timor inruit!‘ Inde procellis
Imperat et placidam sternit super aequora pacem.
Illi inter sese timidis miracula miscent
Conloquiis, quae tanta sibi et permissa potestas,
Quodue sit imperium, cui sic freta concita uentis
Erectaeque minis submittant colla procellae.
   Iam Gerasenorum steterat sub litore puppis;
Ecce sed egresso iuuenis — mirabile dictu —
Occurrit, miseram cui mentem spiritus ater
Inmunda inplebat lacerans uirtute furoris.
Illi grata domus tetris habitare sepulchris;
Nec poterat rapidum quisquam retinere furorem,
Fortia quin etiam rumpebat uincula ferri
Scindebatque graues ut lanea fila catenas.
Et iam conpedibus leuis insultare solutis
Ludus erat saxisque ferum concidere pectus.
Isque ubi pergentem Christum per litora uidit,
Cum clamore ruit longeque adcurrit adorans:
‚Regnantis semper Domini certissima proles,

38] cf. Verg. Aen. I 249. 39] cf. Verg. Ge. IV 174, Aen. VIII 452. 40] cf. Verg. Aen. IX 97. 43] cf. Verg. Aen. III 277. 44] cf. Verg. Ge. II 30. 49] cf. Verg. Aen. II 134. 53] cf. Verg. Aen. VI 684. 55] cf. Verg. Aen. VI 322.

36 parua *Poelm. in mg.* subest] sub *m. al. M* fiduciam *C* 37 infidosq; *N* irruit *R* 38 inpetrat *L* suber *M^1B^1* aecora *Mp* 39 timidi *T^2V_2* 40 quae tantanta *C*, qualis *M (m. al.)* sibi et *C*, sit ei *RMB*, sibi *LPV_1HHl*, fiet *MpK_1K_2 (i in ras. 2) BbG*, stet *T*, $\overset{a}{\text{sit}}$ ($\overset{a}{\text{it}}$ *a m. 2) V_2*, siet *coni. Korn*, fuat *olim conieci* 41 cui] cuic *Hl* 42 submittunt *K_2 (m. 2) Hl* procillae *C* 43 gerasinorum *MK_2 (m. 1) T^1*, Ierasenorum *V_1*, tam senorum *L* littora *C*, littore *R* 45 miserocui *V_1V_2* acer *M^1V_2* 46 inmundam horrenda *C*, horrenda *Poelm. in mg.* 47 taetris *R* saepulchris *M^1* 48 pote$\overset{t}{\text{r}}$apidum *C*, rabidum *$MR^1MpV_1V_2$ BGHHl* 49 fortia ▨ (ferrea *eras.) C*, ferrea *MpV_1 Poelm.* ferri membris *C*, membris *MpV_1 Poelm.* 50 sparges graues *C* lania *Bb*, linea *Poelm.* f$\overset{i}{\text{a}}$la *Bb* 51 cum pedibus *LBBb* soluto *Poelm.* 52 conscindere *M m. al.* 53 ibi *Poelm. in mg.* 54 rugit *M^1K_1 (m. 1) BbG* longeque] que *s. l. R^2* adcurrit *$RK_1K_2MpPTBBb$* 55 prolis *$R^1M^1K_1K_2TBb$*

Oramus, ne nos solitae regionis ab oris
Excutias longe tormentis excruciatos.
Nam nomen Legio est nobis multosque sub uno
Nomine consociat flatus uis sola nocendi.
Cernis, ut inmundi subigant haec pascua porci?
His saltem liceat rabiem satiare repulsam,
Per patris altithroni nomen sublime rogamus.'
Imperat his hominis mentem dimittere Christus
Porcorumque sinit gregibus finire furores.
Iamque hominis stupidum decusso daemone pectus
Insperata suae ueneratur dona salutis.
Et iam praecipites scopulorum margine porci
In mare coniecti properant disperdere uitas.
At uero e speculis miracula tanta pauentes
Diffugiunt urbisque ruunt ad tecta subulci
Et famam accendunt populosque ad litora cogunt.
Insanum uero iuuenem postquam resipisse
Credere cernentum populorum turba coacta est,
Orabant pauidi, regionem linqueret illam.
  Inde domum repedat terrarum lumen Iesus.
Ecce reuertenti iuuenis torpentia membra,
Officium quorum morbus dissoluerat aeger,

62] cf. Verg. Ecl. IX 27, Ouid. Trist. IV 10, 121. 66] cf. Val. Flacc. II 488. 71] cf. Verg. Aen. IV 289.

trudas
56 hos *C* solita *Bb;* solitae ne nos *Poelm.* horis M^1 57 excutias
ruorant
Hl, extrudas MpV_1, excruciandos M^1 60 immundi *C* subigant *T* 61 saltim *RM alii* rapiem *C* 62 altitroni *RP* 63 hiis *MMp* 64 furoris *C* 65 namque *Hl* homini M^1 decusso *CH(?),* discuso *M,* discusso *rell.* 66 inspirata $R^1M^1Mp^1$ 67 iamque *M* *scopulorum *M* 68 disiecti *RTG,* deiecti $MK_1K_2MpPBBbH$ uitam *L Poelm. in mg.*
u
69 ut *Hl* e] *om.* MT^1 scopulis *Mp* 70 difugiunt *M* querunt *B* *uulci M^1 71 fama *Hl* incendunt $M^1K_1PTBBbGH$, spargunt *Poelm.,* intendunt *in mg.* populosque] que *om. Hl* 72 insanum iuuenem postquam resipisse uidebant *Poelm.* resipisset *C* 75 repetat R^1 76 reuertenti* *(s eras.) M* iuuenem *C, fort.* iuuenem, torpentia m. turpentia *C,* torrentia T^1 77 morbos M^1 aeger CRV_1T, *om.* Bb^1, acer *rell.*

Ante pedes Christi lecto posuere cubantem.
Quem miserans animo uerbis conpellat Iesus:
,Adsit certa tuae, iuuenis, constantia menti,
Nam tibi praeteritus uitae donabitur error.'
Hoc dictum scribae mentis per operta malignae
Carpebant, quod uerba Dei uirtute ferenda
Protulerat. Christus sed pectora talia cernens,
,Hoc, inquit, uerbum scribarum dicta retractant.
Quod quanto leuius fuerit dixisse sequentis
Et dicti et facti pariter uirtute probabunt,
Et mihi concessum peccata remittere cernent.
Quapropter iuuenis, firmato corporis usu
Surge uigens stratumque tuum sub tecta referto.'
Surrexit lectumque umeris iam fortibus aptat,
Per mediumque uigens populi mirantis abibat.
Tunc timor et laudes Domini per pectora plebis
Concelebrata simul miracula laeta frequentant.
Progrediens tunc inde ad uectigalia uidit
Consessu in medio Matthaeum; protinus ergo
Discipulis haerere iubet. Nihil ille recusans
Imperio Christi paret gaudetque secutus.
Inde iter ingrediens simili sermone Philippum
Hortatur comitemque suis adsciuit amicis.
Ille ubi cognouit Christi uiresque uiamque,
Ut primum iusto concurrit Nathanaheli,

78 a. p. ponunt tepido recubantia lecto *Poelm. in mg., cf. etiam Gruneri edit. Sedul. ad u. III 93* 79 compellat *MMp* 82 $\overset{o}{\text{hic}}$ K_1 83 uerenda *Sabatierus* 84 Christus C^1M^3MpB, s͠cs *rell.* 85 inquid *CM alii* $\overset{i}{\text{uerbo}}$ *Hl* 86 quantum facile *Poelm. in mg.* sequentes *T* 87 facti et dicti *Hl* probabo *Poelm.* 88 peccata// *(& eras.?)* K_1 cernunt V_2 *(m. 1)* H^1, $\overset{un}{\text{cernit}}$ *B;* ut *(pro* et*)*—cernant *Poelm. in mg.* 90 $\overset{g}{\text{uies}}$ *M* referto *C* (ł reporta *m. 2)* M^1MpP*(?)* 91 umeris *C*, humeris *rell.* 93 laudis M^1 94 laeti *N* 96 concessu *CB*, consensu MK_1 *(m. 1)*, consensum R^1, consessum *PHl*, consessu *rell.* Matheum *C cum aliis* 97 heres *L* nihil $CRPT^1BbHl$, nil *rell.* recusa*t *(n eras.) C*, recussaus *M* 98 paret] pauper Bb^1 sequutus *MBHl* 102 et R^1V_2 *Poelm.* cucurrit *M* Nathanaeli *C*

,En nostris, inquit, concessum est surgere saeclis,
Quem uoces ueterum et sancti cecinere profetae.
Hunc genuit ueniens Dauidis origine Ioseph,
Nazara cui felix patria est et nomen Iesus.'
Ille refert: ,Genuit quicquam si Nazara, miror,
Quod dignum tantis umquam uirtutibus esset.'
Inde Philippus ait: ,Cernes, dubitare quiesce.'
Illum ubi tendentem longe respexit Iesus:
,Vir uenit huc, inquit, cui pectora nescia falsi
Virtutem puram seruant sine fraude maligna.'
Ille sub haec: ,Ubinam uel quo me tempore nosti?'
Cui Dominus dicta haec diuino pectore promit:
,Cum te diffusae tegerent umbracula ficus,
Ante etiam quam te uocitarent uerba Philippi,
Vidit et elegit comitem te spiritus auctor.'
Talibus attoniti sequitur uox Nathanahelis:
,Progenies ueneranda Dei, rex inclite gentis,
Tu populis manifesta salus uitaeque magister.'
Christus ad haec: ,Facilis suasit tibi credere uirtus,
Arborea quod te uidi recubare sub umbra;

---

*109 Progrediensque uide nam oculis tueri licebit

103 In V_1, et V_2 *Poelm. in mg.* inquid *CBT alii* est] *om. MBb* surgere uisere *C*, uisere R^2 *(s. l.) PHlN Poelm.*, uiscere *P cf. u. 181* saeclis] sedes R^1 104 quae uoces V_2 105 dabitis *L;* origine dauidis *M* Iosep BK_1Mp, uirgo *Poelm.* 106 ihs̃ *plerique* 107 minor *MH* 109 inde] olli MT^1Bb cernis CV_1 *(m. 2)* V_2, cernes $MpPV_1B^1$ *Poelm. in mg.*, cernens *rell.* quis esset *M*, quiesces K_1T^1, quiescis *Bb;* cernens noli dubitare *Poelm.* 109* *deest in RG, add. in* CK_1MpT, *post u. 109 legitur in* $MLPV_1V_2BBb$; que] *om.* $CMLK_1B^1BbH$ namque *L* tuere *CPB*, spectare *editt.* 110 longe ihs̃ *M* 111 uere ait *Poelm. in mg.* inquid *CMpG* nescia pectora *RH* falsi] fellis *Poelm. in mg.* 112 seruans *R* maligna nocendi *C*, nocendi *Mp*, maligne K_1T, maligni *Poelm. in mg.* 114 cui] tunc *Mp* 115 te iam *B* diffusa V_1V_2, difusae K_1, difuse B^1 uerbum *(m. 1)* K_1 117 eliget *C* comitantem *Hl* autor *M* 118 Nathanielis *C* 120 populi K_2V_2BbHl manifesta terraeque *C*, manifesta K_1Mp, terraeque *rell.* 121 ad haec *s. l.* K_2T 122 quid P^1 recumbere $B^1K_1T^1$, cubare Mp^1

Sed maiora dehinc rerum miracula restant.
Cernetis pariter totum se scindere caelum
Atque Dei celeres aethram penetrare ministros,
Inde hominis nato claram deferre coronam.'
  Interea thalamis conubia festa parabant
In regione Chanan, ubi clari mater Iesu
Nato cum pariter conuiuia concelebrabat.
Vina sed interea conuiuis deficiebant.
Tum mater Christum per talia dicta precatur:
,Cernis, laetitiae iam defecisse liquorem?
Adsint, nate, bonis ex te data munera mensis.'
Olli respondit terrarum gloria Christus:
,Festinas, genetrix; nondum me talia cogit
Ad uictus hominum tempus concedere dona.'
Mensarum tunc inde uocat laetata ministros
Mater et imperiis nati parere iubebat.
Sex illic fuerant saxis praepulchra cauatis
Vascula, quae ternis aperirent ilia metretris
Haec iubet e fontis gremio conplere ministros.
Praeceptis parent iuuenes undasque coronant
Conpletis labiis lapidum; tum spuma per oras

123] cf. Verg. Ecl. I 1, Ou. Met. X 129, Calp. Ecl. IV 37. 124] cf. Verg. Ge. IV 441. 125] cf. Verg. Aen. I 587. 135] cf. Verg. Aen. XII 18. 143] cf. Verg. Aen. II 607, I 724.

124 cernitis] M^1K_2 *(m. 1)* T^1V_2 totum pariter ūbra *L* conscendere (se *a m. 2*) *Mp* 125 caeleres *RM*, celeris V_2 aetheram $R^1K_1K_2Mp$, aeternam *M*, aethrem T^1, aetram *alii* penitrare *M* 126 defferre *M* corona *Mp* 127 parabas *L* 128 chanaan RK_2T, chanã *M*, chanam *Mp* clara $R^1M^1MpT^1$ iesu* (s *eras.*) *T*, ihesu *Bb*, ihu *plerique* 129 conpariter V_1LHl comuiuia *M* concelebrabant *CLN*, caelebrat *M*, concelebrantbat *H* 130 conuiis *Bb* deficere f*rte (o *eras.*) *M*, defecere K_2 *(m. 1)* Mp^1Bb^1 131 tunc $RLMpPV_1V_2Hl$ uerba *Hl* 132 deficisse CK_1T, difficise *M* liquorum CM^1*(?)* 133 assint *C*, et sint *Hl* 134 illi *Hl* respondebit L^1 135 festina P^1 genitrex *M* 136 concidere *C* 137 laeta uocat *M* 138 et] *om.* *M* 140 ternis quae *M*, quaternis *L* ilia] = ilja, illa K_2LTBb, illia V_1V_2 metretis LT^1Bb, m&ri** (s *sup.*) K_2, metris *rell.* *cf. Wiener Stud. l. c. p. 107* 141 effontis *P* conplere *C* ministris *C* 143 lapidum labiis *Poelm.* dum K_1Bb spuma: (s *eras.*) *M*

Conmixtas undis auras ad summa uolutat.
Hinc iubet, ut summo tradant gustanda ministro.
Ille ubi percepit uenerandi dona saporis
Nescius, in uini gratum transisse liquorem
Egestas nuper puris de fontibus undas,
Increpat ignarum sponsum, quod pulchra reseruans
Deteriora prius per mensas uina dedisset.
His signis digne credentum discipulorum
Perpetuam stabili firmauit robore mentem.
  Inde ubi Iudaeis aderant sollemnia paschae,
Ad Solymos direxit iter temploque subibat.
Repperit hic populum uenalia multa locantem:
Pars uendebat oues, pars corpora magna iuuencum,
Pars inhians nummis arti numerare uacabat.
Restibus hic Christus conectit uerbera flagri
Et tales populos sancta proturbat ab aede,
Et mensas uertens aeris profundit aceruos
Et superincrepitans: ‚Procul haec auferte profani,
Ut meus hic genitor, non sordida lucra colantur.‘
  Tum poscens signum plebes Iudaea fremebat,
Quo fidens animos in talia facta leuaret.
Ventura obscuris tunc Christus talia miscet:

145] cf. Verg. Ge. IV 499 s. 149] cf. Culex 146. 153] cf. Ciris 43. 157] cf. Verg. Aen. XI 811. 162] cf. Verg. Aen. VI 258.

144 undas *(m. 1)* K_2T aurasque MpV_1BBb, aures *L* 145 tradent *(m. 1)* K_1 ministra *M*, magistro K_2 (ag *in ras. m. 2)* 147 ligorem *C* 148 nuperis T^1 149 ignarus *C* quid *Poelm.* 152 robure *M* 153 Iudeis *C cum aliis* adherant K_1H 154 solimos CMK_1P deflexit *R Mp (ex corr.)* V_1V_2 templumque *Mp Poelm. in mg.* subibaṇt *Bb* 155 reperiit M^1 hiic M^1 156 uindebat *C*, scindebat T^1 157 *in mg. add.* K_1 inhinians *T* arti] *Areu. coni.*, partim *Mp*, arte: *T*, arte M^2G, artem *rell.* uocabat K_2T^1; mensas onerauerat aere *editt. pler.* 158 quonectit *L* flagris *C*, flagellis (flagris above) *N* 159 perturbat RT^1 ẹdae *CR* 160 ac *R* mensas se *Mp* profudit CB^2 161 tum super V_2 proferte P^1 162 et *C* colantur $C^1M^1K_2T^1V_2Bb^2$ *(m. 1)* *G*, colatur *rell.* 163 tum *CR*, tunc *rell.* plebis M^1T 164 quod K_2 *(m. 1)* *PT* animas *C* 165 tum RK_1K_2L *PTGH* tempora miscet V_1

,Soluite pollutis manibus uenerabile templum
Hoc, ego restituam, cum tertia lumina solis
Incipient rutilam terris infundere lucem.'
Illi inter sese tractantes murmure caeco:
,Hoc, aiunt, uix sex et quadraginta per annos
Constructum ueteris regni molimine templum
Tu poteris tribus in spatiis renouare dierum?'
Hoc uerbum quondam post tempora debita digni
Cognouere uiri, proprio de corpore Christum
Delubrum dixisse Dei. Sed signa uidentes
Tum multi cepere fidem Sanctumque secuti.
  Nocte sub obscura celso sublatus honore
Primorum procerum Iudaei nominis unus
Venit et ad Christum submissa uoce profatur:
,Haut dubium est, quod larga Dei te, Sancte, uoluntas
Humanis lucem concessit surgere rebus;
Nec quisquam tantis tribuet miracula signis,
Ni comitata Dei iubeat splendescere uirtus.'
Christus ad haec: ,Iteris iusti si culmina quaeris,
Nullus ad excelsum poterit conscendere regnum,
Reddita ni penetret nascendi exordia rursus
Atque nouam capiat diuino munere uitam.'
Ille autem tantis stupefactus corda loquellis:
,Hoc, inquit, nostrae non est conprendere mentis.

166] cf. Ou. Ex Pont. III 3, 91. 167] cf. Verg. Aen. VI 255. 168] cf. Ou. Met. I 364. 169] cf. Verg. Aen. XII 591. 171] cf. Verg. Aen. III 84. 177] cf. Verg. Ge. I 478. 179] cf. Ou. Met. VII 90.

168 incipiant *MK₂LT¹BGHl* rutilem *Hl* lumen *Poelm. in mg.* 169 hoc inter *Poelm. in mg.* murmore *R¹B¹* 172 tu* (m *eras.) M* in] *om. MMpB¹* reuocare *P* tu poterisne trium spatio *Poelm.* 173 uerbum g***ncis quondam tempore debito *M* pos *L* 174 *in mg. add. Mp* 176 coepere *R* sequti *M* 177 DE NICODIMO PRINCIPE SACERDOTVM *L* obscurum *(m. 1)* K_2 178 numinis *M* 179 summissa *R* 180 aut *R* 182 tribuet *C*, tribuat *R¹* (-it *m. 2)* V_1V_2, cogeret *M*, ageret *L*, tribuit *rell.* signis rebus *C* 183 splendiscere *C* uirtus] *in ras.* K_2T 186 credita *Mp* penitret *MBb* 187 numine *M*, numere K_1 *(m. 1)* 188 corde *RMp¹P* loquillis K_2 *(m. 1) T* 189 inquid *C* non est nostrae *P* comprehindere *C*, comprendere *M*, conprehendere *plerique*

Quis poterit coeptae reuocare exordia uitae?
An rursus senior matris conreptet in aluum
Ut nouus in lucem ueniat uitamque reuoluat?'
Ille sub haec: ,Liquido si quis de fonte renatus
Et flatu sancto rudibus consistere membris
Coeperit, aetheriam liber conscendet in aulam.
Terrenum corpus terreno corpore natum est,
Spiritus haut aliter similem generat sibi flatum.
Spiritus hic Deus est, cui parent omnia mundi.
Hic, ubi uult, quocumque uolat uocemque per auras
Iactat, sed nescis, quae sint exordia uocis,
Quamque petant eius currentia flamina partem.
Quisque igitur iustae repetit primordia uitae,
Hunc similem sancti flatus reuirescere certum est.'
Et Iudaeus ad haec: ,Nil horum cernere possum.'
Talia tum Christus: ,Solymorum magne magister,
Tune etiam mentem uitae de lumine raptam
Demergis praeceps furuis, miserande, tenebris,
Nec potes obtunso conprendere talia sensu?
Ecce fides nulla est, tantum terrestria dixi!

*205 Israhelitarum sublimis gloria gentis

190] cf. Verg. Aen. VII 40. 199] cf. Verg. Aen. II 768. 205*] cf. Verg. Aen. VI 767.

191 aū *M*, aut K_1K_2*TBb* conreptet R^1, correpet *Poelm. in mg.* 192 et *M* uitam lucem *M* resoluat *C*, resumat *R*, reuoluat *M* (s *s.* u_1) K_2*(?)* *Mp*V_1, reuoluet *Bb* 195 aethereäm *M* conscenderet *CB*, conscendit *LN* aulam] altum *Hl* 197 aut *C*, haud *R* 198 rerum *P* (ł mundi) 199 ubi] *om.* CM^1K_2 *(m. 1)* *T*, cum *Poelm. in mg.* uolens *C* quacunque *B* aures *Hl* 200 nescit *Hl* exsordia *Hl* 201 que] *s. l.* Bb^2 flumina T^1, flammmina K_1 *in mg. legitur uers. H* 202 iuste *R* 203 reuirescere *Cant.*, reuiuescere CMp^1, reuiscere *M*, reuisuescere V_1, reuiuiscere *rell. cf. Wiener Stud. l. c. p. 110* 204 nihil PT^1Bb posum *M* 205 tunc *RMp* solimorum *C cum aliis* magni *(m. 1)* K_2T 205* *CR*, *in mg. add.* $MT^2V_2Bb^2Hl$, *om. Cant. cf. I 207* 207 dimergis *R*, demerges K_2T^1 mirandae *in mg. add. in M* 208 potes∗ (t *eras.*) K_1 conprehendere $K_1K_2PTB^1Bb$, deprehendere *Hl* 209 dixi∗ (t *eras.*) *B*

Quid, si caelestes uires conscendere sermo
Coeperit et superas rerum conprendere formas?
Quis uestrum duram poterit mihi pandere mentem?
Accipite ergo, nouis quae sit sententia rebus.
Sidereum nullus poterit conscendere caelum,
Ni solus, qui missus caeli uenit ab aula,
Idem hominis natus, caeli qui in sede moratur.
Ut serpens olim regionibus in desertis
Moysei manibus summo sublatus honore est,
Sic hominis natum tolli in sublime necesse est,
Ut, quicumque fidem mentis penetralibus altis
Illius ad nomen statuit, sub turbine saecli
Proculcet pedibus letum et trans sidera surgens
Sublimis capiat donum inuiolabile uitae.
Namque Deus mundum tanto dilexit amore,
Eius ut in terras discenderet unica proles
Credentes Domino uitae iunctura perenni.
Nec Deus hunc natum disquirere iure seuero
Iudicioue truci terras expendere misit,
Mitia sed populis ueniant ut munera uitae.

211] cf. Verg. Aen. VI 626. 213] cf. Verg. Aen. III 250, XI 314. 217] cf. Verg. Aen. IV 42. 219] cf. Verg. Aen. X 144. 220] cf. Stat. Silu. III 5, 56. 222] cf. Ou. Met. XII 374. 224] cf. Verg. Aen. I 344.

210 seręmo *R* 211 conprehendere $K_1K_2MpPTBb$ 213 accipe V_2L^1 215 nisi V_1V_2BHN qui missus caeli *C*, missus qui u. *H* caeli qui uenit ab aula missus *M*, caeli qui uenit missus a. a. *LPB* (missus in *ras. m. 2)* 217 olim R^2 *in ras.* regionibus olim *L* in desertis regionibus olim *BPGH*, desertis in regionibus olim *Mp* in deser^tis^ (in *m. 2) R*, inque desertis $K_1K_2T^1Bb^2$ olim uastae regionis in oris *Poelm.* 218 Moseįi *C*, Moysei $MLMpK_2$, Mosei *RPBH*, Mosey *Bb*, moseis *Poelm.*, moysi *G Poelm. in mg.* 220 penetrabilibus $R^1MpP^1V_2$, penitralibus *M* 221 nomen CMK_2 *(m. 1)* T^1, numen *rell.* statuet RLV_1HHl 222 proculcule& *M*, conculcet *Poelm. in mg.* loetum *plerique* 223 captat K_2T^1 inuiobile R^1, inreuocabile *M* 224 nam dominus mundum V_2, nam d. hunc *Hl* amo**re (ro *eras.) R* 225 terra *MHl* discenderet *M*, ascenderet K_1 *(m. 1)*, descenderet *rell.* prolis T^1 226 dono *C*, dominum V_2Hl perendi *(sic) M* credas ut domino uita uicturae perenni *G* 229 populis sẹụ K_2, p. eu T^1

Namque ubi certa fides fuerit conplexa salutem
Non erit ulla illic anceps agitatio iuris.
Ast ubi dona procul fuerint exclusa medellae,
Iam propria ipsorum mentem damnatio torquet;
Unica nam Domini fuit his incognita proles.
Aduentum lucis miseri fugere superbi
Et magis amplexi caecas tenuere tenebras.
Sic quicumque malis mentem maculauerit actis,
In tenebras pauidus refugit, ne lumine claro
Sordida pollutae pateant contagia mentis.
At quicumque piae tenuit uestigia uitae,
Ad medium properat lucemque nitescere gaudet,
Splendeat ut claris uirtutis gloria factis.‘
Inde Galilaeam repetit seruator Iesus.
Praeteriens sed forte venit Samaritida Sichen.
Illic fundus erat, Iacob de nomine pollens,
Et puteus gelido demersus in abdita fonte.
Sederat hic rapido saluator anhelus in aestu,
Discipulique escas mercantes moenibus urbis
Passim dispersi solum liquere magistrum.
Moenibus egrediens Samaritis femina uenit
Hauritura cauis putei penetralibus undas.

236] cf. Verg. Aen. III 232. 246] cf. Verg. Ecl. X 42. 248] cf. Verg. Aen. XII 116.

230 foerit B^1 complexa *RMB*, conpleta *Hl* 231 $\overset{i}{\text{erat}}$ K_1 233 iamque *M*, tunc *Hl* propriam *HlN* dominatio *M* 234 namque Bb^1 prolis K_1K_2 235 fugire CK_2T^1 superui *C*, supernae *Poelm.*, superbe *coni. Koenigius* 236 tenebras *CMp* 238 in *C*, ad *rell.* 241 $\overset{\text{in}}{\text{ad}}$medium *L*, in m. *Poelm. in mg.* 243 DE MVLIERE SAMARITANE *L* Galileam *plerique* petiit V_1Hl seruator $CK_1K_2MpTV_1$, saluator *rell.* 244 Samaritida (a_2 *in ras.*) Sichen *C*, Sichae $RMMpV_1$, sychem K_2, sichem LV_2, sychen K_1PTBb 245 Iacobi RMK_1 (i *in ras.*) V_2Bb de nomine *CLMpPB*, nomine MK_2T^1Bb, cognomine *R* 246 at *C* gelidus (*m. 1*) K_1 dimersus $RLPB^1GH$ 247 rabido MK_1 (*m. 2*) saluator C^1R^2N, seruator *rell.* anhellus MB^1, sanhelis (*m. 1*) K_1 estus T^1, e$\overset{s}{*}$tu *Mp* 248 discipulisque *Mp*, discipuli (*m. 1*) K_2 249 sparsim *L* linquere *C* 250 Samarites *M* faemina *M* 251 hauritura (ha *in ras.*) *B*, extractura *Poelm. in mg.* canis *L* penetrabilibus B^1T^1, penitralibus K_2

Olli Christus ait: ‚Laticis da, femina, potum.'
Respondens mulier: ‚Mirum mihi praecipis, inquit,
Ut tibi Iudaeo mulier Samaritica potum
Dispernens ueterum Samaritum iussa ministrem.'
Tum seruator ait: ‚Domini si munera nosses,
Et quis te sitiens putealia pocula poscat,
Tu potius peteres, uiuam tibi traderet undam.'
Illa sub haec: ‚Puteus gremium sinuatur in altum,
Urceus est nullus nec sunt tibi uincula funis;
Unde igitur poteris undam mihi tradere uiuam?
Num tu maior eris nostri uirtute parentis?
Hunc Iacob etenim puteum cum prole bibebat,
Et proprios huc saepe greges ad pocula duxit.'
Olli respondit mundi regnator Iesus:
‚Ex ista plene nullus satiabitur unda,
Nam rursus sitiet; sed nostri dona liquoris
Ardorem excludent aeterna in saecla bibendi.
Dulcia prouenient nostri cui pocula fontis,
Largior inde fluet uitalis gratia fluctus.
Sed desiderium nostrae si te capit undae,
Excitus ueniat tecum mox urbe maritus.'
Coniugio sese mulier negat esse reuinctam.

252* Illam deposcit potum sibi tradere Christus

264] cf. Verg. Ecl. VIII 28. 265] cf. Verg. Aen. XII 18.

252 *exhibet C (*de *pro* da*) Poelm.;* Rom. *(ap. Areu.):* Sic olim Christus l. d. f. p.; *post u. 252 legitur in C 252*, qui uersus in codd. omn. praeter T adest, cf. infra u. 279; ordine inuerso u. 252/3 leguntur in* V_1V_2 253 respondit *ML* inquid K_2T, inquidt *Bb* 254 samaritidca *C*, samaritida K_1LPV_2BGH *Poelm. in mg.* 256 saluator *BHHl* 257 putualia *R*, potalia *ML*, putialia P^1 258 peteris *T* tradier *R*, tradere $K_2V_1V_2$ T^2Bb 261 unda *C* mihi poteris undam *M*, p. mihi undam *L* 263 iacob; *(sic)* enim *C* puteo etenim Iacob *Mp*, puteum iacob semper *Hl* etenim *(& a m. 2)* K_2T hoc—puteo *MBH Poelm. in mg.* 264 dixit *LB* 265 ad haec seruator talia dicta detulit *M (uersus genuinus in mg. add.)* olli] o *in ras.* K_2 266 planae *M*, plane V_1, ad plenum *Mat.* saturabitur *M* 267 sitia B^1 270 fluitur B^1, fluit K_1K_2TBb 271 dissiderium *M* si] *om. M* capet *CM*, $\overset{e}{\text{capit}}$ K_1 273 coiugio *M* deuinctam *M*

Tunc sic prosequitur mentis perspector Iesus:
,Femina, ueridicis loqueris de coniuge uerbis.
Nam tu conubiis nexa es iam quinque uirorum,
Nunc aliena super thalamorum uincula tollis.'
Tum mulier: ,Sanctum te certum est esse profetam.
Sed nostri istius uenerandum montis in arce
Praeceptum nobis quondam liquere parentes,
At uos in Solymis orandum dicitis oris.'
Talia dicenti mox talia reddit Iesus:
,En aderit tempus, montis cum uertice uestri
Omnibus et Solymis aberit ueneratio longe.
Sed nunc certa salus Iudaeis surget ab oris,
Et nunc instantis cursus iam temporis urget,
Cum ueri sanctum genitorem errore remoto
Cultores iustis armati legibus orent.
Spiritus his ac plena fides erit et pater altus
Talia conquirit cultorum pectora terris.'
Illa dehinc: ,Scimus, quod Christus nuntius orbi
Aduentu proprio uitalia saecula pandet.'
Et tum peccantis largus miserator Iesus
Se lumen terris Christum uenisse fatetur.
Et iam discipuli reduces stupuere magistrum,

289* Spiritus atque fides aderit simul et pater altus

282] cf. Verg. Aen. IV 362. 283] cf. Verg. Aen. VII 674.

274 tum K_1K_2LMpT *rec.* 275 uiridicis *CR,* ueredicis *(m. 1)* K_1K_2 276 cunubiis *M* nexas Bb^1 uiuorum V_1 277 talamorum *R* uincla *M* 278 tunc *Hl* profetam *C,* prophaetam *R* *post u. 279 add. m. 2 in* K_2 illi xps ait laticis da femina potum *cf. supra u. 252* 279 uenerandi R^1LMp^2B 280 quondam nobis *B* 281 e Solimis *R* 282 reddidit MK_2 285 surget CMB^1Bb, uenit MpV_1Hl, surgit *rell.* 286 stantis *M* tempus *L* urguet K_1MpLBb 287 ueri *om. M;* uerum sancti *Mp* 288 cultoris K_2T^1 iustis samarites *C* 289* *legitur in C (scriptura diuersa), (om. u. 289) in Mp Matr.* 290 conquir& R^1V_2 291 qua *ex* quod M^2 292 saecla K_1 *(m. 1)* pandent K_2 *(m. 1)* 293 tunc *RPBbHl* peccantis *C,* praecantum *M (in mg.* peccantum*),* peccatum *P,* peccat*u *Mp,* peccantum *rell.* 294 christus *C* MIRABANTVR QVOD CVM MVLIERE LOQVEBATVR *L* sese *M* 295 discipoli *C*

Quod secreta illis potiretur femina uerbis.
At properans urnam mulier pro fonte reliquit
Et populum totis eduxit moenibus urbis.
Omnia nam memorat, sibimet sermone profetae
Gesserat ipsa prius quaecumque, ex ordine dicta.
Tum propere Christum fusae petiere cateruae.
Discipuli interea rogitabant, sumeret escas.
Ille satis sibi pulchrorum superesse ciborum
Respondit. Sed tum mirantum discipulorum
Inter se occultis currebat sermo loquellis:
,Forte aliquis prior hic epulas dedit ante magistro,
Nostras ut merito satiatus respuat escas.'
Ille sed internae cernens molimina mentis:
,Hae mihi sunt epulae, pectus satiabitur istud,
Si faciam magni genitoris iussa per orbem.
Quattuor hinc menses laetae ad primordia messis
Frugiferae aestati certe superesse putatis.
Erigite ergo oculos, albentes cernite campos,
Cunctaque maturam iam rura exposcere messem.
Nunc quicumque metet, pulchri mercede laboris
Vitalique dehinc gaudebit fruge redundans
Et sator accipiet messorum gaudia laetus.
Vos ego nunc misi grauidam succidere messem,
Quae non est uestro sulcis inserta labore.

313] cf. Verg. Aen. XII 36. 315] cf. Ou. Fast. VI 661, Lucan. V 331. 318] cf. Ou. Met. VIII 781.

296 illi *C*, illius $R^1M^1K_1Mp^1V_2Bb$, ullis *P* poteretur L^2K_2 *(m. 1)* 297 ad $R^1M^1K_2G$ prope $MLPV_1Hl$ fontẽ *M* relinquit M^1; *uersus in mg. adscr. in Mp* 298 totum *ML*, notis *Hl* 299 namque *M* profetae *CT* 300 ipsa prius] ipsius *Hl* *uersus in mg. add.* P^2 301 tunc *MpB* properat K_2P fu*sę *MB*, fulsę *L* petere *CMB*, petire K_1 302 rogabant *M*, cogitabant B^1 sumere *B* aescas *M (passim)* 306 prior *(a m. 1 om.)* K_2T 308 interno *P* 309 haec *Hl* aepulae *CR* 310 DE MATVRIS MESSIBVS *L* 311 hic $K_2LT^1V_2$ mensis *RBbN*, messis *ex corr.* BK_1 312 aestati CR^2G, aestatis *rell.* *u. 313 in mg.* $M^2K_2T^2$ eregite *C* 314 exposcire T^1 messe *Mp* 315 metit LP^2BH mercide CM^1 labor$\overset{i}{e}$s *T* 316 uitalisque *Hl* h$\overset{red}{ab}$undans *M*, potitus *Mp* 318 ergo *R* succedere R^1P^1 319 laborem R^1

Vos aliena bonae ditabunt munera frugis.'
Talibus adloquiis comitum dum pectora conplet,
Ecce Samaritum populi uenere rogantes
Exorantque illic geminos expendere soles.
Iamque fides multos plebis fundauerat alta;
Nec iam femineis tantum concredere uerbis
Ipsos, sed coram uirtus manifesta docebat,
Venisset saecli quod iam seruator Iesus.
  Iamque Galilaeam remeauerat in regionem,
Quondam ubi fontanas uino mutauerat undas.
Regius hic iuuenis, cui natum morbus anhelo
Ardore extremis uitae torrebat in oris,
Conperit ut Christum certo remeasse recursu,
Aduolat et precibus subolis pro sorte profusis
Orabat, celeris deposcens dona salutis,
Ne prius ad letum natus traheretur acerbum.
Christus ad haec: ,Signis nisi suadeat omnia uirtus,
Non erit ulla fides; sed perge et sospite uita
Aedibus in uestris dulcem conplectere natum.'
His uerbis fructum mox perceptura salutis
Pulchra fides animum laetanti in pectore firmat.
Iamque iter ingresso properantibus obuia seruis
Nuntia fama uenit pueroque in luminis oras
Limine de mortis subitam remeasse salutem.

329] cf. Ou. Fast. IV 655. 331] cf. Verg. Ge. II 171. 338] cf. Verg. Ge. II 523. 341] cf. Verg. Aen. VII 160. 342] cf. Verg. Aen. IX 474, VII 660. 343] cf. Culex 224.

320 alienae *Bb* bonos *(m. 1)* K_2 fruges $R^1K_2T^1$ 321 alloquiis *CRM alii* 322 uenire T^1 323 exortantque R^1 expendere *CM*L^1*MpPB*^{1} *GH*, inpendere *rell.* *u. 324 in mg. adscr.* M^2 327 saeculi K_1 quod] d *ex* n *M*, qm̄ *B* saluator *BHl* 328 DE FILIO REGVLI *L* Galileam *plerique* Galilea—regione *T* iamque iterum terram remeauerat in galileam V_1*Hl* 330 anhello MK_2, anhelans Bb^1 331 ardoris *M* horis *HlN* 332 certum *Hl* cursu *M* 333 praecibus *CRM* sobolis *RPBb* profusus Mp^1T^1 335 aceruum R^1B^1 336 nī *M*, ni K_1K_2T 337 sospita *M (in mg. adsc.)* R^1, suspite T^1 340 laetantiu *CBb* in] *om.* RV_2 342 horas LB^2GHl puero resonatque iacenti *Poelm. in mg.* 343 liminis L^1, lumine *(m. 1)* K_2T

Ille ubi cognouit certum concurrere tempus
Sanantis Christi verbis, seseque domumque
Mancipat amplexus fidei uenerabile donum.
  Forte dies epulis multos sociauerat unis,
Publica conductis qui uectigalia lucris
Professi rapiunt alieno nomine praedam.
Hos cum discipulis simul accipiebat Iesus.
Ecce Pharisaei occulto reprehendere risu,
Quod legis doctor conuiuia talia iniret.
Ille sed inspiciens, quid pectora clausa tenerent:
,Non, inquit, medicis opus est, ubi fortia membra
Intemerata salus uegetat uirtutis honore.
Aegris sed merito miseris adhibenda medella est.
Discite nunc saltem, iubeant quid uerba profetae:
Non ego sacra magis quam mitia pectora quaero.
Haut etenim iustos ueni ad directa uiantes,
Sed reuocare malos peccantum a limite gressus.'
  Ecce sed e numero mirantum munera Christi
Unus Iohannis quaerebat discipulorum,
Cur ipsi legis ieiunia crebra tenerent
Nullaque sub Christo plebes ieiunia ferret.

346] cf. Verg. Aen. VI 408. 355] cf. Culex 358.

344 concurre *T* 345 sanati V_1, sanatis V_2Hl 346 macip(n)iat *MP* complexus *M* domum LMp^1B^1 347 QVARE CVM PVBLICANIS *L* unis CM^1 (una *in mg.*) K_2T^1, unus *Hl Poelm. in mg.*, una *rell.* 348 puplica *C* 349 professe R^1, professo M^1 350 accepiebat *C* reprehindere *C*, reprehendere *R*, reprendere BK_1LP 352 cum (quod) *M* comuiuia *M* concelebrabat *L*, talia uellet MpV_1V_2Hl 353 clausa saeua *C*, clausa *Poelm. in mg.*, saeua *rell.* 354 non] num *a m. 1 fuisse uid. in M* 355 uegitat CMK_2TB^1Bb uiresque ministrat uirtutis honore *C*, uiresque ministrat MpV_2 *(a m. 2) Poelm.* 356 miseris *C Mat.*, miserans *rell.* *cf. Sedul. P. c. I 38 H.* est] *om. Mp* 357 discedite *L* salutem *Mp*, saltim $RMK_1K_2LPTV_1GH$ 358 non] nunc B^1 359 aut *C* uenit *L* 360 peccantē *Hl* a] *om. CP* mortis a M^1 limite *CMp Mat. PBN*, limi(t)ne *M*, limine *rell.* 361 NON CORĀ SPONSO IEIVNARE *L* 362 Iohannes R^1 363 ipse *Hl* crepra *C* 364 plebis $M^1K_2P^1T^1$ ferrent *CLMp*

Christus ad haec contra placido sic ore profatur:
,Qui sponsi laetis comitantur uota choreis,
Non praesente illo ieiunia tristia portant.
Iamque dies aderit, cum sponsus turbine saecli
E medio comitum rapietur: tristibus illi
Spondebunt animos lacrimis horrore ciborum.
Quam stultum est, rudibus ueteres subtexere pannos
Vestibus, ut turpis peius scissura patescat?
Aut utribus calidum tritis conmittere mustum,
Quis ruptis totum sequitur disperdere uinum?
Sed rudibus rectum est utribus spumantia musta
Condere: sic uinum conseruant fortia uasa.'
  Talia tractanti percussus pectora luctu
Ecce sacerdotum princeps procumbit adorans
Et sibi defunctam — funus miserabile — natam
Inplorat lacrimans, certamque uenire salutem
Defunctis etiam poscebat munera Christi.
Haut mora, consurgens graditur seruator Iesus.
Progressi mulier sequitur uestigia seruans,
Quam languore graui bis sex labentibus annis

370* Languida concipient animis ieiunia flentes

365] cf. Verg. Aen. VII 194. 368] cf. Verg. Aen. II 132. 378] cf. Ou. Met. XIV 751. 383] cf. Verg. Aen. II 711. 384] cf. Verg. Aen. II 15.

365 contra] illi K_1K_2TG 365—367 *in mg. add.* Mp^2P 366 quis *Hl* uestigia M^1 (uota *in mg.)* 367 iaeiunia *M,* uenia *Mp* tristitia C^1H^1*(?),* tristi*a K_1 368 turbine] de *add.* Mp^2 369 illis *L* 370 tuncque dabunt *Poelm. in mg.* lacrimos R^1 *u. 370 excipit u. 370* in* CK_1LMp*(?) GH ap. Poelm., in mg. adscr. in* MK_2PT^2BBb*, ante u. 370 leg. in* V_1 *Mat. Hl* concipiant K_1PTB 371 panno *C* 372 ut**risque *M (*turpis *(i. m.),* ut putres K_1T, ut putris K_2Bb, ut ruptis *Matr.* peior M^1LK_1 *(ex corr.)* patescat notetur *C* ueteris peior scissura patescat *Poelm.,* turpis peius scissura notetur *Poelm. in mg.* 373 fessis tritis *C* 374 disrumpere *N* 375 certum (rec *supra*) *M* 376 concidere *C* 377 DE FILIA PRINCIPIS SACERDOTVM *L* percussus *C Mat.,* perculsus *rell.* 381 defunctae uita poscebat munere Christi *Poelm.* munere *MH* 382 aut *C cum aliis* saluator K_1LBHl 383 DE FLVXV MVLIERIS *L* progressos *Poelm.* 384 graue (i *supra*) *T*

Carpebat fluxus macerans sine fine cruoris
Viribus absumptis et toto corpore fessam.
Pectoris haec tacitam uoluebat credula mentem
Arcano secumque fide iam certa tenebat,
Actutum fesso fugeret quod corpore tabes,
Extremam Christi posset si tangere uestem.
Haec ubi per populum summi pendentia pepli
Fila manu trepida tractauit, protinus ille
Et causas morbi et credentia pectora cernens
Concessit celerem tali cum uoce salutem:
‚Accipe, quod meruit fidei constantia, munus.'
Et mox restricto uiguerunt sanguine uenae.
Postquam peruentum est, ubi funera uirginis, ingens
Plangentis populi fremitus clangorque tubarum
Ultima supremae celebrabant munera pompae:
Abscedant, inquit, tectis haec tristia uestris.
Namque puella iacet placido demersa sopore,
Defunctam retur flentum quam nescia plebes.'
Talia dicentem ridentum turba reliquit,

385* Torquebat soluens morbus pallore uirentem
386* Visceribus siccis fluxu sine fine cruoris

396] cf. Verg. Ge. III 460. 398] cf. Verg. Aen. II 313.

385 macherans K_2, manans *Koenig coni.*, lacerans *Arev.* *post u.* 385 *exhibet C:* Carpebat soluens morbos pallore uirentē
Viribus absumptis et to corpore fessā
Visceribus siccis fluxu sine fine cruoris; Pectoris *etc.*
Torquebat soluens morbus pallore uirentem *Poelm.*, Torpebatque graui morbus p. u. *Poelm. in mg.* 387 tacita *Hl* 388 arcana $RMK_1PV_1B^2Bb$ *Poelm. in mg.*; arcanaque fide s. *Poelm.* secum *MBb* fidei *M*, fidem *MpHl*, fides K_1 *(m. 1)* 389 actum T^1 labes *M* 390 possit K_1K_2TBb 391 pendenti K_2T^1 plebi MB^1 396 restrictu *(m. 1)* K_2T, constrictae *Poelm.* 397 DE EADEM FILIA ITERVM *L* 399 suppraemę *RPHl* celebrabat *Mp* munera *RM*, funera (al' munera *in mg. m. 2) B*, funera *rell.* 400 abscendant *(m. 1)* K_2T inquid *CMTBb* tristitia $R^1T^1B^1$ 401 iacit *C* dimersa *R* supore CT^1 402 estimat retur *Mp*, fertur *Poelm. in mg.* quam flentum miretur *M* plebis *MTBb* 403 *om.* K_2 *(m. 1)* T^1Bb dicenti *(m. 1)* K_1 requirit K_1T, reliquit ł requirid K_2

Quod morte abreptam dixit dormire puellam.
Sed Christus, leti uictor uitaeque repertor,
Frigentis dextram dignatus prendere dextra
Surgere mox iussit miranda ad gaudia patris.
  Inde reuertenti clamor se protinus offert
Caecorum pariter gressu labente duorum.
Ollis Christus ait: ‚Quid credunt pectora uestra?
Num uirtute mea se reddet lumen ademptum?'
Olli firmato se credere corde fatentur.
Tum Christus fatur: ‚Credentes cernite lucem
Nec cuiquam nostrum post haec edicite nomen.'
Dixit; sed propere per gaudia tanta uidentum
Ardor inexpletus famam per cuncta serebat.
  Offerturque dehinc iuuenis, cui rapta sonorae
Daemonis incursu fuerat substantia uocis.
Ast ubi propulsus fugit de pectore daemon,
Confestim sanae redierunt munera linguae.
Talia mirantis populi stipante tumultu
Vallatur; cernens sed milia tanta uirorum
Ingemit ut ruris dominus, cui pascua laeta
Innumerae tondent pecudes rectoris egentes.
Tunc ad discipulos depromit talia dicta:
‚Quam laetae segetes ruris per terga patescunt!

411] cf. Verg. Aen. III 658. 426] cf. Verg. Ge. I 1.

404 loeto *Mp* arreptam B^1Hl puella *Mp* 405 laeti *C* 406 dexteram *M* 407 surge (re *in mg.*) *M* 408 DE DVOBVS CAECIS *L* reuertentem R^1, reuertendi Mp^1 409 lumine captorum *Poelm.* labante *coni. Arev.* 410 illis *(m. 1)* K_2T Quid CK_2 *(m. 1)* T^1V_1BbHl, si *rell.* 411 nunc R^1 *(in mg.)* MK_1K_2 *(m. 2)* T^2BBbGH, nonc P^1 reddet quọḍ *M* adeptum *Hl* 412 illi *C* 413 tum *CRBb*, tunc *rell.* lumen *M (in mg.)* V_1G^1 *Poelm.* 415 ▨ maior (propere *eras.)* CV_2, propere *Mp Mat.* V_1 *Poelm. in mg.*, maior *rell.* 417 DE SVRDO E MVTO *L* adferturque *Poelm. in mg.* 418 fuerat] ferebat *Mp* 419 pulsus *M*, proculsis *Mp* peccatore *Mp* 422 uallatos (u *supra* o) *R* 423 utruci *(m. 1)* K_2, utrucis K_1T 424 tundent *C* pecodes MK_2, equites L^1 rectores *(m. 1)* K_2TBb 425 MESSIS MVLTA .... *L* uerba $LMpV_1V_2BG$ *Poelm.* 426 qua *Hl* latae (e *supra* a) *R*, late *B*; en late *Poelm. in mg.* segites *(m. 1)* K_2T^1B

Sed rarus messor frugis superatur aceruo.
Iam superest dominum segetis deposcere tantae,
Ut sua rura uelit numero conplere colentum.'
Haec fatus populo ex omni delecta seorsum
Fortia conglomerat bisseno pectora coetu.
Hos ubi delegit, praeceptis talibus inplet:
,Deuitate itiner, quod gentes perfidiosae
Et Samaritarum fraudis uestigia calcant.
Pergite, qua patrii pecoris custodia labat.
Pergentes uero similem mihi sumite mentem,
Ut uobis subigat uirtutes daemonis atri
Sancta fides curamque piam languoribus aptet.
Hae uires nulla uobis mercede dabuntur
Et uos haut aliter gratuita inpendite dona.
Non auri argentiue domet possessio mentem,
Nec uos nummorum subigat scelerata cupido.
Non geminas uestes nec plantis tegmina bina
Virtutis nudae cupiat seruare minister.
Ingressi muros urbis perquirite semper,
Hospitio quorum par sit succedere iustis;
Ingressique dehinc pacem sub tecta uocate.

431* Bis sex consociat fidorum corda uirorum

427 rar$\overset{u}{o}$s *T* fruges *(m. 1)* K_2PT 430 VBI MITTIT DISCIPVLOS SVOS PREDICARE *L* omni expec∗ta *C* dilicta *CR*[1] 430 *om. Mp post u. 431 u. 431* legitur in CLG, in mg. add. in Bb*[2] tertia c. *G uersus 431 et 431* inuerso ordine Mat.* K_2V_2N 432 dilegit *R*[1] 433 itener *CMG;* uiam quam *Poelm. in mg.* gentis K_1K_2LBHl 434 samaritū *R*[1] MV_1V_2, samaritanum K_1T^1G*;* atque Samaritum *Poelm.* fraudes R^1K_1Bb *ante* uestigia *erasum* doctrina frequentat *C* calcent *M* 435 patri *(*i *ex* u*) C* balat V_1Hl 436 uere *Hl* sūmite *C* 436 *et* 437 *transmutati in M* subigant *RMpPB* uirtutem *Poelm. in mg.* 439 haec *THl* mercide *CM*[1] 440 aut *C* 441 argentique *R* 442 nūmerum *R*[1] *ante* subigat *eras.* rabies uanissima uincat *C* nec uos n. rabies uanissima uincat *Mp* 443 non $CRK_1MpPBBbGH$, nec *rell.* 444 uirtuti MK_1 *MpB Poelm.* capiat *MG* seruire R^1MLH^1 *Poelm.*, portare MpV_1 445 ingressique *R* 446 pars *R*[1] 447 uocat$\overset{e}{o}$ *L,* uocare *N*

Si tranquilla domus fuerit, pax illa manebit,
Sin erit indignis habitantum moribus horrens,
Diffugiet uestrumque abitum pax uestra sequetur.
Excludet quicumque ferus uos limine tecti,
Auribus aut duris spernet uitalia uerba,
Excutite egressi domibus uestigia uestra,
Haereat iniustae ne uobis portio uitae.
Illos deterior Sodomorum poena manebit
Suppliciis, ueniet mundo cum terminus omni.
Pergite nunc ut oues, durorum praeda luporum;
Sed uos arguto serpentum corde uigete,
Simplicitate tamen dulces superate columbas.
Nam saepe incumbet uobis iniuria praeceps
Conciliisque hominum statuentur corpora uestra.
Vos flagris uinclisque feris durisque tyrannis
Frendens urgebit pro me uiolentia saecli.
Cum uos prodiderint, uerborum linquite curam,

451* Siue auersa dei famulos succedere tectis
Hospitiique focos miscere grauata uetabit

451] cf. Ou. Ibis 613. 464] cf. Ou. Met. IX 697.

448 *post* si *rasura 5—6 litt. in C* 450 defugiet *MP* uirumque *B*[1] habitum *RMK*$_1$ *LMpTBBbGH* seque*tur (n *eras.) C* 451 ferox *Poelm.* limi^{t}ne *L* 452 penitrent *M*, penetret *Poelm.*, spe^{n}ret (n *a m. 2) T post 452 in C ras. 3 lin., quae haec fere continuisse uidentur:* Siue (sin *Matr.)* auersa (aduersa *Matr.)* dei famulos succedere tectis Hospitiique focos (osp. fores *Matr.* al' focos *in mg.)* miscere grauata uetabit (ingrata uitauit *Matr.), hi duo uersus exstant in cod. Matr. et in edition. Dauentr. et Poelmanni* 453 egressique *M*, egressu *Poelm. in mg.* 454 iniuste *RMp* uobis ne *RHl* ▨ uitae (terrae *eras.) C*, terrae *MpV*$_1$ 455 *post* illos *ras.* (d* horridior*?) in C* superior *M post u. 456 insert. est u. 479 in MGH, a manu post. addit. est in C, eras. esse uidetur in B* 457 pergite nunc *C* (is *super* te *m. 2) MpN*, pergitis en *rell.* saeuorum *MpV*$_1$*Hl* 458 uegete *L*[1] 459 *ante* dulces: puras *eras. in C, quod habet Poelm. in mg.* · columbis *(m. 1) K*$_1$ 460 incumbit *K*$_1$*TG* 461 consistent *Poelm. in mg.* 462 dirisque *Bb*[1] tirannis ▨ (catenis *eras.) C*, tyrandis *(sic) M*, catenis *MpHl* 463 urguebit *K*$_1$ secli** *K*$_1$ 464 tradiderint *Poelm. in mg.* linquite ▨ (ponite *eras.) C*, linquite *MpV*$_1$*Hl*, ponite *rell.* cura *C*

Sponte fluens dabitur sermonis gratia uobis:
Spiritus in uobis pro uobis digna loquetur.
Prodet enim fratrem scelerata insania fratris,
Ad letumque dabunt genitorum corpora nati.
Vos odia urgebunt semper pro nomine nostro,
Sed finem fidei comitatur gloria uitae.
Profugite ex tectis, quae uos sectabitur, urbis;
Inde aliam, mox inde aliam conquirite sedem.
Nam uobis urbes semper superesse necesse est,
Istrahelitarum quae dent sub nomine plebem.
Discipulus numquam transcendat celsa magistri
Culmina, nec dominum temptet praecellere seruus.
Discipulo satis est uires aequare magistri
Vel domini similem uirtutem prendere seruo.
Pectoribus uestris semper timor omnis aberret;
Nam nudata suis promuntur cuncta latebris.
In tenebris tacite uobis quaecumque iubentur,
Dicite praeclaro nitidi sub lumine solis.
Auribus et uestris dicam quaecumque susurrans,
Excelso in populos spargantur culmine tecti.
Despicite illorum rabiem, qui corpora uestra
Prosternent ferro: non est his ulla potestas
Viuacem leto pariter dimittere mentem.

467] cf. Verg. Aen. VII 461. 479] cf. Verg. Aen. XI 14. 482] cf. Verg. Aen. VI 255. 484] cf. Verg. Aen. IV 186.

466 pro] in *L* $\overset{u}{\text{nobis}}$ *T* 467 scelerata∗ (m *eras.*) *C* $\overset{\text{ł fratris}}{\text{fratri}}$ *P* fratrem autem prodet *Poelm. in mg.* 469 odio *L*B^2 *Poelm. in mg.* 470 fidem K_1 *(m. 1)* B^1 471 e *CRGH* insectabitur *M* 472 $\overset{c}{\text{alia}}$ *C* *post 472 uestigia uersuum supra laudat. in marg. inf. M inueniuntur* 473 urbis T^1 474 Istrahelitarum C^1 numine M^1 475 discipuli *(m. 1)* K_1 transcendet L^2 476 praescellere *M*, procellere *Mp* seruos *(m. 1)* K_1 477 magistro K_1T^2 478 seruo∗ (s *eras.*) *C* m prendere seruo *om. Mp* 479 *om. M* aborret R^1, aberit *(m. 1)* K_1*TBb*, aberrat *GH* 480 notata *M* cuncta] lata *Poelm. in mg.* 481 iubentur *a m. 2 in R* 482 limine R^1H^1 484 A∗celso *L*, E∗celso *T* 485 dispicite *R*K_1*LT*B^1*Bb* rapiem *C* 486 prosternunt V_1*(?) GH Poelm.* non est his R^2, sed non est his *C* (his *om.*) R^1 non his est *LGHl* 487 demittere R^2P

Illum sed potius cordis secreta pauescant,
Corporis est animique simul cui cuncta potestas.
Passeribus pretium nummi uix portio parua
Proueniet; non est tamen unum credere dignum
Iniussu Domini laqueos incurrere nostros.
Quis dubitet sapiens, Domini sub pectore multis
Cedere pinnatis hominem pro milibus unum?
Qui me confessus fuerit sub iudice terrae,
Hunc ego non aliter coram genitore fatebor:
Sic itidem coram genitore negabo negantem.
Non ego nunc pacem terris inmittere ueni,
Sed gladium, patrio dirimat qui pectore natum
Et dulcem natam dirimat qui pectore matris.
Si quis amore meo genitorem pluris habebit,
Vel matri suboliue meum postponet amorem,
Sentiet horribilem nostra de sede repulsam.
Contemnet quicumque animam pro nomine nostro,
Inueniet laeta florentem fruge salutis.
Qui uos suscipiet, me suscepisse benignis
Obsequiis, idem me pro genitore supremo
Suscepisse sibi gaudebit perpete uita.'
  Talia discipulis bis sex cum iussa dedisset,
Iustus Iohannes caeci de carceris umbris
Sectantum e numero delectos talia dicta

494] cf. Ou. Met. I 325. 510] cf. Verg. Aen. VI 734.

488 pauiscant *C* 489 est] *om. Mp* animique *CRM*, animaeque *rell.* iusta *B*, [cunc]///ta *G* 491 proueniat *B* 492 sine iusu *M*, iniussu *uel* ni iussu *rell.* laqueos facile decidere laeto incurrere nostros *C* 494 credere *M (in textu) R (in mg.)* K_1Bb pinnatis *plerique* 495 comfesus *M*, cum confessus *Mp* 496 & ego *M* 497 itidem] iterum *M* 498 immittere *C*, emittere ML^2MpB 499 a patrio *Hl*, propio *N* 500 *in mg.* K_2T^2 dulci CV_1V_2 que K_1 *(a m. 1)* 502 matri a *Hl* soboliue *rec.* postponat *Mp*, postponit K_2T 504 condemnet *M* pronomen B^1 505 laetam K_2T uirtutis *M*, salutem *RM (in mg.)* K_2 *(m. 1)* $L^1V_2B^1HHl$ 506 suscepiet *C*, susceperit R^1K_2 me] *om. T* benignus R^1B^1 507 idest *Mp* suppremo *C* 508 uite R^1 509 IOHANNES DE CARCERE IHVM *L* 510 caecis $RMK_1K_2MpPV_2BbGH$ 511 sex tantum *Hl* dilectos *ex* delectos *C*, dilectos *(m. 1)* K_2T

Ad Christum portare iubet uerumque referre:
,Tune piis animis requies, quam regia caeli
Pollicita est terris, nostro sub tempore fulgens?
An aliam superest post haec sperare salutem?'
Talibus haec Christus dictis mandata remittit:
,Caecorum tenebrae mutantur lumine lucis
Debiliumque uigent firmato robore membra;
Lurida discutitur squamoso corpore lepra,
Aeriae uocis penetrat surdas sonus aures.
Redditur amissae leti post funera uitae
Ad corpus remeans animae iam libera uirtus,
Pauperibusque suis non dedignata patescit
Fulgentis splendens aduentus gloria nostri.
Ille beatus erit, quem non deceperit error.'
Talia discipuli referunt mandata magistro.
Hoc super ad populum depromit talia Christus:
,Cur in deserto uoluistis uisere nuper
Stramen harundineum uento uibrante moueri?
Cur etiam molli uestitum ueste uidere?
In domibus regum molli cum ueste tenentur.
Ille profetarum solus transcendere uires

522* Depositum repetens animae substantia corpus
523* Omnibus et late non dedignata patescit
524* Lucifluis splendens aduentus gloria terris

513] cf. Verg. Aen. VII 210. 515] cf. Verg. Aen. II 354. 518] cf. Ciris 43.

514 pollicita est] largiter *Hl* fulgens nostro *M* fulges *(m. 1)* K_2 515 an *C*V_1*GHHl*, anne *rell.* alia *Hl* 518 fugent *(in ras.) Mp* 519 lurida lucida *C* squamosa K_1 520 penitrat M^2 surdas penetrat uocis *B* 521 amissae—uitae *C*, amissa—uita *rell.* *post* uitae: rursus *in C* 522 remians *M* 522* *post 522 legitur in C*V_1 *Matr. Poelm.* depositam—substantiam *C* *522 et 522* inuerso ordine* V_1 *Matr. Poelm.* 523 patiscit *C* 523* *legitur in C* 524 splendidens *Mp* 524* *legitur in C* 525 deciperit *M*K_1K_2*TBb* 526 refferunt *M* 527 QVID EX ISTIS VIDERE ARVNDINEM *L* hoc] c *in ras. C*, hęc *(m. 2)* K_2 at C^1 528 uoluisti *Hl* 529 stamen *RM*K_1K_2*PTGHl* bibrante *M* 531 en domibus *C* cōmolli *L* 532 *post* profetarum: sc̄as *eras. in C* transcedere *R* fatidicis longe praeponitur ille prophetis *Poelm. in mg.*

Iudicio ueteris scripti promittitur olim.
Hunc etenim memorat uenerandae lectio uocis:
En ego mitto meum stratas aptare ministrum
Ante tuos uultus; genuit nec femina quemquam,
Maior Iohannis nostri qui uiribus esset.
Sed minor hoc caeli fiet sublimior aula.
Huius ab exortu uim caeli regia sentit,
Et caeli regnum uiolentia diripit atrox.
Lex omnis summam Baptistae ad tempora cepit
Atque profetarum finis concluditur idem.
Si uultis uolucris penetralia noscere saecli,
Corpus Iohannis felix habitabile sumpsit
Helias, quondam quem turbine missa corusco
Flammipedum rapuit simulatio quadriiugorum.
Audiat haec dictis pandens uitalibus aures.
  Nunc tibi confiteor, genitor, cui gloria seruit
Fulgentis caeli et terrarum frugiferentum,
Celasti nunc quod sapientibus ista superbis

543* Ipse est Iohannis felix uenturus in aeuum
550* Oculis haec quondam parue sapientibus orsa

549] cf. Ouid. Met. II 17.

533 iudicii *C*, indicio *PT* olim unus *C* ut ueteres quondam cecinere oracula scripti *Poelm. in mg.* 534 hinc R^1 memora*t *(n eras.) C* 535 egomet *B* abtare *MMp* 537 qui maior nostris Ioanne hoc uiribus esset *Poelm. in mg.* 538 maior R^1 **aula *(in eras.) M* sed minimus caeli qui in regno est maior habetur *Poelm. in mg.* 539 ab] sub *R* sensit K_2TBb 541 LEX ET PROPHETE VSQVE AD IOHANNEM *L* hominis Mp^1 summam *ex corr. in* K_1T a tempore RV_1, in tempore *Poelm. in mg.* coepit *C et alii* 542 adque *C* fini K_1K_2T *post 543* $CH1C^3$ *(= Cantabrig. Gg 35 saec. XI) inserunt* Ipse est iohannis felix uenturus in aeuum, *qui uersus in folio adnexo cod.* V_1 *(u. 543—591) post 544 et in Bodl. (527 s. XIII) post 546 legitur* 545 misso MR^1V_2, iussa V_1 corrusco *C* 548 comfiteor *M* seruis *C* 549 frugiferarum *Poelm.* 550 *in mg. add.* MK_2T, *post 582 Bb* cęlesti B^1BbHl quid *MpB*, qui K_1PH nunc qui *Bb* Namque abscondisti *Poelm in mg.* *post 550 insertus est u. 550* in CRL Mat.* V_2Hl haec oculis—paruae RLV_2Hl, Populus—parbe *Matr.; sequitur in rasura C:* Celasti quondam sapientibus ista superbis

Paruulaque infantum uis haec conprendere corda.
Iam mihi regnantis sunt omnia tradita patris,
Nec quisquam Domini poterit cognoscere natum,
Ni solus genitor; genitorem mente uidebit
Filius, aut idem pandet cui talia natus.
Huc omnes ueniant, oneris quos sarcina uasti
Conprimit; his poterit uirtus mea munere patris
Antiquas uires hilari reparare quiete.
Sumite forte iugum, leuis est mea sarcina iustis,
Namque humili dulcem largitur corde salutem.'
  Haec ubi dicta dedit, messis per culta grauatae
Praeterit, et populus sectantum discipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies ueteri poscebat lege quietem,
Sabbata nam priscis repetebant otia iussis.
Ecce Pharisaei coram reprendere Christum,
Quod sanctae legis calcarent iussa metentes
Discipuli. Legum sed tum conpletor Iesus
Incipit his ueteris scripti monumenta retexens:
,Legistis certe, in templo Dauida canorum
Cum populo quondam panes sumpsisse sacratos
Et propriam comitumque famem sedasse; sed illos
Inlicitum cuiquam fuerat contingere panes,
Sumere quos solus poterat de lege sacerdos.
Eiusdem scriptum est iusto moderamine legis:
Sabbata profanent templo sine crimine uates.

561] cf. Verg. Aen. II 790.

551 qui $MK_1K_2MpTV_1$ imfantum *M* conprehendere $K_1PTBBbG$ 552 regnanti *Hl* 554 nisi *C* genitorest *Mp* 555 itidem RK_2T pandit RT^1Hl 556 VENITE AD ME OMNES QVI LABORATIS *L* 557 munera K_1V_2 *(m. 1) Poelm.* 558 quietae *R* 560 largitur *CRM,* largitus *rell.* 561 DIE SABATI ABIIT PER GENTES *L* mensis RK_1 563 frugum *R* 565 sabbati MpV_2 ex priscis *Mp* 566 pharisei *plerique* curant *BLH Poelm. in mg.*, curam *Mp* reprendere *C RMH,* reprehendere *rell.* 568 tum *CRMpB,* tunc *rell.* completur *(m. 1)* K_1K_2 569 is *Poelm.* monumenta C^1M^1, monimenta *rell.* 570 legis *L* 573 fuerit R^1 574 solus] lege N^1 poterade *Mp* 576 sabbato *R* *ante* profanent *eras.* dimoueant *C,* profanant *G*

Nec minor est istic uestrae glomeratio turbae
Quam templi uirtus. Caperent si pectora uestra,
Quod non sacra Deus, sed malit mitia corda,
Non iam saepe uiros damnasset factio sacros,
Expertes culpae. Sed nunc ego sabbata cuncta
Sponte mea dominans legis sub iure tenebo.'
  Tunc conuenticula ipsorum post talia dicta
Ingreditur; mox hic iuuenem pro limine cernit,
Siccatum ex umero cui pondus inutile palmae
Pendebat. Sed tum dictis temptando dolosis,
Aegris an liceat per sabbata ferre medellam,
Quaerunt, calcatae ut legis uindicta maneret.
Christus ad haec: ,Foueam si forte pecuscula uestra
Inciderint, certe transibitis otia legis
Et pecus abrupto tolletis uile profundo.
Quanto igitur nobis hominum curatio maior
Ad benefacta animos tollens accendere debet!
Ergo age tu, iuuenis, rediuiuam tendito dextram.'
Cum dicto palmas sanus porrexit utrasque.
His tum pro signis, quae uix ueneratio posset
Mirantis digno populi sustollere cultu,
Conciliis trucibus conclamant decipiendum.

585] cf. Ouid. Amor. III 7, 15. 593] cf. Verg. Aen. XII 426.

577 isti *C*, istic est *M*, istinc K_2T, ista *L* nostrae *T* 579 mallit CK_1PTB^1, malit MV_1BbG, mali& *Mp*, malet V_2 580 iam CM^1Mp K_1PBb, tam *rell.* sacros] praeceps *Hl*, uestra *Poelm.* 582 sponta *M* 583 VBI MANVM ARIDAM RESTITVIT *L* tum K_1K_2MpP conuenticula *M* eorum $MMpB^1$, illorum *Poelm. in mg.* 584 hiic** pro limine *M* **pro (in *eras.*) K_1, de *Poelm.* 587 medelam *R et rec.*, medillam T^1 588 $\overset{ut}{\text{aç}}$ K_2 589 pepuscola L^1 590 inciderent *CR*, incederint *M* 591 uile tolletis *M* 594 ergo$\overset{a}{\text{g}}$en *Mp* rediuiuam tendito *C*, rediuiuam extendito *Poelm.*, sanam protendito *rell.* 595 palmas—utrasque *C*, palmam—utramque *rell.* sanam *ML* cum dicit palmam, alii palmas sanas utrasque *Poelm. in mg.* 596 istum *M (in mg.* iustum*) R (in mg.)* $K_1K_2PTBbGH$, istis *Poelm.* (iustum *in mg.)* quẽ K_2 possit *MpP*, poset *M* 597 populis *CL* 598 consiliis *coni. Arev.* dispiciendum RV_2

Talia perspiciens procerum molimina Christus
Discedit; uariis hominum languoribus aptat
Concessam in populos patria uirtute medellam.
Oblatus sibi mox, quem daemonis horrida uirtus
Et lingua et uisu truncatum uiuere poenae
Et propriis escam cruciatibus esse uolebat.
Hunc ubi curatum uisuque et uoce uigentem
Caeca Pharisaeae cognouit factio gentis,
Daemonis auxilio, qui princeps daemoniorum
Solus nequitiae uires dicione teneret,
Haec illum fecisse ferunt. Sed talia Christus
Veridicis aperit conuincens pectora uerbis:
,Si gemina regnum distractum parte dehiscat
Et scissa aduersum sese diuulsio pugnet,
Disruptis propere labentur cuncta medullis.
Horridus et daemon si daemone pellitur atro,
Aduersa sibimet scissus uirtute repugnat.
Quis poterit praedam tectis auferre uirorum,
Ni prius adgressor custodum brachia nodis
Vinciat, ut facilis ueniat direptio praedae?
Quisque meis aberit discretus miles ab armis,
Hostis in aduersa consistet fronte duelli.

608] cf. Verg. Aen. I 236.

599 VBI CAECVM ET MVTVM CVRAVIT *L* perspiciens CV_1, prospiciens *rell.* 600 discedit *C*, decidens *M*, decedens K_1K_2TBb, decessit *Poelm. in mg.*, discedens *rell.* uarii *Mp* aptet R^1 601 concessum *Bb* in populis *Poelm. in mg.* patriam *P* medillam *(m. 1)* K_2T 602 oblatus *G*, oblatusque *rell.* sibi mox *scripsi*, ****** mox (se illi *eras.) C*, ibidem est *M* (est *exp.*) V_2, illi est *Mp* (illi *ex* ubi) V_1Hl, $\overset{\text{est illi}}{\text{ibidem}}$ *TG*, ibidem *rell.* 603 uiuere p.] afflixit amare *Poelm. in mg.* 604 cruciantibus *C* 606 cognouit factio gentis] cognoscunt pectora plebis MpV_1 608 ditione *RHl* d. teneret uires *M* 610 ueredicis K_1T comuincens *M* uerbis] uirtus *P* 611 gemina est *TBb* distructum *C*, districtum *N* arte *M* 612 diuulsio *C* (diuisio *ante eras.*) V_1, deuulsio *Hl*, diuisio *rell.* 613 diruptis K_2T^1Hl 615 et scissus T^2Bb, scissa K_2 *(m. 2)* repugnet K_2TBb 617 pius T^1 adgressus MpV_1 custodem *L* nubis *(m. 1)* K_2T 618 uincere K_2 *(m. 1)* ut] et $MK_1L^1T^1Bb$ *619 et 620 erasi in C* aberit—meis *om. Mp* 620 consistit K_1PTBbG

Quisque meis gregibus cogendis liber aberrat,
Dissicet ille mei pecoris per deuia pastus.
Sed quicumque hominum fuerit super omnibus error,
Dimitti poterit; tantum ne Spiritus umquam
Vocibus insana laceretur mente profusis.
Siue furens hominis nato conuicia quisquam
Ingeret, haec etiam poterunt peccata remitti.
Spiritus at sanctus tantum cuicumque profana
Verborum rabie uiolabitur, inreuocatis
Suppliciis nunc et semper torrebitur ignis.
Quando ueneniferi serpentis saeua propago
Sermonum dulci poterit mitescere fructu?
Nam bona thesauris promuntur dulcia iustis
Et mala letifero procedunt ore uenena.
Verborum meritis ueniet sub iudice poena,
Verborum meritis dabitur sub iudice uita.
Quae genitor faciet, sectabitur omnia natus,
Namque idem nato manifestat cuncta uidenda
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.
Sicut enim genitor demortua corpora reddet
Ad claram uitae lucem, sic omnia natus,
Quae uolet, ad lumen surgentia corpora ducet,
Nec genitor quicquam uestri se iudice quaeret,
Sed dedit haec nato quaerendi iura per orbem,
Gloria quo maneat similis natoque patrique.

639] cf. Verg. Ge. IV 441.

621 aberat *C*, oberat *R*, ab***atur *Mp*, oberrat *Poclm. in mg.* libero erret *L* *621 et 622 desunt in H* 622 dissicit *(m. 1)* K_2T 623 error] eius *Hl* 626 conuitia *RMpPTBH* 627 ingerit *ML*, ingerat MpV_1 potu*runt *(e eras.)* K_2T remitti] relinqui *R* 628 ac *T*, ad *Bb* 629 rabiem K_2 630 igni MpV_1 632 nitiscere *C*, mitiscere V_2T^1 633 thensauris K_2T^1 dulcia] congrua V_1Hl 634 laetifero *C* 635 *in mg. inf. suppletus in M* paenas *M* 636 uitę *Hl* 637 DE VNITATE PATRIS ET FILII *L* 638 manifesta *M* 639 priora *M* tribuit R^1 640 genitorẽmortua *M*; emortua K_1LMpV_2BBbGH re*dit (d *eras.*) *C*, reddit *P* 642 lumen $CMpPV_1BHHl$, superos *rell.* ducit $RMK_2PBBbGH$ 643 quicquam $CRMK_1K_2$ *(m. 1)* T^1V_2Bb, quemquam *rell.*

Namque repulsus erit uestro si natus honore,
Inprobitate pari genitorem despicietis.
Sed cui nostra fidem sermonis gratia figet,
Mox me mittentis genitoris dona patescent
Aeternamque dabit praesens constantia uitam.
Iudiciumque illi non est, sed migrat ab atra
Morte procul lucisque uigens ad limina tendit.
  Adueniet tempus, cum mortua corpora uocem
Accipient nostram et uitam cum uoce tenebunt.
Nam sicut genitor uitam sibi possidet in se,
Sic tribuit nato uitam et ius dicere iussit,
In terras hominis quoniam cum corpore uenit.
Nec uobis mirum uideatur, corpora cuncta
Vocis ad auditum propriis exsurgere bustis,
Iustorumque animas rediuiuo corpore necti,
Iudicioque graui miseros exsurgere prauos.
Nec mihi iudicium tribuit mea sola potestas,
Arbitrio quoniam genitoris cuncta iubentur,
Qui me iustitiam terris disquirere iussit.
Namque ego si proprio testis pro nomine surgam,
Falsa loquar; aliusque itidem quia testis habetur
Pro nobis, semper mihi talia temnere fas est.
Nam ueris operum signis manifestior omni
Luce nitet praesens nostris testatio factis.

652] cf. Verg. Aen. VI 696.   667] cf. Verg. Aen. I 77.

646 nam *M* dispicietis $RK_1K_2TB^1BbH$ 648 fide *C* figet *CLP* V_1GHHl, figit *rell.* 649 emittentis *MHl* patiscent *C* despiciens—patescent *om. Mp* 653 DE DIE IVDICII *L* adueniat R^1Hl tempus quo mortua *Poelm. in mg.* 654 accepient *C*, accipiant *L* tenebit *Hl* 655 possedit *C*, posedet *M* ipse *M* 656 et ius dicere iussit sic tribuit nato uitam K_1K_2 *(m. 1)* T^1 et ius—hominis *om.* M^1Bb^1 657 terras *C* $LMpPV_1BGH$, terris *rell.* cum *C*, de *rell.* torpores *Mp* *uu. 658—676 post 764 leguntur in M* 658 mirum uobis *Hl* 659 ad] *om. Mp* proprii *C*, epropitis *Mp* 662 tribuet CK_1K_2G, tribuat V_2 uoluntas $MK_1K_2LPV_1BBbH$ 663 iubet *M* 666 loquor *B* alius *M*, *s. l.* K_2 T^2Bb habet** *C* 667 semper] recte R^2T mihi iam *C* 668 uiris *C*, uerius *M*, uires *(m. 1)* K_2T 669 actio *M*, testatio *in ras.* K_2T^2, est actio Bb^1 facti* *T*

Talia concedens genitor mihi testis adhaeret,
Qui me dimisit terris sua ponere iussa.
Huius enim uocem numquam conprendere quistis
Nec speciem propriam concessit uisere uobis.
Nec sermo ipsius poterit per uestra sedere
Pectora, credendi quoniam substantia nulla est.
Quaeratur ueterum scriptorum lectio uobis,
Perpetuam cunctis uitam quam ferre putatis.
Haec etiam nostrum testatur lectio donum.
Nec tamen audetis propius consistere nobis,
Ne uerae uobis contingat gratia uitae.
Non mihi captatur terrenae gloria laudis.
Namque ego quod summi genitoris nomine ueni,
Respuitur uobis, ueniet sed decolor alter,
Nomine quem fultum proprio gens uestra sequetur.
Alternae in uobis captatur gloria famae,
Unius et solam fugitis disquirere laudem.
Nec uos arguerim coram genitore, sed illic
Accusator erit, quem spes modo uestra celebrat,
Moyses, quem fidei nullo seruastis honore.
Eius enim scriptis uester si crederet error,
Crederet et nobis, Moysi quem scripta frequentant.'
  Talia tum contra scribarum uerba sequuntur:
,Vocibus indubitata fides comitabitur istis,
Si uirtus certis firmet miracula signis.'
Ille dehinc: ,Polluta malis generatio quaerit

670 concidens *C* adhaeret mihi *M* 671 demisit $R^2K_2B^1HHl$ terras *Hl* 672 cuius MK_1K_2 conprehendere R^1MpBb, conprende *T*, conprende^{re} *P* quistis] quisquam *C* 673 concesset *C* 675 credenti R^1 est] *om. M* 677 cuncti *Hl* 678 nostram - domum *L* 679 proprius LT^1B^1 680 ne* *B* 681 *iteratus in mg. legitur R; uers. iter. eras. in M* 683 decolor $CK_2T^1Bb^1$, decollor *M*, discolor *rell.* 684 sequitur K_1Mp 686 disquerere CK_2 688 spes] s͡ps *R* uestra modo *M* 689 Moises *C (saepius)* seruastis *C Matr. Poelm.*, seruatis *rell.* 690 scribtis *C* eror *C* 691 crederit K_2T moisi *C*, moysei *M*, moysi *Mp*, mose^{i} *T*, moyse^{i} K_2 692 VBI IVDEI QVERVNT SIGNA *L* tum] *om. M* istis] iusis *M* 694 signet M^1 695 mallis *P*, magis *LBBbGH*

Signa sibi; rebus stabunt sed signa futuris.
Namque profeta cauo quantum sub pectore ceti
Temporis absumpsit, terrae in penetralibus altis
Progenies hominis tantum demersa manebit.
Adueniet tempus, cum surget reddita uitae
Gens hominum propriis in fletum dedita gestis.
Haec istam digno damnabit crimine gentem,
Quod maris e fundo surgentis uoce profetae
Conmonita in lacrimas Dominum proiecta reflexit.
Hic et Ionaeis monitis potiora iubentur,
Contemnitque feris animis gens impia lucem.
Et regina Noti uitales surget in oras.
Illius ad specimen damnabitur effera plebes,
Finibus extremis Libyae quod uenerit illa,
Ut Solomona pium, praeceptis dedita iussis,
Audiret; potior nunc est Solomone potestas
Et tamen obtunsae caecantur pectora plebis.
Expulsus si quando fugit de pectore daemon,
Quem turbat sanctus purgato corpore flatus,
Ille uenenatis conlustrat passibus oras,
Qua nulla excurrit fontani gurgitis unda,
Nec requiem placidae sedis sibi repperit ardens.
Tunc repetit suetae sitiens habitacula mentis.

698] cf. Verg. Aen. VII 59. 702] cf. Verg. Aen. VI 430.

697 coeti *RM et alii* 698 adsumpsit R^1LMp penetrabilibus $R^1T^1V_1$ 699 dimersa RLT^2B^1 703 effundo *M* 704 commota R^1K_1 705 ionae [is] *(is a m. 2) T* 707 nothi RK_1PBbG, austri [nothi] *H* noditur ales *M* horas K_2TBbG, auras Hl^1 708 specimen *C Matr.*, spetiem [m] K_1, spetium [e] *L*, speciem *rell.* clamnabi▨tur *R* affere *M* plebes *T*, plebis MK_2 *(m. 2)* T^2 709 uenerat K_1K_2 710 Solomona *CMp*, Salomona *rell.* iussis (s_2 *fere eras.) C* 712 obtunsa *(m. 1)* K_1T, obtunso K_2, obtonsę *P*, obtuso V_1 pectore *Mp* plebi MK_1TBb caecatur pectore plebes *Hl* 713 explusus *M* 714 purgat [turbat] *M*, turbat [purgat] K_1, purgat Bb^1 prolato e $M^1K_1T^1$ (prędato *s. l. m. 2) Bb (e om.)* e corpore *MpP Poelm.;* proluto e c. *coni. Reuschius* corpore | pectore *Hl* 715 horas K_2T 716 quas *M* fontane [i] *M* unde R^1 717 placitae $RMK_1K_2PTV_1BbG$ 718 tum RMK_1K_2TG repetet *CT* sueta $MK_1K_2T^1G$ querens *Mp*

At si forte suis obnoxia corda uenenis
Ornatuque leui ridentia limina cernit,
Adsociat septem similes glomerando furores
Vis inimica homini penetratque in uiscera serpens.
Sic genus hoc uero mentis cum degenerarit,
Vincula perpetuis deflebit subdita poenis.‘
  Atque ea dum populis uitalia dicta frequentat,
Pro foribus mater cum fratribus adstitit illi
Et miscere foris sermonem comminus orat.
Talia tum matris mandatis dicta remittit:
‚Hic mecum genetrix, mecum germana residunt
Corpora. Nam patria inpletur cuicumque uoluntas,
Ille meo proprium conectit sanguine corpus,
Et matris generisque mei sub nomine habetur.‘
  Progreditur templo terrarum lumen Iesus
Et maris extrema terraeque resedit in ora,
Innumeraeque illuc plebis fluxere cateruae.
Ille sed excelsam scandens, quae proxima, puppim
Litora conplenti depromit talia plebi:
‚Ecce sator proprio conmendat semina ruri;
Illa cadunt diuersa solo sortemque locorum
Pro uirtute ferunt. Nam sicubi trita uiarum
Sub pedibus solido densetur limite tellus,

719 ac *RMT*¹*V*₂*Bb*, ad *Mp* 720 leui∗ *C* 722 hominique penitrat uiscera *M* 723 mentis] sensu *B et edit.* degener errat *RB*, *ex corr.* *K*₁*K*₂*TPGHHl* Sic istec generatio deteriora priorum *Mp*, *qui uersus post 723 legitur in Hl* 724 uincla *RM* defflebit *M*, defluit *Mp* subsita *M* 725 VBI MATER IHS STABAT FORAS *L* interea *M* atque haec *Poelm. in mg.* cum *RMMpPBb* *uu.* II 726—III 276 *desunt in G; in Mp uers. ita se excipiunt* 720, 723, 724, 721, 722, 725, 726 726 adstetit *CK*₁*K*₂, adsistit *M* illi *CRMBb*¹, illic *rell.* 727 misceri *MK*₂ *(m. 2)* *V*₂ *(m. 1)* *T*² 728 tu *Mp* dictis mandata *B* 729 hiic *M* genetrex *M* resident (u *supra*) *R (corr. 2)*; hic residunt mecum *Mp* 730 patris *RK*₁ *(ex corr.)* adimpletur *M* 733 lumi//ne *M* 734 ma∗ris (t *eras.)* *CK*₁*T* residit *R*, res∗dent *M* 736 PARABOLA . . . . *L* excelsa *Hl* qu∗e (a *eras.)* *C*, in *RMpV*₁, ∤ in quē *P*, quae *om. H*; celeri pede *Poelm. in mg.* proxima fuit *M* pupin *R*, puppem *T*¹ 738 propria *V*₁*B*¹ 739 sortesque *Poelm.* 741 limine *M*

Aeriis auibus dant nudam semina praedam.
Ast ubi pertenui uelantur puluere saxa,
Farra quidem uiridem depromunt germinis ortum:
Sed quia nulla subest suci substantia glebis,
Inserto arescunt radicum fila calore,
Cunctaque mox apicum labuntur acumina leto.
Seminibusque aliis contingunt aspera rura;
Sentibus hic spinisque feris uelocius exit
Roboris augmentum frugemque internecat angens.
Uberibus uero dantur quae semina glebis,
Illa ferunt pulchram segetem, cui laeta frequentat
Incrementa sui centeno copia fetu.
Audiat haec, aures mentis qui gestat apertas.‘
Talia discipuli mirantes dicta requirunt,
Inplicitis populo cur clauderet omnia uerbis,
Ille sed amota credentum plebe profatur:
‚Vobis, qui firmo robustam pectore mentem
Ad capienda Dei penetralia constabilistis,
Concessum est aditis penitus consistere regni;
Illis pro merito clauduntur lumina mentis.
Si quis habet dignus, capiet potiora redundans;
Qui uero expertes caelestis muneris errant,
Amittent etiam, proprium quodcumque retentant.
Idcirco obscuris coopertum ambagibus illum
Perstringit populum sermonis gratia nostri,
Ut dictum Esaiae merita de plebe recurrat:

742 aereis *MpBHl* nudam dant V_2 *(a m. 2)*, dant nuda V_1, d. uilem L^2 *Poelm.* 743 tenui *Mp* pulu*er*e *R* 744 terra—depromit *M* 745 suci *C*K_2 *(m. 1)* T^1*N*, si*ccis *P*, sicci *Matr.*, duris V_1*Hl*, siccis *rell.* 746 *in ras.* R^2 fil*a (i *eras.)* K_1 747 aculmina *Bb* 749 his *C*, hiic *M*, hic alii *Hl* feri *C* 750 roburis *M* aumentum *M*T^1 internaecat *C* anguens *M*K_2, egens *M*p^1, angues *B*b^1 752 frequentant *MBL* 754 que *CMp* 756 cl*uderet *P* 757 ille sed ămota *CP*, ille semota *M*, ille sed admota *R*K_1K_2*MpT*V_1V_2*Bb* credent*um (i *eras.)* *M* plebem *C* 759 penetrabilia *P* constabilitis K_2T^1*Bb* 760 aditis *plerique* 761 limina K_1 *(m. 1)* V_2 limina uitae *Poelm.* 762 quis] quid *nonnullae editiones* meritis potiora capesset V_1*Hl* 764 amittant P^1 765 coopertum *C*, cooperta *rell.* 766 perstringet R^2*M*K_1K_2*TBb*, praestringit V_1V_2 767 isaiae *R*

En populi mentes uelantur ad omnia crassis
Obicibus, sensu ne tangant munera uitae.
Auribus adsistunt clausis oculisque grauatis,
Ne conuersa bono sanetur noxia plebes.
Quam uestrae nunc sunt aures oculique beati!
Nam multi ueteres iusti sanctique profetae,
Quae uobis clarent, orarunt cernere dona.
Accipite ergo animis, qui sit de semine sensus:
Quisque meum uerbum summas dimittit in aures,
Nec sensus recipit stabili praecepta uigore,
Eripit illius totum de pectore daemon.
Hic agro est similis duro, qui germina farris
Exponit rapidis auibus sine fruge rapinam.
Sunt alii, laeto qui pectore nostra receptant,
Sed breuis est illis perceptae gratia frugis.
Nam si dura premat mentem strictura coercens,
Continuo trepidi produnt sibi credita leto.
His saxosus ager simili lèuitate uirescit.
At spinosus ager curarum mole grauatis
Respondet, pressant quos pondera diuitiarum.
Semina sic nostri sermonis pressa grauantur,
Nec fructus sequitur spinarum horrore necatus.
Pinguia sic itidem paribus stant uiribus arua
Illis, qui clarae capiunt praecepta salutis,
Quae penetrant animum sensu tractante tenaci
Centiplicemque ferunt uirtutis robore frugem.‘

775] cf. Verg. Aen. III 250, X 104.

771 comuersa *M* plebis MK_2T^1 772 oculi*que K_1 773 ueteris T^1 sancti iustique *RLBH* 775 accepete *C* animi^{s} (s *a m. 2*) K_2T quis *MpHl*, qu^{i}e *Bb* 776 demittit *P Poelm.* 777 sensus] uelox V_1Hl 778 eripiet V_1 779 hic] talis *Poelm.* similis est *ML* qui] que *C* germine CL^1Mp farris *C Poelm.*, calle *rell.* 780 exponet *C* 781 nostro R^1 783 coherceus *RMPH* tribulacio cordis V_1Hl 785 hic CK_1 (*m. 1*) leuitate] de uita *C* uiresect *C* 786 more K_2 (*m. 1*) *Bb* grauatus RK_1B^1 787 responde*t (u *eras.*) *T* prae//ant *M* 788 si *M* 791 illi *Hl* clarae CV_1 792 tractante CK_2 (*m. 2*) *Mp Matr. PHN.* tractant^{te} (te *a m. 2*) *T*, tractata *rell.* 793 robure *M*

Haec tum discipulis plebique haec insuper addit:
,Agricolae simile est regnum sublime Tonantis.
Ille iacit proprio mandans bona semina ruri,
Sed post subripiens hominum insidiando sopori
Trux inimicus adit loliumque inspergit amarum.
Ecce sed ad fructum culmis cum spiceus horror
Processit, lolio messis maculata redundat.
Tum domino famuli mirantes talia fantur:
Nonne bonum terrae semen per terga dedisti?
Unde igitur lolio turpi tua rura grauantur?
Sed iam, si iubeas, messem purgabimus omnem,
Triticeusque nitor selecta sorde resistet.
Tum dominus miti contra sermone profatur:
Hic dolus est, inimice, tuus, sed farra sinamus
Crescere cum lolio. Pleno nam tempore messis
Secretum lolium conexo fasce iubebo
Ignibus exuri; at nostro de semine messor
Horrea nostra dehinc purgata fruge replebit.
  Haut aliter simile est, cordis si panditis aures,
Praeparui grano regnum caeleste sinapis,
Quod proprio insinuans disponit cultor agello.
Seminibusque illud minus omnibus esse uirentum
Creditur; at iusti mox incrementa uiroris
Sumpserit, erecto transcendit uertice cunctas

794] cf. Verg. Aen. XI 107. 799] cf. Verg. Ge. I 314. 814] cf. Ou. Fast. V 499.

794 tunc *CM*[1]*P* addidit *Mp* 795 ALIA PARABOLA DE SEMINANTE . . . *L* agriculae *C* simili ē *Mp* 797 surripiens *H* homini *Poelm.* imsitiando *M*, insidiare *Hl* soporem *Poelm.* 798 addit *M* spargit *M* 799 culminis *M* conspiceus K_1 *(m. 1)* 803 turpia *T*[1] grauantur rura *M* 805 tritici Usque *C* resistet CV_2, nitebit *Matr.* V_1 *Poelm. in mg.*, nitescet *rell. (cf. III 322)* 806 mitti *P* 810 at] *om. C*, et *Hl* messis *Poelm. in mg.* 812 aut *C* pandetis *C*, pandet *(m. 1)* K_2*TBb* 813 praparui *M* sinapi *C*, senapis K_1, sinapis *rell. cf. III 376* 814 per sinum flectans sinuans *Mp* 815 uiuentum (r *supra*) *M* 816 incrimenta *C* 817 sumsit (serit *supra*) *M*

Agrorum fruges, ramis ut plumea turba
Conludat possitque umbras habitare uirentes.
Fermento par est munus caeleste salubri,
Quod magna condit mulier sub mole farinae.
Illa dehinc modico fermenti mixta calore
Conducto, unius coalescit corpore massae.'
Talia tum populo perplexis condita uerbis
Promebat, ueteris quo possent dicta profetae
Ordine saeclorum iussis concurrere rebus:
Os aperire meum dignabor, condita mundi
Conuoluet ructans uarii sermonis imago.
Inde domum repetit serus turbasque reliquit.

818 aguorum (r *supra* u) *M* 819 conludat *CM*¹*MpPT*¹*V*, considat *rell.* possit sub umbras *M* uirentes *(in ras.) M* 821 condit magna *Poelm.* 822 firmenti *(m. 1)* K_2*T* mixta] a *ex* i *Mp* 823 coaliscet *C* masae *M* 824 dum *M*K_1 *(m. 1) LPT Poelm. in mg.* 825 possint *RM*K_1K_2*PTBBbH* profetae *C* 826 saeculorum *M*K_1*B*¹ 827 mehum *L* 828 comuoluet *M*, conuoluit *R*, cum uoluet *B*¹ ruct*ans *(u eras.) M* 829 serus] uictor *C* *C*³, *fortasse* doctor relinquit *Mp* EXPLT' INCPT · LIBER · TERTIVS *C*, LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT TERTIVS *MRPL (add.* DECLARATIO MESSIS*)*, EXPLICIT LIBER SECVNDVS : INCIPIT TERTIVS *RB (add.* IVVENCI*)*, G. VETTI AQUILINI SIVE IVVENCI.VC. PRESBITERI EVANGELIORV̄ LIB · II EXpł INCIPIT TERTIVS K_1K_2*T (add.* LIBER*) Bb*

LIBER TERTIUS.

Fuderat in terras roseum iubar ignicomus sol.
Discipuli rogitant, lolii quid quaestio uellet
Et segetis; clarus quibus haec depromit Iesus:
‚Optima qui farris conmendat semina glebis,
Filius est hominis; mundum sub nomine ruris
Accipite, atque homines puro pro semine iustos.
At lolium infelix cooperti daemonis arte
Sunt homines: inimicus erit, uis horrida, daemon;
Extremus mundi finis pro tempore messis.
Messores patrii uenient per rura ministri,
Quos hominis natus proprii de corpore regni
Colligere erroris laqueos labemque iubebit
Collectosque simul rapidis exurere flammis.
Dentibus his stridor semper fletusque perennis,
Secretisque piis ueniet lux aurea uitae,
Sedibus ut caeli uibrantur lumina solis.‘
Haec docuit patriamque redit seruator in urbem.
Illic expediens populis — mirabile dictu —
Iustitiae leges uitaeque salubria iussa,
Virtutes patrias simul insinuando docebat.
Tunc liuore graui plebes conmota suorum
Praesentisque simul doni miracula uoluens
Et generis noti reputans ex ordine gentem,

7] cf. Verg. Ecl. V 37. 15] cf. Verg. Aen. VIII 670. 18] cf. Verg. Ge. II 30. 23] cf. Verg. Aen. VIII 722.

1 terris V_2*Hl* 2 lo∗li (*l eras.*) *A* 2 uelit *RM*K_2 (*m. 1*) *PT*V_2 3 segetes *A*K_1 clarus] xp̃s V_1*Hl* 4 obtima *RMAMpB* 7 imfelix *M* cooperte (i *superscr.*) *Mp* 10 patris *Poelm.* 11 proprio *Bb* 12 collegere *R*[1]*T*[1], corrigere *A*V_2 errores (*m. 1*) K_1K_2*T* iubebat *Hl* 13 collectisque *Hl* rabidis K_1 (*ex corr.*) *P* 14 histridior *L*, histridor *B* fletusque *CMp PT*V_1 *Poelm. in mg.*, luctusque *rell.* perendis (*sic*) *M* 17 re∗it *M* seruator *C*K_1K_2*MpPTBb*, saluator *rell.* 18 dicti in *A* 19 legis *MA* K_2*T*[1]*Bb*[1] 20 simulque *M*, patriasque *B* 21 tum *A*[2]K_1K_2 (*m. 1*) *T* plebis *A*K_2*T*[1] 22 doni *CR*, dñi *rell.*

Haec inter sese mussanti uoce uolutant:
,Nonne hic est fabri suboles, cui nomen Ioseph?
Non Maria est genetrix. non fratrum nota propago?
Unde igitur legis doctor tantaeque minister
Virtutis, cedit cui labes uicta malorum?
Nazara sic plebes; cui talia reddit Iesus:
,Temnuntur propriis miracula semper in oris
Et sine honore manent patria sub sede profetae.'
Talibus indignans pressit sua munera Christus.
Interea ad regem uolitabat fama superbum,
Quod mala cuncta illi uirtus diuina domaret.
Sed putat Herodes, leti quod lege remissus
Tanta ut Iohannes uirtutis dona teneret.
Nam quondam cernens liuenti pectore daemon,
Erroris labem puris quod solueret undis
Iustus Iohannes, damnis accensa malorum
Tunc petit Herodem pestis saeuissima regem
Et facile iniusti penetrans habitacula cordis
Adcumulare feris subigit scelera impia gestis.
Arserat inlicito Herodes accensus amore
In thalamos fratris, casto quod iure uetabat
Doctus Iohannes. Feritas sed nescia recti
Subiecit leges pedibus fruiturque nefandis
Conubiis ipsumque super, qui praua uetabat,

43] cf. Verg. Aen. VII 496. 46] cf. Verg. Ge. II 492.

24 mussanti CT^1V_1Bb, submissa *Poelm.*, musitanti *rell.* uolutat K_2 *(m. 2)* T, susurrant V_1 25 sobolis AT^1 26 nonne A^1 patrum M^1 propago] CR, propago est *rell.* 27 magister RBL 28 laues A, labis K_1K_2T uicta] cuncta V_1Hl laborum V_1V_2 *Poelm.* 29 Gazara V_1 sit V_2Hl plebis $MAK_1K_2PT^1Bb$ reddidit MT^1, reddet A^1 30 horis Hl 31 profetae C 33 superumm C 34 illi CT^1, illic *rell.* domarit C, donaret A^1 35 lege remissus] surgere posset Hl 36 tantae *ll.* Iohannis *(ex corr.)* M 37 quoniam M^1, quando *(in ras. m. 2)* K_1T libenti CK_2T^1 38 lauem A 41 penitrans M 42 adcomolare R subegit RV_2 scelere Hl 43 inlicita Hl herodis MK_2T^1 44 thalamis T^1 casto CV_1 *Poelm. in mg.*, sancto *rell.* uetebat M 45 iohanuis MK_2T 46 sebiecit R^1 legis $K_2T^1Bb^1$ 47 ipsumque] istum *(m. al.)* M, iustumque *Poelm. in mg.* insuper M qui MK_2T^1 *Poelm.*, quia *rell.* uetebat K_1P^1

Carceris inmersum tenebris uinclisque grauauit.
Sanguine nam iusti primo conpressa timore
Abstinuit sitiens feritas, quia magna profetam
Plebis Iohannem ueneratio suscipiebat.
Natali sed forte die cum laeta tyrannus
Herodes celsis strueret conuiuia mensis,
Luxuriae quoniam coniuncta superbia gaudet,
In medio iuuenum reginae filia uirgo,
Alternos laterum celerans sinuamine motus,
Conpositas cantu iungit modulante choreas.
Ipse sed in primis mirata uirginis arte
Attonitus stupuit; tunc praemia cuncta patere
Iuratus spondet, quaecumque puella petisset.
Illa sed horrendae seruans scelera impia matris
Urget Iohannis caput a ceruice reuelli
Et lance inferri praesentia munera poscens.
Praesentum Herodes procerum sub pondere tristis,
Iurandique memor iuris tamen imperat aegre,
Insontis caput inferri tradique puellae.
Illa — nefas — matri scelerata ad gaudia portat.
Corporis at lacerum flentes sine nomine truncum
Discipuli condunt terrae Christumque sequuntur.

53] cf. Verg. Aen. I 638. 59] cf. Verg. Ge. II 508. 62] cf. Verg. Ge. IV 523. 68] cf. Verg. Aen. II 557.

48 inmersum *C*, inmersit *rell.* uinculisque K_2T^1 grauabit AV_2 49 promotio pressa timore *Poelm. in mg.* 50 profetam *C* 51 ueneratione T^1 suspiciebat $MK_1K_2MpTV_1$ 52 natalis *LP* tirrannus *C*, tyrandus *M* 53 herodis $M^1K_2T^1$ celsi *Mp* instrueret V_1 mensis CV_1, tectis *rell.* 54 luxoriae MB^1 55 med$\overset{\text{o}}{\text{i}}$ *A* filie *L* 56 caelerans *RM* mot$\overset{\text{u}}{\text{ọ}}$s *P* 57 cantu] *s. l.* C^2 conpositas lusit *R* (ł iungit *m. 2*) *A* lusiscant$\overset{\text{u}}{\text{ọ}}$ *A* iugit *Mp*, iunxit *L* modolante *C* 59 patere CV_1Bb, parare *rell.* 60 spondit RB^1 62 urguet $RMPB^1Bb$ iohannes *C* capud *C* e *R* 63 poscens CRV_1V_2Bb, poscent (*m. 1*) K_2P, poscit *rell.* 64 herodis $MK_1K_2T^1$ mox rex procerum de *N* 65 iuratumque T^1 aeger *A Poelm in mg.* 66 capud *C* imferri *M* 67 matri *C*, matris *rell. cf. Matth. XIV 11* 68 ad *plerique* 69 (= 73) secuntur $K_1K_2MpPT^2Bb$

Ille ubi cognouit iusti miserabile letum,
Deserit insonti pollutam sanguine terram
Frondosaque latet secretae uallis in umbra.
Sed populi inmensae uirtutis dona sequuntur.
Ille ubi credentum turbas in ualle remota
Conuenisse uidet, morborum tabe repulsa
Corpora subiecit miseratus multa medellae.
Iamque sub extremo labentis lumine solis
Discipuli Christo suadent dimittere turbas,
Ut sibi quisque paret quaerens per compita uictum.
Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni.
Discipuli ostendunt, nil amplius esse ciborum
Ni pisces geminos et farris fragmina quinque.
‚Hoc, inquit, satis est.' Tum mox discumbere plebem
Gramineisque toris iussit conponere membra.
Suspiciensque dehinc caelum genitore precato
Ipse duos pisces et quinque ex ordine panes
Diuidit et dapibus mensas onerauit opimis.
Iamque expleta iacet — dictu mirabile — plebes,
Reliquiasque dehinc mensis legere ministri
Bissenosque sinus cophinorum fragminis inplent.
Cenantum numerus tum milia quinque uirorum,
Praeterea populus matrum fuit et puerorum.
Discipulis tunc inde iubet conscendere nauem
Et transire fretum, donec dimitteret omnes,

83, 84] cf. Verg. Aen. I 708, VIII 176. 87] cf. Verg. Aen. I 706, III 224, Ge. IV 133. 88] cf. Verg. Aen. III 630.

70 cognouit ut *A* misserabile *M*, mirabile *Hl* 71 insontis *RAPBHHl Poelm. in mg.* 72 secreta V_1Hl 73 DE QVINQVE PANIBVS *L* 74 inde *M* remota* (s *eras.*) *Hl* 75 comuenisse *M* uidit AV_2Bb labe *M* 76 misseratus *M*, miseratur Mp^1, medio A^1 medillae *(m. 1)* K_2T 78 demittere *Mp* 79 competa $RMK_1K_2TV_1V_2B^1$, completa P^1, impio *A* 80 comuiuia *M* 81 nihil *MP* cyborum esse *A* 82 nisi CT^1 fragmine *R*, framina *Mp* 83 inquid CAK_2MpT^1 tunc *ML Poelm. in mg.* 85 suscipiens $K_1T^1V_1B$ 86 ille *M* 87 honerauit *Hl* 88 iacet] iubet *A* plebis MK_2T^1Bb 89 relliquiasque *RP* 90 cofinorum CAK_2PTB, coffinorum *M* 91 cenantum CR^2MpH, cenatum *rell.* 93 tunc ipse V_1 nauim RB^1

In sua quemque, uiros. Tum montis celsa petiuit
Secretusque dehinc genitoris nomen adorat.
Iamque soporata torpebant omnia nocte,
Cum puppis medio sulcabat in aequore fluctus
Iactata aduerso surgentis flamine uenti.
Ast ubi iam uigilum quarta statione premebat
Noctis iter rapidos attollens lucifer ortus,
Fluctibus in liquidis sicco uestigia gressu
Suspensus carpebat iter — mirabile uisu —!
Iamque propinquabat puppi, sed nescia nautae
Attoniti tremulo uibrabant corda pauore
Clamoremque simul confusa mente dederunt.
Tum pauidis Christus loquitur: ‚Timor omnis abesto,
Credentumque regat uegetans constantia mentem.
En ego sum, uestrae doctorem noscite lucis.‘
Olli confidens respondit talia Petrus:
‚Si tua nos uere dignatur uisere uirtus,
Me pariter permitte tuo super aequora iussu
Fluctibus in liquidis inmersos figere gressus.‘
Adnuit his Dominus; nauem mox linquere Petrus
Audet et innixus figit uestigia ponto.
Verum ubi tantarum mentem miracula rerum
Terrificant uentique minas crebrescere cernit,

96] cf. Verg. Aen. III 437. 97] cf. Verg. Aen. VI 390. 103] cf. Verg. Aen. VII 810, XII 252. 107] cf. Verg. Aen. XI 14. 110] cf. Verg. Aen. XII 18. 115] cf. Verg. Aen. VI 159. 116] cf. Verg. Ge. IV 441. 117] cf. Verg. Aen. XII 222.

95 queque RPV_2H petunt A^1 96 numen M^1AT^2 97 turpebant R 98 fluctum AK_2 *(m. 1)* 99 surgentes A flamina T^2Bb 100 iam] *om.* P uigilium $M^1A^1K_1K_2T$ 101 inter C attollit R^1V_2 lucirfer hortus K_1 102 gressus A 103 uisu] dictu V_1 104 pupi M 105 attoniti stupefacti Mp bibrabant A corde R^1 106 comfussa M mente uoce C, mente $AMpPN$, uoce *rell.* 107 tunc K_1K_2TBb 108 reget A^1, regat V_1 uegitans $MK_1K_2LT^1V_1V_2B^1Bb$ 109 uester M^1T^1 110 i olli A respondet R, $\overset{\text{it}}{\text{respondens}}$ H 111 uere nos PN dignantur R^1L uissere M 113 non mersos MpV_1 114 anuit C $\overset{\text{i}}{\text{hic}}$ M, huic T nauim RL mox] post V_1Hl relinquere M^1 115 inmexus A^1, innexos *(m. 1)* K_2T^1Bb fixit (x *in ras.)* T 117 crebriscere C, crescere $RM^1K_1T^1$

Paulatim cedunt dubio liquefacta timore
Quae ualidum fidei gestabant aequora robur.
Iamque Simon medio submersus corpore clamat:
‚Fluctibus horrendis pereuntem diripe, Christe!'
Dextera confestim protenditur obuia Petro,
Et dubitata fides uerbis mulcatur amaris
Ascensaeque rati contraria flamina cedunt.
Praesentemque Dei subolem stupuere rogantes
Cuncti, nauigio socios quos casus habebat.
Transierat tandem sulcans freta feruida puppis
Optatumque grauis conprenderat ancora portum.
Conueniunt populi rapido per litora cursu
Portantes aegros uestisque attingere fila
Extrema exoptant — mirumque — hoc munere cuncti
Credentes referunt plenam per membra salutem.
  Ecce Pharisaei scribaeque hinc inde dolosi
Captantes Christum promunt fallacia dicta:
‚Cur tua discipulos patitur doctrina labare
Praeceptis ueterum? manibus nam cura lauandis
Praeteriit, sumuntque simul cum sordibus escas.'
Ille sub haec fatur: ‚Magis hoc est quaerere dignum,
Transgressi praecepta Dei quod proditis omnes.
Namque Deus mortem defixa lege minatur,

119] cf. Verg. Aen. IV 441.

118 timori *CATN* 119 rubor *C* 120 Symon *Bb* summersus *C* 121 pere$\overset{u}{e}$ntem *R* eripe *A*, deripe *PV_1V_2Hl* *fort. recte* 122 comfestim *A* praetenditur V_2 *(a m. 1)* 123 mulcatur *CAK_2T(?)*, mulcetur *rell. et edit.* amoris *ex* amaris *C*, amoris *MT* 124 ascensique *A* fluminina T^1 125 subolem *CK_2T^1HHl*, sobolem *rell.* 126 in nauigio *B* causa trahebat *A* 128 obtatum *RA alii* conprendere *R^1AM^1*, conprehænderat *A* ancora *$C^1K_2MpT^1$* 129 comueniunt *M* 131 extremã *A* optantes *MpHl* mirumque *CA Poelm. in mg.*, miroque *rell.* 132 per] in sua *A* saluam A^1 135 Quur *A* uetuit *A* labari *C*, lauare *A*, labore *T^1L* lapsare ferunt documenta *Poelm.* 136 nam] quos *$K_1K_2TV_1$* 137 praeteriit *M^1AK_2* *(m. 1?)* T^1, praeterit *rell.* sumuntque *CAP*, absumuntque *uel* assumuntque *rell.* 138 sed *ex* sub *M* 139 transgressa K_1 *(m. 1)* mandata *Poelm. in mg.* 140 iamque *A* morte *Poelm.* difixa *AK_2T^1*

Si genitor cuiquam uerbo laedatur amaro
Vel genetrix nati dictis pulsetur acerbis.
Inrita uos istaec facitis peruersa docendo.
Quam manifesta uigent de uobis dicta profetae:
Me populus summis labiis sublimat honore,
Sed diuersa procul cordis secreta pererrant.
Accipite ergo omnes auresque aduertite cordis:
Non inlata homini fuerint quaecumque, pudendis
Sordibus aspergent uitaeue animoue sedebunt.
Erumpunt hominum sed quae penetralibus oris,
Internam misere maculabunt edita mentem.‘
Discipuli Christo memorant, quod uerba loquentis
Occulto traherent scribarum pectora risu.
Ille dehinc: ‚Genitor plantarum semina noster
Quae non ipse sui conseuit in aequore ruris,
Abiciet penitus radicibus eruta longe.
Caecum forte ducem caecus si nactus oberret,
Decidet in foueam pariter dimersus uterque.‘
Tunc petit absolui Petrus, quid quaestio uellet,
Ipse Pharisaeis quam mox scribisque dedisset.
Tum sator aeternae respondit talia uitae:
‚Vos etiam duro discluditis omnia corde
Iussa nec admittit mentis dubitatio lucem.
Nam quaecumque hominum ueniunt extrinsecus ori,

147] cf. Verg. Aen. V 304.

141 sic R^1B quisquam *A*, cuiusquam V_1 142 genitrex *M*, genitoris A^1 uerbis MpV_1V_2 aceruis R^1A 143 ista haec *R* (haec *a m. 2*) *AMp* (hista), ista MLV_1V_2Bb, istic T^1B^1, ista et *PHl* 144 profetae *C* 145 oblimat Mp^1 148 inlota (*m. 1*) K_2T hominis Mp^1, homines *Poelm. in mg.* 150 penitralibus *M*, penetrabilibus RAV_1V_2 151 miserae *C*, missere *M* 153 carpant V_1 (*cum gl.* detrahant, captant) 155 suo $R^1K_1K_2L$ consueuit (*m. 1*) K_2T, plantauit *Hl* 157 caecum—caecus *C* A^2MpP, caecus—caecum *rell.* si] i *C* nanctus $RM^1AK_2TV_1$ obherret *R*, aberret M^2, oberrans *Poelm. in mg.* 158 decidit $R^1MLV_1V_2$, decidi& *Hl* demersus CAK_2 (*ex corr.*) Mp^2Bb 159 NV̄ QVOD IN OS INTRAT QVOINQVINAT *L* tunc *MpPN*, tum *rell.* uellit *C*, uelit R^1V_1 160 scribisque quam mox *M* 161 tunc *CRMp* 162 duros K_1K_2 163 amittit *C*, ammittit *P*, admittet K_2TBb

In uentrem cedunt animoque incognita currunt.
Quae uero interno concepta e pectore promunt
Ora hominum, mentem possunt aspergine labis
Polluere inmundoque hominem maculare piaclo.
Secreto cordis promuntur noxia uitae
Consilia et caedes et furta nefanda tororum
Et fraudes fallaxque hominum pro testibus error
Et rapidae caelum pulsans uaesania uocis.
Haec sunt quae maculant hominem, quae sordibus inplent.
Inlotis autem manibus non polluit umquam
Corporis arbitrio terrenum sumere uictum.'
  Haec ubi dicta dedit, pulcherrima rura Syrorum
Sidonemque Tyrumque petit: cum femina fusis
Crinibus et precibus natam causata iacentem
Voluitur et tacitum non desinit anxia Christum
Orare, ut mentem uexatam daemone saeuo
Redderet et miserae tandem resipire liceret.
Tunc etiam precibus sectantum discipulorum
Respondit, proprias genitoris malle bidentes
Cogere, quas uanus late disperserat error.
Crebrius instanti tum talia fatur Iesus:
,Natis quisque suis panem non detrahet umquam
Et canibus iaciet.' Tum talia femina fatur:
,Micarum saltem canibus sua portio mensae

170] cf. Ou. Met. IV 174. 176] cf. Verg. Aen. II 790.

166 concepta K_1, concepte AK_2T^1, e *om.* CMp 170 torum C 171 fallax fraudesque A 172 rapida A, rabida V_2, rabidae K_1 *(m. 2)* MpT^2 *Poelm. in mg.* uaesania C, uisania (ui *in ras.*) M uoce A^1 175 sumire T^1 176 DE MVLIERE CANANAEAE L sirorum C 177 sydonem RM^1P, sydorumque Mp tirumque C, tyrorumque A^2K_2 petiit A suplex A 178 crinibi effusis A 179 uolbitur A d*sinit *(i eras.)* M 180 Demones euo sanam M, demonis aeuo K_1K_2T 181 misere R *cum aliis* misiserere resipisse Mp resipire CV_2, respirare; resipisse R, resipissere M^1, resipere A, resepere *(m. 1 ?)* K_1K_2T, resipisse *rell.* liceret *ex* liceat R 182 tunc etiam] insuper his liceret A, insuperhis $MpHl$ 183 uidentes C 184 disperserit $AK_2Mp^1T^1$ 185 tunc Mp, tum Iesus RHl, tum ihs MV_1V_2 186 *om.* T panes PBN detrait (it *in ras. m. al.*) M, dethraet Hl 187 iaciat Hl tunc HHl 188 saltim RMA *alii*

Decidit et nihilo dominorum cena grauatur.'
Tum Dominus loquitur: ,Veniant tibi digna salutis
Praemia, quae fidei meruerunt robora tantae.'
Talia saluator uerbis caelestibus edit
Virginis et mentem discusso daemone uirtus
Conplexam inpleuit donis fecunda salutis.
  Inde Galilaeas repedat seruator in oras
Praecelsique procul montis consedit in arce.
Haut mora, conueniunt populi secumque trahebant
Pars captos oculis et crurum debile uulgus
Elinguesque alios morbique uocabula mille.
Omnibus ille tamen languores dempsit amaros,
Viribus et ualidis uenerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant
Aeternoque patri laudes gratesque celebrant.
Discipulos Christus cogens in uertice montis
Secreto adloquitur: ,Plebis miseratio multa est,
Tertia nam terris remeant iam lumina solis,
Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum;
Ieiunam nolim tantam dimittere plebem,
Ne labor adficiat populos per longa uiantes.'
Discipuli Christo ostendunt septem sibi panes
Esse et pisciculos alimenta ad proxima paucos.

190] cf. Verg. Aen. I 605. 201] cf. Verg. Aen. V 361. 204] cf. Verg. Aen. XI 526. 206] cf. Verg. Aen. VI 255. 207] cf. Ou. Met. VII 79.

189 decidet RK_2T^1, decidat *Poelm. in mg.* grauetur *Poelm. in mg.* 190 tunc *MpHl* uenient *MMp* 191—194 *desunt in Mp* 191 robura R^1 uitae *Hl* 192 caelestibus edit V_1, medicamina donat *Matr.* et uoce loquutus *uel* locutus *rell. cum C, qui uerba in rasura litteris cursiuis anglosaxonicis scripta habet* 193 decusso V_1V_2Hl 194 secunda V_1 195 ERAT IHS SANANS POPVLV *L* Galileę V_1Hl repetat *CR,* repetit *A* saluator K_1K_2MpPTB 196 conscendit *Mp (?)* 197 aut *CMp,* haut *plerique* comueniunt *M* 198 uulgus debile crura *Poelm.* 199 altos *C* alii TV_1V_2 morib;que *C* 200 langores *Hl* acerbos MpV_1Hl 201 et uires ualidas *A* mirando MpV_1 munera *H* 202 tunc *Mp* 203 aeterno *M* 204 DE SEPTEM PANIBVS *L* 205 secreto CV_1, secrete *rell.* 206 remeantia CAK_1K_2T 207 sumant *VHl* 208 nollim T^1Bb^1, nulli *L*

Tum populum iussit terrae per terga cubare,
Quodque fuit totum propriis discerpere palmis;
Et cunctae curat mensatim dedere plebi.
Discipuli ponunt epulas populusque repletur
Ad satiem dapibus; relegunt mox fragmina panis
Et sportas referunt cumulato pondere septem.
Quattuor ex omni fuerant tum milia plebe
Nec numero quisquam matres puerosque notauit.
Inde Magedarum naui transcurrit in oras.
Ecce Pharisaei Sadducaeique dolosi
Poscere temptantes instant caelestia signa.
Sed Christus cernens fallacia pectora fatur:
,Conuexum quotiens claudit nox humida caelum,
Si ruber astrifero procedit uesper Olympo,
Dicitis: Adueniet uentura luce serenum.
Iamque sub exortu solis ubi tristia rubro
Nubila miscentur confusa luce colori,
Dicitis, agricolis nautisque uenire fragosam
Ventorum rabiem tempestatumque furores.
Fallaces, nostis faciem discernere caeli,
Saeclorum uero nescitis tempora signis
Explorare suis? Sed uobis signa dabuntur,
Quae maris inmenso quondam uenere profundo,
Belua cum tenuit uentris sub carcere uatem.'
Haec ait et propere puppis retinacula soluens

215] cf. Ou. Fast. IV 545. 224] cf. Verg. Aen. II 8, III 198. 225] cf. Verg. Ecl. VI 86. 226, 227] Moret. 4. 230] cf. Stat. Theb. VII 810.

213 quod *ML*, quotque *P* 214 comtae *M* curam V_1, curat (t *in ras. 2 litt.*) K_1 curat cunctae *Hl* 215 epulas dapibus *Hl* 216 faciem *H* relegant *R* fraumina *A* 217 refferunt *M* pundere *M* 218 plebe $CLMpT^2V_1$, plebis *rell.* 219 notabit *A* 220 magędarum *C*, magidarum MK_2Bb, mageddarum V_2 221 saduceique *RM alii* 224 conexum *M*, connexum *N* claudet MK_1K_2T nox *ex* mox *T* umida K_2 *(m. 1)* T^1PH 225 iubar *A*, rober K_2T^1 procedet V_1*(?)*V_2 olimpo *C cum aliis* 227 ortu R^1M^1 ubi CV_1, si *rell.* 228 nula *L* comfusa *M* 229 uenise *M* 234 uenire AK_2T^1 235 bilua *M* 236 CAVETE FERMENTV PHARISEORVM *L*

Trans freta contendit rapido conprendere cursu
Arua Philipporum sociisque haec talia fatur:
,Sollicite uobis uitentur noxia farra
Fermentumque ferox uestris auertite mensis.
Illa Pharisaei Sadducaeique dolosi
Admiscent escis falluntque in nomine panis.
Cur uobis tacitas uoluit cunctatio mentes?
Pro! quam parua fides sensu torpente fatiscit!
Dicitis auersi, naui quod tollere panes
Non fuerit uobis uacuum farrisque cauendas
Insidias iubeam; meminisse et scire putabam,
Quod panes quinque plebis mihi milia quinque
Inplerint dapibus cophinisque superflua tantis
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum,
Quattuor et rursum cenantum milia panes
Quod facile inplerint septem sportasque referri
Vidistis rursus conpletas reliquiarum.
Sed moneo istorum semper fermenta cauere.'
Discipuli tandem uitalia uerba secuti
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.
  Inde ubi peruentum liquidi per terga profundi
Clara, Philippaeo quae pollent nomine, rura,
Cogit concilium sectantum discipulorum
Et quaerit, quem se populorum fama putaret.
Respondent multas plebis tunc esse loquellas:

237] cf. Verg. Aen. V 291.

237 transcendit rabido freta *R* (ł trans freta contendit *in mg.*) conprehendere K_2TB 239 sollicito A^1 241 sadducaeque *C*, saduccique *plerique* 243 quur *A* tacitam—mentem MpV_1 tacita $K_2T^1V_2$ oluit *CR*, soluet *A* cogitatis *M* mentis AK_2T^1 244 qua *C* fatescit $RK_1MpPV_1B^1$, patescit M^1Bb 245 aduersi V_1Hl 246 cauendus *C* 247 et scire] iscire *Hl* 248 quod panes quini plebis mihi *Poelm.*, p. q. mihi plebis quod *in mg.* 249 implerent $CR^1K_1K_2PV_1V_2B$, implerunt *M* coffinisque *M* 250 cumolum *C* 251 rursus MK_1K_2Bb 252 implerent CK_1K_2PTBb, impleuerint *M* 253 rursum AK_1K_2MpT 254 caueri $MK_2LMpPTBBbH$ 257 peruentum est *RKLP* 258 quo T^1B^1H, qua *Poelm.* rora *M* 259 sectandum *HHl* 261 multiqui *A*, multi K_2 (*m. 1*) $T^1V_1V_2$

Crebrius audisse et multos firmare, quod esset
Iustus Iohannes, populos qui flumine lauit.
Pars memorat uolucris famae sibi cognita uerba
Heliam uenisse iterum, quem praepete curru
Turbine caelesti quondam simulata quadrigis
Astris inseruit rapidae uis feruida flammae.
Hieremiam dixere alii paruisse profetam.
Tunc Christus cunctis arridens pectore blando
Conquirit, quae sit sententia discipulorum.
Sed stabilis Petrus: ,Tu Sancti filius, inquit,
Christus, magnifico terras qui lumine conples.'
Tum Dominus forti respondit talia Petro:
,Petre beatus eris, nam talia pandere certe
Humanus sanguis uel terrae portio corpus
Haut umquam poterit. Genitoris munera sola
Possunt tam ualidum fidei concedere robur.
Tu nomen Petri digna uirtute tueris.
Hac in mole mihi saxique in robore ponam
Semper mansuras aeternis moenibus aedes.
Infernis domus haec non exsuperabile portis
Claustrum perpetuo munitum robore habebit;
Caelestisque tibi claues permittere regni
Est animus; terrisque tuo quae nexa relinques
Arbitrio, caelo pariter nodata manebunt;

264] cf. Ou. Ep. XVI 207. 272] cf. Verg. Aen. III 645. 284] cf. Verg. Aen. XI 325.

262 et *om.* MK_1Bb, audiss& K_2T esset] ipse *Hl* 263 iohannis K_2T 264 memorans K_2TBb uolucris memorat *PB* 265 praepeti MR^1Bb, repete (re *in ras.*) *B* currum *C*, curru K_2 *(m. 1)* T^1V_1, cursu *rell.* 268 *om.* *Mp* paruisse *C*, paresse *M*, apparuisse V_2, pars esse *rell.* profetam *C* 269 tum MK_1K_2TBb arridens] affatus MpV_1Hl 272 qui terras K_2 273 tunc *C* forte K_1 *(m. 1)* Mp^1 274 certe] terrę *N* 275 sangues *M* 276 aut *C (passim)* poterint RM^1 277 poscunt *C* concidere *C* rubor *C* 279 hoc in moli *M* (inmobili *i. m. adscr.*); hoc mihique inmobili *P*; *post* mihi: ualidumque in marmore *eras. in C* robure *M* 281 imfernis *M*, infirmis K_2 exuperabile *C*, exsuperabilis M^1 282 monitum *C* robure M^1, robore AK_2 *(m. 2)* Bb^2, robur *rell.* 283 caelestesque *AL*, celesteq; K_2 *(m. 1)* T^1 284 nixa R^1, nexu $A^1K_2T^1$ relinquens *P*, relinquis V_2 285 caeli T^1V_2 ligata *A*, non data K_2T^1

Soluerit et rursus tua quae sententia terris,
Haut aliter uenient caeli sub sede soluta.
Sed uos discipuli Christum me dicere cunctis
Parcite, quo soli cognoscant talia digni.
Iam lux adueniet properis mihi cursibus instans,
Moenibusque in Solymis rabies cum prona furore
Eximios uatum saturabit sanguine nostro.
Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum,
Consurget radiis pariter redimita salutis
Vita mihi cunctisque dabit sua munera terris.‘
Tum Petrus magno percussus corda dolore:
‚Absint, Christe, tuis, inquit, tam tristia sanctis
Monstra procul membris; nec fas est credere tantum,
Nec tibi tam durus poterit contingere casus.‘
Christus ad haec: ‚Procul hinc, inquit, procul effuge, daemon.
Non diuina tibi mentem prudentia tangit,
Sed terrena sapis mollique timore tremiscis.
Sed si quis uestrum uestigia nostra sequetur,
Abneget ipse sibi corpusque animamque recusans
Atque crucem propriam comitatibus addere nostris
Gaudeat, amissam redimet cui gloria uitam;
Nam seruata perit terris possessio lucis.
Sed quid proficient saecli mortalia lucra,

296] cf. Verg. Aen. I 209; *cf. infra u. 364.*

286 *oluerit *C* et] ad *Mp*, at V_1 287 ueniet K_1K_2 sub] *om.* V_2 289 quos (s *add. m. al.*) *M*, quod $RK_1K_2V_2Bb$ *Poelm.* 290 propriis R^1M 291 moenibusq; *C*, que *om. rell. cf. indicem* solimis *plerique* prona] uesana *in mg. add. M* 292 eximio statu *M (ex corr.) A* uatum] tantos K_2, *in ras. T* adornabit (saturauit *m. al. s. l.*) *M*, saturauit $K_1K_2T^1$ sanguine* (m *eras.*) *A* nostros *M* 293 luctifluum V_1*(?) Poelm.* 295 cunctisque] cautisque *Hl* debet R^1 296 tunc MK_2 *(ex corr.) MpPBbG* perculsus $R^2AMp(?)B^1$ corde $K_2LT^2V_1V_2B^1BbG$ pauore *RL* 297 inquid *C (passim)* 298 nefas *H* 301 nil *RP*, nihil MT^1Bb tua diuinam *Poelm. in mg.* 302 tremore K_2T^2Hl tremiscis *CA*, timesces K_2, timisces *T*, tremescis *rell.* 303 sequatur *MP* 304 abnegit *C* corpus K_1Bb animamque *in ras. T, s. l.* K_2 305 adque *C* 306 redemit *M* 308 s. q. proficiunt *Poelm.*, commoda sed quid erunt *Poelm. in mg.* saeculi *M*

Si damnum subeant lucis uitaeque perennis?
Vel quae digna queunt animae conmercia poni?
Filius huc hominis ueniet sub nomine patris,
Caelestesque illum fremitu comitante ministri
Stipabunt, reddetque hominum sua debita uitae.
Vera loquor: certos istic sub limine lucis
Inueniam, caeli fulgens cum regna capessam.‘
  Haec ubi dicta dedit, passus bis terna dierum
Lumina conuerso terras transcurrere caelo,
Tum secum iubet abruptum conscendere montem
Petrum Zebedeique duos per deuia natos.
Inde ubi peruentum secreti montis in arcem,
Continuo Christus faciem fulgore corusco
Mutatur, uestemque niuis candore nitescit.
Respiciunt comites mediumque adsistere sanctis
Heliae Moysique uident. Tum talia Petrus:
‚Respice, num nobis potius discedere longe,
An istic tantae spectacula cernere molis
Conueniat; trino tamen hic tentoria uobis,
Si iubeas, frondis faciam diuersa paratu,
Singula sub noctem quae uos aulaea receptent.‘
Talia dum loquitur, caelo praefulgida nubes
Circumiecta oculis uestibat lumine montem,

315] cf. Verg. Aen. VIII 507; Stat. Theb. II 109. 316] *cf. u. 176.* 321] cf. Verg. Ge. IV 98. 322] cf. Verg. Aen. XII 84, III 538. 331] cf. Verg. Aen. VI 640.

309 subeunt *A*, pariant V_1 *Poelm.* uitae lucisque *MP* perendis *M* 310 queant *Hl* 312 caelestisque AK_2T^1, caelestes *Hl* 313 hominem V_1 *(m. 1)* 314 istinc MAK_2, isti*c (i_1 *a m. 2)* *T* lumine $R^1K_1Mp^1T^2B^1$ sublime *AL* 315 imueniam *M* 317 conuexo A^1K_2 *(m. 2)* PT^2Hl terras] umbras K_2, uerbera *Bb* 318 tunc *PB* 320 peruentum est *RLPGH* 321 Christi *Bb* facie *R (in mg.)* K_2 *(m. 1)* LV_2B^2H, facies Bb^2 corrusco *C* 322 uestemque *C Matr.*, uestesque K_2T^2, uestisque *rell.* niueo *Mp* candorem *A* 324 helian *A* Moysi] Moisi *C*, Mosei RV_2, moysen *A*, Moyse $K_1K_2T^1$ tunc *R* 325 uobis *(m. 1)* K_2 326 anne A^1*(?)*L^2 istinc A^1Bb 327 comueniat *M* trino $CK_1LT^1V_1B$, trina *rell.* hiic *M*, stic T^1 328 frondes $K_1K_2T^2Bb^2$ diuerso MBb^1 apparatu *M* 329 nocte $MMpV_2BbGH$ qui *Mp* receptant L^2 330 nubis AK_2T^1 331 uesti*bat *(e eras.)* *RM*, condebat *Poelm. in mg.*

Et uox e medio lucis manifesta cucurrit:
,Unicus hic meus est natus, mea summa uoluntas;
Huius iustitiam iusto conprendite corde.'
Discipuli pauido presserunt corpore terram,
Nec prius e prono uultus sustollere casu
Audebant, sancto Christi nisi dextera tactu
Demulcens blandis firmasset pectora uerbis:
,Surgite et abiectum fortes calcate timorem
Nec cuiquam praesens pandatur uisio uerbis,
Ni prius huc hominis suboles speciosa reportet
In lucem referens mortis de sede tropaea.'
Consurgunt solumque uident et uoce requirunt,
Cur scriptis ueterum scribarum factio certet,
Heliam primum caeli de sede reuerti
In terras Christique dehinc consurgere lucem.
Christus ad haec: ,Veniet certo sub tempore iussus
Helias reddens mox omnia debita saeclo.
Sed si quis credit, iam uenerat ante renascens,
Ignotum ueluti rabies quem caeca furoris
Demersit leto; mox saeuior altera caedes
En hominis nato trucibus laniatibus instat.'
Haec ait et populum repetit montemque relinquit.
Ecce sed inflexis genibus fletuque solutus

340* Horomatis huiusce expertes facite cunctos

333] cf. Verg. Aen. VIII 581. 350] cf. Verg. Aen. II 244.

333 sola *M* uoluptas *Poelm. in mg.* 334 conprehendite *ALBBbG* 337 audibant *A* christi sancto *Mp* quam *Poelm. in mg.* 339 *et* 340 *om. M*[1], *pro quibus legitur u.* 340* Horomatis huiusce expertes facite cunctos, *post 339 legitur uersus in MpPV₁GH, post 352 in T (*Horomatisque huius*), idem post 340 in R (*Horomatisque huius*),* horomatis huius expertes reddite cunctos *Hl;* gloriae et huiusce expertes uos red-te *Poelm.,* oromatisque huiusce expertes reddite cunctos *Poelm. in mg., cf. Beda, Retr. in Act. ap. IX, 11 et 12* 340 uobis *PB*[1], uerbi *G* 341 Nisi *CA* hinc *A* subolis *CMT*[1] 343 solidumque uident et *Poelm. in mg.* 344 quur *A* 347 certo ueniet *M* certe V_2 iussus *C,* iustus *rell.* 348 haelias *C* debeta *C* 350 rabies quem ueluti *Mp* 351 dimersit K_2LG lęto *C* 352 inque RV_2, in *Mp* laniantibus *Hl* 353 reliquit RK_1K_2LPTB 354 imflexis *M* fletusque *Mp,* flectuque *B*[1]

Vir senior precibus Christum ueneratus adorat:
,Dauidis suboles, hominum lumenque salusque,
Te precor, horribilem nati de corpore morbum
Proturbes, reddasque seni solacia uitae.
Nam cursus lunae natum mihi daemonis arte
Torquet et in liquidas deiectum proicit undas,
Aut miserum medio proiectum uoluit in igni.
Nam tua discipuli sectantes iussa frequenter
Conisi nulla in solidum mihi dona dederunt.'
Tum Christus magno conmotus corda dolore:
,O gens nullius fidei, gens effera semper,
En etiam patiar uobiscum me fore terris?'
Sic ait et puerum mandat perferre parenti
Ante suos uultus. Tum uocis pondere multo
Incubuit mentisque simul conuulsa uenena
Daemonis horrendi purgato corde fugauit.
Discipuli rogitant, cur non successerit illis
Eiusdem pueri totiens temptata medella.
Respondit Dominus: ,Labat quia pectore uestro
Instabilis fidei nutans per lubrica gressus.
Nam si certa foret credendi portio uobis,
Instar quae minimi possit praestare sinapis,
Istius hinc montis possetis uellere uerbo
Inque alias sedes cunctam transuoluere molem.
Nam genus hoc morbi precibus sine fine fidesque

360] cf. Verg. Aen. V 859.

355 precibus *C* 356 da*idis (u *s. s.*) (b *eras.) A* o soboles *Mp*, sobolis $K_2T^1V_1Bb$ 358 proturbas $K_1K_2LT^1BBb$ 359 iam *A* 360 proiecit *ML*, protrahit *Hl* 361 uoluet K_2Bb ignem *A*, igne K_2T^1Bb 362 dicta *B* 363 solida *ex* solidum *T* 364 tunc *RHl* corde RLB^1Hl *Poelm. in mg.* 366 Nunc eius iam *A* patior K_1K_2TBBbH 367 praeferre V_2 368 tunc *AHl* pundere *M* 369 simul] sinu V_2Hl 370 purgata *P* 372 medelis *Mp* 373 respondet K_1 lauat (b *s. s.*) qui *M* 375 nobis *Mp Poelm.* 376 perstare *R* sinapi *Audomaropolitanus 266 s. IX*, senapis *A*, sinapis *rell.* quae minimi posset granum p. s. *Poelm. in mg.* 377 poteritis K_1 *(m. 1)* K_2T 378 hincque V_1Hl altas K_2T^1 379 precando *A* fidesque K_1 *(m. 2)* MpV_1B, fideique *L*, fide que *rell.* at genus h. m. duntaxat uota precesque *Poelm. in mg.*

Multaque robusti ieiunia pectoris arcent.‘
 Inde Cafarnaum gradiens peruenit ad oras.
Conuenere Petrum, quibus instat cura tributi,
Soluere poscentes solitum pro nomine Christi.
Ille sed ad Petrum conuersus talia fatur:
‚Dic, inquit, reges quorum dependere natos
Externos propriosne sibi iussere tributa?‘
Respondit Petrus: ‚Alienos soluere certum est.‘
‚Cernis, ait Christus, natum non soluere regis;
Sed ne quem laedam, praeceptum suscipe nostrum:
En maris undisoni rupes quae prodit in altum
Scandatur tibi summa, Simon, hamusque profundo
Stamine saetarum conexus praecipitetur.
Haeserit et curuo qui primus acumine piscis,
Huius pandantur scissi penetralia uentris;
Illic inuentum duplex dissolue tributum.‘
 Disciputi post inde rogant, quis maximus alto
In caeli regno meritis pro qualibus esset.
Tum Christus medio puerum consistere coetu
Praecipit et placido doctor sermone profatur:
‚Quisque cupit celsam caeli conscendere sedem,
Istius en pueri similem se moribus aptet.
Erroris laqueos saeclis increscere certum est,

394] cf. Verg. Cat. V 39.

380 multum ac *A* rubusti *P* 381 Capharnaum *M* peruenit ad *CMG Poelm. in mg.*, peruenerat *rell.* 382 comuenere *M* instabat R^1M 383 poscentis K_2T^1 solidum K_1T^2 384 comuersus *M* 385 inquid *C cum aliis* rependere V_2 natis K_2T^1 286 propriosue MK_2LMp *PTBGHHl* sibi^{ne} (ne *a m. 2*) *R* 387 Petrus his *Poelm. in mg.* 390 E Maris *M*, et maris *Poelm.* undissoni C^1M^1 rupis *MPBb* in aequor R^2 *(dupl. scr.)* MK_1K_2TBb *post 394* Inuentumque dragmum illius iliis apertis Prome et te illum prebe poscentibus nummum *M (sed signo athet. addito)* C_2 *in mg.;*
 Illic inuenta didragma quae illius ilis est
 Apertis prome et te praebe illud poscentibus aurum T^2 *i. m. inf.*
395 inuento *Poelm. in mg.* 398 tunc *RM* 399 praecepit MK_2T^1BbHl et] eis *A* *vv. 400 et 401 transmutati in* $MK_1K_2MpPTBBbGH$ En huius—se fingere certet *Matr.* V_1

Sed tamen infelix, per quem generabitur error.
Qui uero e paruis istis deceperit ullum,
Si sapiat, nectat saxo sua colla molari
Praecipitemque maris sese iaculetur in undas.
Nec quisquam fastu paruos contempserit istos.
Horum custodes caelesti in sede tuentur
Altithroni uultum genitoris sidera supra.
Sed si quis pastor, cui pascua credita tondent
Centum balantes, unam cum forte seorsum
Nescius error habet, quaesitor deserit omnes
Unius et totis lustrat uestigia siluis,
Illam si magno possit reperire labore;
Laetitia inuentae maior tum nascitur agnae,
Quam pro cunctarum numero, quod nulla resedit.
Ex istis paruis genitor sic perdere quemquam
Non patitur gaudetque suis increscere regnis.‘
,Si fratrem proprium delicto conmaculatum
Cernis, secretum mox dictis corripe solus.
Si tua uerborum patiens moderamina laudat,
Labentis mentem frater lucrabere fratris.
Sin tua solius contemnit uerba relinquens,
Tunc alios pariter monitor pia iussa frequentet.
Sed si discutiet doctorum frena duorum,
Tunc ad concilium referantur crimina plenum,
Ut populi saltem sanetur pondere uictus.

406] cf. Verg. Ecl. VIII 59, Aen. IV 253. 413] cf. Verg. Aen. XI 763.

404 deceperet *C*, deciperet *R*, deciperit *MBb* unum T^2 405 sapiet *C*, rapiat (ł sapiat *m. 2*) *R* suo *L* 406 mari *Bb* iaculatur R^1 410 Et siquis V_2 411 una *C* 414 illa *Mp* repperire *CR alii* labores *Bb* 415 tunc *Hl* 416 quod nulla resedit] quibus afuit error *A* recedit *nonnulli rec.*, recessit *Poelm. in mg.* 418 non] num L^1 concrescere R^1 419 proprio *RM (m. al.)* $K_1LMpPBBbGH$, proprios K_2T^1 420 cernes *CP* secretom *corr. in* secretum *C*, secretim *Matr.* V_1Hl, secretis *PBBbG*, secreto *rell.* 422 amorem *A* lucrauere *M* frater l. fratris m. *A* 423 si* (n *eras.*) *C*, si *AL* contempnet RK_1K_2MpP *TBBbGHl* reluctans MK_1K_2T 424 tum *ML* monitor pariter *RMp* 425 dicutiet V_2, descutiet *CM (m. al.)*, decutiet K_1K_2PTBb, discutiat *B*, decutiat *H* 427 saltem *C*, saltim *rell.*

Sin et multorum contempserit efferus ora,
Sit tibi diuersae multatus nomine gentis.
Namque in concilium semper praesentia nostra
Adueniet mediumque duum me stare necesse est,
Siue trium fuerit coetus sub nomine nostro.'
Tum Petrus quaerit, quot fratri errata remittat,
Vel septem lapsus hominum si forte liceret.
Christus prosequitur: ,Non septem crimina tantum,
Sed decuplata super donentur uulnera fratri.'
,Nam caeli regnum domini praediuitis aulae
Consimile est, nummi rationem qui sibi poni
Iusserit et seruum debentem multa talenta
Praecipit abreptum cum coniuge progenieque
Atque opibus cunctis uenali nomine sisti.
Tum seruus dominum prostrato corpore adorat
Et spondet, spatii sibi si foret ulla facultas,
Omnem nummorum domino dissoluere summam.
Conmouit dominum famuli miseratio flentis
Cunctaque trans meritum concessit debita seruo.
Ille sed egrediens conseruum limine in ipso
Nactus constringit; tum debita fortior urget
Persolui precibusque locum truculentus abegit,
Carceris et mersum tenebris poenisque premebat.
Quae postquam dominus famulorum noscere uerbis
Incipit, adducto ingessit iustissima seruo
Dicta dolens iramque mouet iussisque seueris

429] cf. Verg. Aen. XI 246.

428 contempserit *ex corr. M* *ora (h *eras.) M* 429 diuisae *MMp* PV_1BBbGH mutatus $CAMpT^1V_1V_2$, multator K_2 *(m. 1)* 430 consilium *A* 431 adueniat *L* dn̄m *A* 433 tunc *RLGHl* quod A^1B^1 dimittat *(m. 1)* K_2T 434 si forte *C*, si ferre *rell.*, indulgere *edit.* 436 crimina *R* frīt *Mp* 437 nunc *RML* 441 adque *C et alii* 442 tunc *AHl* 443 si sibi *C* si] *om. Bb, s. l. T* fuerit *(m. 1)* K_2 444 summa *P* 445 tum mouit *M* 446 concesserit A^1 448 nanctus R^1MAK_1MpBBb constrinxit *M* inmitior MK_1K_2T, fortius *H Poelm.* urgit *C*, urguet MK_1B^1 449 precibusque *C* abeget T^1 450 promebat *A* 451 posquam T^1 452 addicta K_2TG 453 iamque K_2T^1

In tormenta ferum detrusit cuncta reuoluens
Debita, dum dignis lueret per uincula poenis.
Sic uobis faciet genitor, qui culmina caeli
Possidet, inmites saeuo si pectore fratrum
Peccata orantum dure punire uoletis.'
Talia dicta dedit; Galilaeaeque arua reliquit
Iudaeamque petit, qua pinguia rura silenter
Agmine Iordanes uiridis perrumpit amoeno.
Nec minus in stratis aegros donare salute,
Sublimisque patris concedere munera praestat.
Ecce Pharisaei temptantes quaerere pergunt,
Coniugis an liceat reiectum scindere uinclum,
Quicquid erit, laesi tangit quod corda mariti.
Haec ubi percepit, depromit talia Christus:
,Principio Deus in terris par dispare sexu
Constituit iussitque uno de corpore necti
Amborumque animas iunctis inolescere membris.
Quod Deus ergo iubet proprio concrescere uerbo,
Inlicitum est hominum foedo secernere luxu.
Moyses praecepit, quod pectora dura uideret,
Scribere discidium, quo saxea corda reuinci
Per proprios apices possent sub iudice flamma.
Nam temere exsoluet casti qui iura cubilis
Alteraque illius thalamis sociabitur uxor,
Crimen adulterii populo sub teste subibit.'

459] cf. Verg. Aen. V 852.

455 luceret R^1 uincla *M* 457 possedet *CM* inmitis *(m. 1)* K_1K_2T pectora R^1 459 Galileaque *CH*, Galileaque $ALMpV_2G$ rura *LMp PGH* 460 quam per *M* silentem *M*, silenum *(m. 1)* K_2T 461 amne *M* Iordanis *RM et alii* prerumpit MK_1K_2T, perrupit *P*, prorumpit *Poelm.* amoenos V_1 462 pratis *ML* aegris—salutem *RAPBGHHl* saluti K_1K_2 *(m. 2)* *T* 463 perstat MV_1V_2 465 coniugii *MBb* relictum *M* 466 quidquid *C*, quicquit *M* tale si quod tangit *A*, *(om.* quod*)* V_1V_2 tanget *CMpP* corde *R* 467 percipit *CM* 468 dispari MT^2 470 animos $RMK_1K_2LPT^2G$ inoliscere *C* 472 secedere *Hl* 473 Moses *C* praecipit *C* uidisset MK_2 *(m. 2)* *Bb*, uiderunt *A* 474 quod AK_2T^1 reuincti *A* 475 possint RMK_1K_2PTBb flammae V_1V_2Hl *Poelm. in mg.* 476 exsoluit $R^1MK_1K_2TV_2BbG$

Discipuli referunt: ,Urget lex ista uirorum
Seruitiique premit non aequo pondere partem,
Ut melius fuerit thalamis caruisse perosis.'
Respondit Dominus: ,Non omnes pondere tanto
Subicient umeros, lectae sunt talia dona
Virtutis. Trino truncantur corpora more,
Quae nulla gaudent genitali lege tororum.
Namque alios tales progigni in luminis oras
Conperimus; plerosque hominum uis ferrea sexu
Exuit; atque alios ipsos sibi demere constat
Pro caeli regnis pronum de pectore amorem.
Quisque capax fuerit, celsa uirtute capessat,
Quod paucis lectisque Deus uult pandere munus.'
Haec ait et pueros, quos gaudens cura parentum
Cum precibus laetis certatim hinc inde ferebat,
Suscipit et plebem sectantum, quod prohiberet,
Increpat ac tales adfirmat regna mereri
Aulae caelestis. Sanctas his ordine palmas
Inponit redditque ulnis portare parentum.
Ecce sed e populo iuuenis, cui rura domusque
Et gaza exstabat, rerum possessio fulgens,
Accedit Christumque palam submissus adorat:
,O bone praeceptor, dic nunc, quae facta sequamur,
Ut mihi perpetuam liceat conprendere uitam?'

486] cf. Verg. Aen. VII 660.

479 urguet R^1MK_1L issa *L* 480 pre̜ monet *M* pundere *M* 483 subiciunt *A*, subici *L* humeros RK_1K_2Bb laetae *Poelm. in mg.* 484 truncatur *P* corpore amore *Hl* 485 genitalia *(m. 1)* K_2T 487 hominum] horum *L* 488 exsuit CK_1 exultatque *A* 489 promunt *C* morem *M*, amorum *Hl* 491 electisque *MP* minus *R* 492 aut *A* gaudens quos *M* 493 laeti CK_1Bb *Poelm.* ferebant CK_1 *Matr.* PV_1Bb 494 suscepit *M*, suspicit *A* peccatum *A* prohiberent *Hl* 497 reddi*que (t *eras. m. 2)* *R*, reddiditque *M* humeris V_1V_2Hl portare] iubet ipse R^1 498 iura V_1 domique *P* 499 gazaestabat *C*, gazae stabat $K_1K_2T^2$, gazistabat *Matr. N*, gaza distabat $RMLMpV_2BbGH$, gaza adstabat B^1, gazae adstabat V_1Hl 500 accidit *M* summissus *CR* 501 dic nunc] dignum *M* sequantur MPT^1 502 conprehendere *MA* K_2PTB

His auctor uitae tum talia reddit Iesus:
,Nunc demum quaeris, ueteri quae lege tenentur?
Non hominis perimes uitam, non furta tororum
Inuades, quaestumue alienis noxia rebus
Mens aut dextra leget, non testis falsa loqueris.
Sit genitor genetrixque tuo sublimis honore,
Proximus et frater pro te tibi cedat amore.'
Ille dehinc: ,Istaec semper mihi perpete cura
Obseruata reor, sed ne quid forte relictum
Desit, praesenti liceat me uoce moneri.'
Tum Christus fatur: ,Nunc si perfecta requiris
Prendere praecelsis meritis fastigia uitae,
Omnia, quae proprio retines solus dominatu,
Distrahe et ad miseros confer securus egentes.
Tum thesaurus erit caeli tibi conditus arce
Virtutisque tenax uestigia nostra sequeris.'
Haec adolescentis ueniunt ubi dicta per aures,
Deiecit uultum tristisque in tecta refugit.
Tum sic discipulis uitae spes unica fatur:
,Difficile est terris adfixos diuite gaza
Auelli caelique leues in regna uenire.
Nam citius tenuis per acus transire foramen
Deformis poterunt inmania membra cameli,
Quam queat ut diues caelestia regna uidere.'
Talibus attoniti comites stupidique silebant,

504] cf. Verg. Aen. XII 819. 505] cf. Ou. Met. IV 174. 512] cf. Verg. Aen. III 461. 520] cf. Verg. Aen. III 320, VII 500. 527] cf. Val. Fl. VII 101, cf. Verg. Ge. II 508.

503 tunc *R et alii* reddidit *MP* 504 daemum *C* 505 peremis *(m. 1)* K_2T^1 506 inuadis K_2T^1 questumque *P* 507 dextera *M* liget RV_1V_2Bb falso R^1 508 genetrexque *MA alii* 509 frater *C Matr.*, puro *rell.* 510 ista haec $MAMpPTV_2BbGHHl$, ista hac *R*, cuncta istaec V_1, istam haec *L* 511 nequi *P* 513 tunc *R* num *Mp* 514 fatigia *C* 515 retinens CMp^1 517 tunc *MALBPGHHl* thensaurus T^1 518 *om.* R^1 519 adoliscentis *CA*, aduliscentis *A*, adulescentis K_2B^2 521 tum $CAMpV_1V_2GH$, tunc *rell.* 522 adfixus K_2T de diuite *(de s. l. m. 2) Mp*, deuite *Bb* 525 deformes K_2T^1 526 quam diues possit c. r. u. *A* diues ualeat *Poelm. in mg.* 527 stupuere *A*

Voluentes quae tanta foret sub pectore uirtus
Humano, talem possit quae prendere uitam.
Respicit aeternae iustorum gloria uitae
Atque ait: Haec homini forsan uideantur acerba,
Sed Deus electis facilem praepandit in aethra
Possibilemque uiam, uirtus quam celsa capessat.'
Tum Petrus fidei munitus moenibus infit:
,Omnia nostrorum proiecta reliquimus olim,
Et tua iussa sequi nobis spes unica restat.
Quid nostris animis superest? Dic, Christe, precamur.'
Talibus ad Petrum uerbis respondit Iesus:
,Vos quicumque meum mentis penetralibus altis
Credentes seruatis iter, cum sederit alte
Progenies hominis, celso quem cinget honore
Maiestas, bis sex illic pulcherrima uirtus
Constituet uobis sublimi in uertice sedes,
Iudiciumque hominum pariter tractare licebit.
Hic quicumque sui linquet generisque domusque
Gazas adfectusque omnes pro nomine nostro,
Centiplicata dehinc capiet uitamque perennem.
Primorum meritum postremi transgredientur,
Ultima praeteriti capient uix praemia primi.'

529] cf. Verg. Aen. V 363. 539] cf. Verg. Aen. VII 59.

529 humanum *V_1* talem ut possit *M* (ut *m. al.*) *A* (pos&) [s over &] posset *MpT^2B^2* deprehendere *A* 530 respicet *K_2* (*m. 1*) *T^1* aeterna *K_2T^1* 531 forsitan *ABb* uidebuntur *M^1* arcerba *C*, acerua *R^1B^1* 532 elictis *C*, celestis *M^1* aetheram *K_1K_2* (*m. 1*) *T^2* 533 quem *Bb* capissat *C^1*, capisset *M^1B^1*, capessit *K_1K_2PTG* 534 tunc *AB* monitus *CLV_1B^1*, monitos (*m. 1*) *K_1* 535 nostra olim *Poelm. in mg.* relinquimus *Mp* 539 penitralibus *M*, penetrabilibus *R^1* 540 credentis *P* 541 quam *B^2H* cingit *libri* cingit in hore *Mp^1* 542 magestas *RAK_1Mp* illis *K_2*, illi* (c *eras.*) *T* 543 constituit *C* in] *om.* *RV_1* arce [uertice above] *M* *post 543* bis sæneque tribus uestros sub iure iacebunt *A* 545 his *M*, hinc *$K_2P^1T^1$* sui] *om.* *MK_2* (*m. 1*) *T^1* linquid *R*, linquit *$K_1K_2PV_2B^1$* genitoris *M* domique *P* 547 centuplicate *K_1T* perendem *M* 548 transgredentur *A* 549 ultimi *A*

,Sedulus ut ruris dominus, cui dulcia fundum
Pinguibus in campis late uineta coronant;
Hic ubi progressus primo cum lumine solis,
Conduxit iuuenum fortissima robora pactus
Unius in lucis certa mercede laborem,
Et sua tum iussit cultu uineta polire.
Ipse sed egrediens, ubi tertia uenerat hora,
Inuenit ecce alios operique adcrescere iussit,
Pro meritis operis promittens praemia digna;
Illi non aliter laeti praecepta sequuntur.
Ast ubi sexta dehinc lucis transfluxerat hora,
Haut secus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Horaque nona dehinc ubi solis cursibus acta est,
Tunc alios pariter conductos iussit adire.
Ultima labentis restabat portio lucis:
Egressus cernit iuuenes causasque requirit,
Cur pigris manibus torperent otia lenta.
Aiunt, conductoris quod praecepta fuissent
Nulla sibi. Dominus mox hos insistere ruri
Tunc etiam iussit. Sed uespere protinus orto
Praecipit, ut cuncti caperent mercedis honorem
Aequalique omnes portarent praemia nummo.
Tunc manus illa uirum, prima quae luce laborem
Sustulerat factisque diem tolerauerat aequum,
Indignans secum tali cum murmure fatur:

554] cf. Ou. Fast. VI 661. 559] cf. Verg. Ge. IV 448. 562] cf. Verg. Aen. III 512. 565] cf. Verg. Aen. VI 710.

550 fundunt CR^2 551 late* *R* 552 de culmine *A* 553 iuuenem K_2 *(m. 1)* Mp^1PT^1 robura *M* 554 certe Mp^1 mercide *M* laborum $RMK_1K_2LPTBBbHl$ 555 poliri *RBHHl* 556 uenerit *Poelm.* ab- hora K_2T^3 557 adolescere K_1LB ad opus quos ire iubebat *Poelm.*, a. o. quibus ire al. operique adolescere i. *Poelm. in mg.* 558 operis CV_1T^2 *Hl*, operum *rell.* 560 hinc *M* locis K_2T^1 transfloxerat T^1 561 aut *C* 564 labentes T^1V_2 565 perquirit *M*, requiret K_2T^1 566 Quur *A* torpere V_1 otio lento *M* 567 conductor reddunt ipsis quod nulla dedisset iussa sibi *Poelm.*, aiunt quod conductoris praecepta fuissent n. s. *Poelm. in mg.* 568 rursus *Hl* 570 praecepit $R^1MK_1K_2MpT^1B$ cunctis *A* 571 portarent omnes *M* 573 equm K_2, ęcum *T*, aequis V_1 574 reffertur *M*

Iniustum est, istis similem nos quaerere nummum,
Ultima quos operis sero coniunxerat hora.
Tum dominus ruris sedato pectore fatur:
Inlibata tibi mercedis portio saluae
Redditur et pacti seruantur iura fidelis.
Istis de nostro liceat concedere tantum,
Extima quos operis glomerauit portio ruri.
Nam multos homines dignatio sancta uocauit,
E quis perminimam dignum est secernere partem.‘
  Haec ait et Solymos repetit comitesque seorsum
Adloquitur solisque iteris regionibus infit:
‚Ingredimur gnari truculentaque moenia adimus.
Filius hic hominis prodetur ad ultima mortis,
Scribarum procerumque ferens ludibria membris,
Adfixusque cruci post tertia lumina surget.‘
Hic tum Zebedei coniux submissa rogabat,
Ut Christo medio caeli sublimis in arce
Felices nati dextra laeuaque sederent.
Tum quaerit Christus, calicem si sumere possent,
Quem sibi praeceptis instaret sumere patris.
Respondent se posse simul. Tum talia Christus:
‚Vos nostrum calicem fas est potare, sed altis
Sedibus aequali mecum considere honore

577] cf. Verg. Aen. IX 740. 587] cf. Horat. Epist. I 16, 79; Calp. Ecl. III 91. 592] cf. Verg. Aen. VI 486.

575 isti *Hl* ut nos *R* (ut *a m. 2)* MMp^1Bb 576 coniuncxerat C^1, coniunxit *M* 577 tunc *MLBBb* 578 inliberata *A* 579 pactis $R^1V_1V_2$, facti *L* seruantur] ł redduntur *T* 580 nostra T^1 natum *A* 581 ultima R^1MLH, extrema *AP* quo extrema T^1, quos exti∗ma K_2 (os *in ras. 2)* ruris AK_1Mp^1 582 uocabit $AK_1K_2PT^2$ 583 aequis AV_1 dignata *M* 584 solimos *CM alii* 585 solisque $CMAK_2T^1P$, solitisque R^1 *Matr.* V_1L^1, solimisque $R^2MpBBbGHHl$ iterum *(m. 1)* V_1 586 ignari CM^1 truculenta $R^1M^1T^1$ 587 proditur K_2T^1 588 procerum *(m. 1)* K_2T 589 adflixusque *Hl* 590 hiic *M*, haec *L*, hinc *Hl* coniuncx *T* 592 dextera *M* residant *G* 593 tunc *RBH* possint RV_2 594 instarent *A* sumeret Mp^1 596 putare *C*, portare $R^1K_2T^1V_2$ 597 consedere RV_2 honorem *C*

Non hoc nostra dabit cuiquam pro munere uirtus.
Haec certis genitor sublimia dona reseruat.‘
Exin discipulos dictis pro talibus omnes
Conmotos tali sermonis mulcet honore:
‚Gentibus infidis celsa dicione potestas
Inponit quoscumque super dominantur eorum
Exercentque trucem subiectis urbibus iram.
Vos inter longe tranquillior aequora uitae
Concordi sternit mitis moderatio pace
Magnus et obsequiis crescit super alta minister.
Nec primus quisquam, nisi cunctis seruiat, unus
Esse potest. Hominis natus sic uestra minister
Obsequio solus proprio pia munera gestat,
Et multos redimens pretioso sanguine seruat.
At uos ex minimis opibus transcendere uultis
Et sic e summis lapsi conprenditis imos.‘
‚Si uos quisque uocat cenae conuiuia ponens,
Cornibus in summis deuitet ponere membra
Quisque sapit. Veniet forsan si nobilis alter,

611* Pro multisque animam pretioso sanguine ponit

605] cf. Verg. Aen. V 763. 608] cf. Horat. C. II 2, 12. 611*] cf. Verg. Ge. IV 238.

598 haec MAK_2PT^1H nomine RV_2 *Poelm.* 599 certis] paucis *Poelm. in mg.* reseruet A^1Hl 600 exhinc *R* 601 stabili *R* 603 inponi *Mp* quosque *M*, quemcumque *Poelm.* quoscumque uelit dominentur *Poelm. in mg.* earum V_1 *(m. 2) Hl* 605 uos hic sed MpV_1B *Bb*, uos inter R^2 *in ras.* longet *MA* tranquilliora R^1MPV_2, tranquilla *A* aequorũ *A*, aequore B^2Bb Longe tranquilliora inter uos aequora uitae *L* 606 concordi∗ (s *eras.*) *M*, concordes *R* cernit *R*, adsociet *A*, sternet K_2T^1 pacem *C*, paci *R*, pacis K_2 607 crescat *A*, cresc et K_1K_2PT 608 prior $MK_1K_2T^1$ seruiet *R* 609 esse potest] non secus atque *A* sic] qui *A* sicura *LG* cuncta ministrat *Poelm.* 610 gestans *Poelm.* *ante 611 uersus 611* legitur in CR Matr.* V_2H^1, *et u. 611 om. in* MAK_1K_2L (seruat) PTV_1 (saluat) *BbGHl* (saluat); *611 add. a m. 2 in* V_1B et multos redimet gloriosa morte coronat *Matr.* 612 ad R^1MpK_1 eximiis *Hl* concrescere *A* 613 comprehenditis *MBT*; conp̃haenditi simus *A* ∗imos (s *eras.*) *C* 614 conuiuia∗ (e *eras.*) *C*, comuiuia *M* 615 diuitet K_2T^1 616 forsitan *A* si∗∗ (bi *eras.*) K_1

Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per summa locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cenae,
Inferiorque dehinc si mox conuiua subibit,
Ad potiora pudens transibit strata tororum.‘
  Proxima tum Solymis conscendit culmina montis,
Ordinibus lucent quae glaucicomantis oliuae.
Hinc lectis iussit sectantum discipulorum,
Obuia castelli monstrans habitacula, Christus
Inde asinam pariter fetu comitante repertam
Ducere; uel si quis causam disquirere uellet,
Cur sua tam subito quoquam iumenta trahantur,
Dicere tunc, operam dominum sibi sumere uelle.
Discipuli celeri conplent praecepta paratu.
Adducunt mollique super uelamine uestis
Insternunt pullum placidum praebentque sedendum.
Hinc ueteris quondam fluxit uox nuntia uatis:
‚Ecce uenit placidus tibi rex, quem terga sedentem
Praemitis gestant asinae pullique sequentis.‘
Tunc populi stratas praetexunt uestibus omnes,
Quaque iter est Christo, subnexa fronde coronant.
Proxima tunc alii spoliant palmeta uirore
Conclamantque omnes: ‚Dauidis origine creto
Osanna excelsis sit gloria laeta tropaeis!‘
Sic adeo ingreditur Solymorum moenia Christus.

631] cf. Stat. Theb. V 315. 637] cf. Verg. Aen. IV 506.

617 turpitur *Mp* eximio] i_2 *s. l.* R^2, esũmo *A i. e.* ex summo *fort. recte cf. v. 618* 618 locaret *H* 619 si $RMAK_1K_2PTBG$ pendere CB^1, p̃haendere *A* 620 imferior *M* comuiuia *M,* conuiuia *(m. 1)* K_1K_2 621 at *C* prudens AV_2, audax *s. l.* T^2, audens *Sg* accedet *M,* transiuit *A,* transsibit LV_2 622 Solimis *plerique* conscendet *C* 623 quo *Hl* 624 hoc *L* electis *M,* lectos *A* 625 obuiae *A* 627 dicere M^2K_1 627. 628 *om.* M_1K_2 *(m. 1)* P^1T^1 628 quur *A* trahuntur V_2 629 ducere K_2T^1 opera *Hl* uellet *C* reddere huic: nostro nunc iis opus esse magistro *Poelm.* 630 parati *A* 632 placidum pullum *RPBb* 633 batis *A* 635 gestans *A* sedentis R^1M 636 tunc *CP,* tum *rell.* pertexunt *Bb* 637 subnixa RMK_2T^1BGHHl 638 palmita MK_2T^1 640 ossanna *C* in excelsis RV_1V_2 set *C* tropeis *plerique,* prophetis *A* 641 adeo] tunc *Poelm.*

Ingresso occurrit primo sub limine templi
Cruribus atque oculis certatim debile uulgus.
Quos ubi tam subito gressu uisuque uigentes
Cuncta sacerdotum cognouit factio mirans
Et pueros templi conplentes tecta clamore:
Osanna egregia Dauidis stirpe creato,
Ipsum percontant cuncti, quae causa clamoris
Inpubem tantum tollat per gaudia plebem.
Christus ad haec: ‚Legis sanctae uos scripta tenere
Creditur, infantum quae dicit ab ore uenire
Lactantum et linguis iusti consurgere laudem.'
Haec ait ingratam linquens cum ciuibus urbem
Bethaniamque petit, rediensque in margine cernit
Stratae tendentem diffusa umbracula ficum.
Illic forte cibi pertemptans corda uoluntas
Arboris adtrectat ramos, sed nulla facultas
Pomorum sterili frondis concreuerat umbrae.
Olli Christus ait: ‚Non sit tibi fructibus umquam
Copia promendis.' Tum protinus aruit arbor.
Discipuli celerem mirantur in arbore mortem.
Sed Christus stupidis adsistens talia fatur:
‚Nunc ligni istius nostro stupuistis honore,

642] cf. Verg. Aen. II 469. 647] cf. Verg. Aen. X 543.

642 ingressus *C*, ingressoq; MK_1P 644 uisu gressuque uegentes *M* 646 canore *HG* (*ex* clamore) magno clamore replentes *A* 647 ossanna *CT* create *A* 648 percunctant $RK_1K_2MpPTV_1V_2Bb$, percunctantur *M* tum percontantur *Poelm.* clausa *A* timoris MK_2 (*m. 1*) T^1, tumoris *Cant.*, canoris *G* (*ex* clamoris) *Hl* 649 impubem *C* tantam K_1 (*m. 1*) PT^2, tanta K_1 (*m. 2*) V_1 tollant R^1 per plebem inpubem tollant ut gaudia tantum *A* 650 scāe $CMpT^2V_2BBb$, inquid *uel* inquit *rell.* uos] duos *A* tenere *ex* tenete *R* 651 creditis RV_1 652 laetantum R^1, lactentum V_2N *cf. Matth. XXI 16 (ed. Wordsworth)* 654 residens *MG*, redigit^{ens} K_1, redigensque *L* 655 stare extendentem *Poelm. in mg.* deffussa *M* 656 pertemptas *A* uoluptas T^1Bb 657 attractat *MG*, adtrectant *Hl* 658 sterili $CRAMpP^1B^1$, sterilis *rell.* frondes MK_1 (*m. 1*) concreuerant *M* umbra *A Poelm.* 659 fructus—promendi *M* 660 tunc MK_1K_2PTBb arbos RTV_1V_2 661 caelebrem *A* natum *Hl* 662 stupendis *M* (stupidis *in mg.*) 663 ligni *libri*, lignum *Reuschius* cernitis en ligni istius defecisse uigorem *A*

Desisse ad uires terrenos ducere sucos.
Sed ueris uerbis iterumque iterumque monebo:
Namque fides si certa animi consistet in arce
Nec dubiis nutans uitiis tremebunda iacebit,
Arboris istius uobis substantia cedet.
Nec tantum istius, sed montis celsa reuelli
Credentum uerbo poterunt undisque profundi
Cum siluis pariter saxisque ferisque recondi.
Et quaecumque fides robusto pectore poscet,
Credentum semper digna uirtute tenebit.'
  Haec ubi dicta dedit, templi se moenibus infert.
Confestim proceres populi miracula rerum
Collecti inquirunt, uirtus quae tanta dedisset.
Ollis Christus ait: ,Quaerentibus omnia uobis
Dicere iam facile est, si nobis uestra uicissim
Percontata prius paucis sententia soluat.
Nuper Iohannes, puro qui gurgite lauit
Sordentis populi maculas, diuina potestas
An hominis potius uobis fallacia uisa est?'
Haec ait ancipiti uerborum pondere claudens
Captantum procerum mentem; nam magna profetam
Plebis Iohannem ueneratio suscipiebat,
Nec poterant eius fallacem dicere uitam.

665] cf. Verg. Aen. III 436. 675] cf. Verg. Ge. IV 441.

664 sucus R^1 et uerbum nostrum magna uirtute pactum A 665 iterum iterumque $MKLMpPV_1B^1BbH$ docebo A 666 consistit $CRAK_1L$ $V_1V_2BbGHHl$ 667 tremibunda CM 668 cedit (i *corr. in* e) CK_2 669 istius] ipsius C; *uersus 668 et 669 contraxit A:* Non tantum imperiis uestris substantia cedet arboris istius sed montis celsa reuelli 670 profundis $MpBb$ 672 poscit $CMLK_1K_2PTG$ 675 comfestim M 676 mirantes rogitant qua uirtute efficis ista ? *Poelm. in mg.* 677 illis A, olli K_2L 678 uobis si R 679 percontata CR^1AB^2H, percunctata *rell.* soluet A 680 puero A quid CT, quod ABK_2 (*m. 1,* quid *m. 2*) T^1 681 sordentis $CRV_1V_2B^1Hl$, sordentes *rell.* macula C 682 uissa fallacia est M 683 pundere M ludens V_2 684 mentes Hl magnam C, magnum MG propheta Mp 685 suscepiebat C, suspiciebat $RMPK_2T^1V_1V_2Hl$ *post 686 legitur in A:* Humanoque ortu trepidant baptisma fateri | aetherio quodsi loquerentur fonte uenire | cur non caperent traherent confessio culpam | Se nescire . .

Rursum sublimem dixissent esse profetam,
Occidisse illum traheret confessio culpam.
Se nescire tamen respondit factio fallax.
Tum Christus: ‚Non est iniustum claudere uocem,
Cum mihi claudantur procerum responsa superba.‘
‚Nam geminae prolis genitor maioris in aures
Talia dicta dedit: Vitis mihi portio maior
Semiputata iacet. Sed perge et robore forti
Nunc scrobibus nunc falce premens uineta retunde.
Tum iuuenis sese tam sordida dicta laboris
Nolle pati memorat. Post omnia iussa parentis
Exsequitur damnansque sibi responsa coercet.
Post alium natum simili sermone iubebat
Ad uineta sui dependere iussa laboris.
Adnuit his iuuenis nec dictis facta repensat.
Dicite, quis potius genitoris iussa sequatur?‘
Olli conlaudant responsum posterioris.
Prosequitur Christus: ‚Nunc uera aduertite dicta.
Iam magis hinc caeli sedem conprendere possunt
Corporis e uitiis quaerentes sordida lucra,
Quam uestrum quisquam. Vobis nam uenerat ante
Iustus Iohannes, sed non est credere uestrum.
Namque fidem potius meretricum pectora certam
Hauserunt sordesque animi posuere pudendas.
At uos tantorum scelerum nil paenitet umquam.‘

693] cf. Verg. Aen. V 852. 694] cf. Verg. Ecl. II 70. 695] cf. Verg. Ge. I 157. 701] cf. Verg. Aen. XII 841.

687 rursus *RP* si dixissent *CM*[1]K_1V_1*Bb*, dixissent si *R*[2]*MpPB*, si dixerint *T*[1] si sublimem dixerat *G* 689 tamen] igitur *Poelm.* fatur *M* 690 tunc *CBb* 691 superbia *A* 694 semipotata *ML* se mihi p. *(m. 1)* K_1K_2*T*[1] perg& *MpT*[1] robure *M* 695 retundes K_1, retundens K_2*T*[1] 696 tum *CMpBb*, tunc *rell.* dicta *C*, uincla *rell.* 697 postumius *L* 700 deprendere *G* iusta *RA* 701 aduuit *M*K_2*PT*[1]*L* 703 illi collaudant nati responsa prioris *Poelm.* 705 hic *C* sedem caeli *R* conprehendere *A*K_1K_2*TB* possunt *CR*, certum est *rell.* 707 quemquam *A*K_1K_2*P*[1]*TBb* est qu**quam *M* 708 iohannis *M*K_2*T* 709 fidem nam *M* 710 auxere *R*, auserunt V_1V_2 animis *MpB*[1], animae V_1 deposuere *M* 711 ad *ALMp* nihil *MA*

,Sic quidam diues, cui iugera multa nitentis
Vineti saepes circum densata coercet,
In medio turrem prelumque et dolia fecit
Cultoresque dedit fructusque locauit habendos,
Inpositam statuens mercedis soluere legem.
Tum longinqua petit, sed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, quis portio salua
Cultorum certa ruris mercede daretur.
Ecce colonorum rabies hos uerbere saeuo,
Ast alios lapidum proterrent undique telis;
Denique letali prosternunt uulnere multos.
Tum dominus ruris plures incedere seruos
Praecipit et rursum mercedis pacta reposcit;
Maior at in plures audax iniuria surgit.
Ultima iam domino natum dimittere mens est,
Quod subolem partemque sui uis digna pudoris
Cultorum cordi uenerandam posceret esse.
Sed contra illorum iam mens maculata cruore
Progenie extincta domini sibi post dominatum
Cedere credentum, crudeli uulnere fixum
Obtruncant iaciuntque foras trans saepta cadauer.
Post haec iam dominus ueniet poenasque reposcet
Tantorum scelerum. Sed uobis tradita quondam

717] cf. Verg. Ge. II 197, Ou. Rem. 189. 729] cf. Pseudo-Ou. Nux 157. 731] cf. Verg. Aen. II 561.

712 sed *MB* 713 saepis *R^1MK_1 (m. 1) L* 714 turrim *RK_1G* *post* turrem: ut *add. R* proelumque *C*, pleramque *M* dolea (i *suprascr.*) *M* 716 impositam *C* statueris *A* 717 tunc *MK_1K_2PT* longinquam *C* 718 misit *ML* 719 mercide *CM* 720 colonum *M* seruos *Hl* 721 alio *C* proterunt *M*, terrentes *A*, prosternent *Hl*, prosternunt *BBb (dupl. lect.)* 724 praecepit *$R^1AK_1K_2LMpP^1TB^1$* rursus *RAK_2LPTV_2* constituta pacta *Mp* 726 demittere *$CMpV_1BbHl$* 727 subolem *CAK_2T^1* dina (i *suprascr.*) *A* 728 corde *MK_1P*, corda *A*, corda *H* concrederet esse uerendam *A*, posceret esse uenerendam *H* 730 progeniem *R^1B^1* extincta *C et alii* 731 credere *MpB^1* fix*um *(s eras.) M* 733 post etiam *Hl* resposcet *Hl* 734 a uobis *M* tradita regna | diuersã ingente iuste translata ferentur praepingues domino possitque reddere fructus *A*

Fulgentis regni sedes translata feretur
Ad placidam gentem, possit quae reddere fructus.'
,Ut rex, qui nato thalamorum uincula nectens
Praecipit, ut proceres conuiuia laeta frequentent,
Accitos famulis uoti regalis honorem
Concelebrare simul; cuncti sed adire recusant
Regales thalamos, regalis pocula mensae.
Post alios mittit, sese largissima cuncta
Magnificasque dapes, conuiuia laeta parasse.
Illi neglectis opibus diuersa petebant.
Hic aedes proprias, hic ruris tecta propinqui,
Ast alius merces potius ac lucra reuisit.
Multi praeterea missos, qui ad laeta uocarent,
Insontes famulos rapiunt et corpora ferro
In mortem cruciant. Tum rex ubi conperit acta,
Milibus armatis ciues cum moenibus ipsis
Subruit, effusi famulorum sanguinis ultor.
Tunc seruis fatur: Nunc festa iugalia cenae,
Praelargis opibus quaecumque instruximus illi,
Contempsere meis proceres contingere mensis.
Ite igitur propere per publica saepta uiarum,
Et quoscumque illic casus glomerauerit, omnes
Huc laetis nati thalamis adhibete uocantes.
Progressi famuli per compita cuncta uiarum
Inuentos duxere simul. Iam denique cunctae

737] cf. Verg. Ecl. VIII 78. 743] cf. Verg. Aen. I 638.

735 sedis $R^1MK_2PT^1$ refertur MB^1 736 ad gentem dignos RV_2 *Poelm.* 737 at *Poelm.* 738 praecipit CM_2Mp, praecepit *rell.* ut *Mp*, *om. rell.* conuiuia *M (saepius) K* frequentes *A* 739 accitis RK_1K_2PTB regalisque *M* 740 *et* 741 *om.* V_1 cunti R^1M se *A* 744 ille *C* necglectis *Mp* dapibus *Poelm.* patebant *C*, p*etebant (a *eras.*) K_2 747 comissos *M ex corr.*, missis P^1 749 trucidant *A* tunc *RA* 750 militibus *M* 751 et fusi AV_1V_2Hl 752 et coniugalia *Mp* caenae] cerne *A* 753 quae tunc *A* illis MpV_1B^1Bb 755 puplica *C*, lubrica *A* septa *C* 756 glomeraberit *A*, glomerauit *Bb* 757 hunc K_1T natis C^1 758 competa $R^1MK_2TBBb^1$ lata $RMK_1K_2PTB^2GHHl$ 759 imuentos *M*

Conplentur mensae mixtae sine nomine plebis.
Hic iusti iniustique simul cubuere uocati.
At rex ingressus conuiuia laeta reuisit.
Hic uidet indutum pollutae uestis amictu,
Laetitiis thalami fuerat cui dissona lingua.
Isque ubi regalis sermonis pondere causas
Reddere pro uestis maculis et labe iubetur,
Oppresso tacuit non puri pectoris ore.
Et tum conuersus famulis rex praecipit illum
Conexis manibus pedibusque et corpore toto
In tenebras raptum mox praecipitare profundas.
Illic stridor erit uasti sine fine doloris,
Et semper fletus. Multis nam saepe uocatis
Paucorum felix hominum selectio fiet.'

760] cf. Verg. Aen. IX 343.

760 mixta *Poelm. in mg.* sine] *s. l.* R^2M 761 hiic *M,* huc V_2 simul discubuere *C,* s. uenere RV_2, discubuere simul *M,* s. accubuere K_2T^1 763 uidit $CK_1K_2MpPTV_1V_2B$ amictum *H* 764 laetitie* (s *eras.) C,* laetitiis V_1, laetitiae *rell.;* laetities—longe *coni. Hartelius* thalamis *BbGH* cui $CRAMpV_1V_2B$, quae *rell.* dissonae *A,* inconueniens *Mp,* desona *L* lingua R^1V_2, lingue B^1, longe *rell.* 765 ibi R^1 regali CRK_1K_2LPT pandere *R,* spondere *A* 766 iuuetur *M* 767 inpuri *M,* non puro R^1V_2 768 tum CV_1V_2, tunc *rell.* conuersis *Bb* praecepit $R^1AK_1K_2MpPT$ 771 illi ẽ *A* 772 nam multis *M* 773 seletio *C,* electio AT^1 EVANGELIORV̄ LIBER TERTIVS EXPLCT INCIPIT EIVSDEM LIBER QVARTVS FELICITER CV_1 (Explicit euang. l. t., feliciter *om.),* LIBER TERTIVS EXPLICIT · INCIPIT QVARTVS *M,* EXPLICIT LIB̃ III · INCIPIT QVARTVS *RLMpPBBb,* EXPLICIT EVANGELIORV̄ LIBROS III · INCIPIT EIVSDEM LIBER IIII · AM̃ *A,* G. VETTI AQVILINI · VC · SIVE IVVENCI *(*VC · *hic* K_1 *add.)* PRESBITERI EVANGELIORVM *(om.* K_1*)* LIBER III · EXPLICIT INCIPIT LIB̃ IIII · K_1K_2 *(post* IVVENCI *nonnullis erasis) TBb,* EXPLICIT LIB̃ TERCIVS · IVVENCI *G,* Finit liber tercius, Incipit quartus *Hl*

LIBER QUARTUS.

Talia dicentem confestim factio frendens
Temptare adgreditur uerbis cum fraude malignis:
‚Certum est, ueridicum te nunc uenisse magistrum,
Nec quemquam metuens Domini uestigia seruas.
Dic ergo, an liceat nostrae dissoluere genti
Caesaris urgentis semper sub lege tributum?‘
Ille sed inspiciens saeui penetralia cordis:
‚Cur temptatis, ait, nunc me concludere uerbis,
Fallaces? mentis prodit fallacia fructum.
Inspicite in nummum sculptique nomismatis aera,
Caesaris expressum facile est ubi cernere uultum.
Soluite nunc illi propria sub lege tributum,
Atque Deo proprium legis seruemus honorem.‘
Post Sadducaei hinc inde latratibus urgent:
‚Moysea, qui legum posuit praecepta, iubere,
Si quis conubium properata morte relinquet,
Pignoribus mediis nondum de germine cretis,
Huius germano rursus sociabile uinclum
Deberi, generis pereat ne portio lapsi.
Finibus in nostris septem germana fuerunt
Corpora; sed maior primus mox uincula nuptae

1] cf. Verg. Aen. IV 362. 4] cf. Verg. Aen. II 711. 13] cf. Verg. Aen. V 601. 16] cf. Verg. Aen. IX 401.

1 comfestim *M*, continuo *A* fractio *L* 2 temtari M^1 3 ueredicum *C*, ueridicum est *A* 4 metuis $RK_1K_2MpV_2BGHHl$, ṭịṃẹṣ (metues) *M* *(corr. m. al.)*, tueris *L Poelm. in mg.*, metu*eris *Bb* seruans RMK_1 *(m. 2)* *MpTBBbGH* 6 urgenti RMK_1 *(m. 2)* TB^2 ex AV_1Hl 7 penitralia *M* 8 Quur *A* temtatis *CM* meãcludere *Mp* 9 fallacis CAK_1K_2LMpP 10 sculptisque *Hl* numismatis *MLMpTBHl* 11 facile CM^1LV_1HHl, certum *B*, promptum *rell.* 12 illi nunc *M* propriũ M^3LT^1BBb 13 adque *CMpL* seruetis *Poelm.* 15 Mosea CR^1BBbH^1 16 conubium CC_3, coniugium *rell.* 17 pigneribus MAK_2T^1 semine MLT^2 s. uịnctum R^1, sociabere uinclo K_2 *(m. 1)* T^1 19 ne pereat *M* 20 germa *M* 21 uincla *M* nubtam *A*

Sumpsit, praeceleri cecidit sub acumine mortis
Post alius frater thalamis sine fructibus isdem
Concidit et cuncti iacuere ex ordine fratres
Unius et cunctos fletus gemuere maritae;
Post ipsam rapuit gelidae inclementia mortis.
Si uenient igitur cuncti sub limina uitae,
Cuius conubiis mulier reddenda resurget?'
Ollis Christus ait: ,Errori obnoxia prauo
Legibus et iussis Domini mens dura resistit.
Namque secunda dehinc laetae reparatio uitae
Non thalamos nouit, non terrae gaudia uana,
Sed similes leuibus genitoris iuxta ministris
Constituet regni uirtus sublimis in aula.
Nec Deus illorum dominum se ponere mauult,
Qui tetram proni meruerunt sumere mortem,
Sed potius uitae possunt qui prendere lucem.'
   Ecce alii rogitant, quae sint firmissima legis.
Ille indefessus nulli responsa negabat:
,Sublimem caeli Dominum deuotio cordis
Diligat; est istaec uirtus firmissima legis.
Consimile est isti: Magno teneantur amore
Ad ius fraternum iustae penetralia mentis;

30* Legibus et uirtute dei mens decolor exit

26] cf. Verg. Ge. III 68. 42] cf. Verg. Aen. I 675.

22 sumsit *CRM* 23 thalami *RA* hisdem *C*, hiisdem *M*, idem *A* 25 utque maritae uni fletus omnes genuissent *Poelm. in mg.* 26 istam (ibsam) *M* *uers. 27 ante u. 25 exhibet A* 27 lumina $AK_1K_2LMpPTV_1$ 28 coniugiis MLT^2B, coniugio V_1 resurgit T^1 29 illis *RBb* erroris *RM*, errore *Mp* innoxia *R* paruo *M*, praui R^1, prabi *A*, *in quo pro u. 30 sequitur* pectora concertant crebris seiungeret aedis 30 repugnat RLV_2 *post hunc uersum m. 2 inseruit u. 30* in M* (deculor) *R* *(p. u. 34), m. 1 in Mp, Poelm. in mg.; om. u. 30 habet* K_2T^3 *(ex corr.)* 32 non] nec *R* uana] *in ras. R* 33 sed similes claris aeterna in luce ministris *A* iuxta $CC_2K_1K_2P$, iusta *rell.* 34 sublibis *C*, sublimes *M* 35 dominus *A* poscit *Poelm. in mg.* 36 terram V_1V_2Sg 37 luce *A* 41 et est uirtus *C*, & (esta) ista haec u. *M*, ista (hec) (hęc *a m. 2)* u. *R*, ista haec est u. *A*, est istaec *(ex corr.)* u. K_1K_2T, est ista haec u. *MpP* (hec *a m. 2)* $V_1BbGHHl$ fortissima V_1 *Matr.* 43 penitralia *M*

His etenim geminis dependent omnia iussis.
Sed nobis cuius suboles uentura uidetur
Christus, quem cuncti spondent in saecla profetae?'
Respondent, illum Dauidis germine nasci.
Prosequitur Christus: ,Cur illum dicere Dauid
Diuino flatu scriptum est Dominumque Deumque,
Quod proprium patrem non aequum est dicere nato?'
  Talia saluator; cuncti obstipuere silentes.
Ille sed accita credentum plebe profatur:
,Adspicite scribas sublimi sede superbos.
Hi quaecumque docent, iustum est conprendere cordis
Obsequio, maculas ipsorum temnite uitae.
Abrupta inponunt umeris nam pondera uestris,
Ipsi quae digito saltem contingere nolunt.
Adcubito primo cenae fastuque superbo
Atque salutantum uano tolluntur honore,
Et nomen sublime uolunt gestare magistri.
Sed uos noluerim praecelsi nominis arcem
Adfectare, tamen uobis est una magistri
Inposita aeternum caeli de lege potestas,
Vos eadem fratrum parili coniunxit amore.
Unus item pater est, caeli qui in culmine regnat.
In uobis si quis sublimia colla leuabit,
Decidet et barathri mergetur ad ultima caeno;
Ast humilis claram conscendet liber in aethram.

51] cf. Verg. Aen. XI 120.   60] cf. Ou. Trist. IV 10, 121.

45 soboles *RMp*, sobolis *MPBb*, subolis K_2T^1 46 cunctis *Hl*   47 *om.* *Mp*   49 scribtum *C*   50 proprio K_2T^1Hl nominæ cū ẽ dicere *A*   patri *C*   est] *om.* $R^1MP^1V_2$ 52 credent*um (i *eras.*) *M*   plebem *A*   53 aspice nunc *Poclm.*   54 quodcumque V_1Hl conprehendere AK_1 55 illorum M^1 56 inpununt *C*   pundera *M*   57 saltem *CM*, saltim *plerique*   58 accubitu *M* (*ex corr.*) MpT^2BBb, accubita *P*   59 adque *C*   62 uobis doctrina est una magistri *C*, magis est uobis una m. (est *s. l. a m. al.*) *M*, magis [est] uobis una m. *R*, uobis est hic uana m. *A*, uobis est doctrina magistri *Matr. cf. Matth. XXIII 8*   est hic *Hl*   63 in aeternum *Mp*   lege *M corr. m. al.*   64 coniuncxit CK_1T 65 idem BK_2T^1, isdem *A*   in] *om.* AK_2T^1Hl 67 decedet *M*   68 conscindit *C*, conscendit K_1Mp in aethra LV_2

Deflendi semper scribae et lacrimabilis aeui
Caeca Pharisaeae cunctis fallacia plebis.
Nam uobis itiner clausum quia iure negatur,
Non sinitis quemquam penetrare per ardua lucis
Et cunctos trahitis saeuae ad consortia flammae.
Vos similes dicam tectis splendore sepulchris,
Quis facies nitida est, internaque turpia bustis.
Sic uox uelatur iustae sub imagine uitae
Atque aditis mentis celantur sordida corda.'
,O Solymi, Solymi, ferro qui saepe profetas
Ad uestram missos uitam sine fine necastis,
Quam uolui uestram gentem populumque tueri,
Ales uti dulces solita est sub corpore pullos
Obice pinnarum circumconplexa fouere!
Sed uobis semper caelestia munera sordent.
Deseritur iam nunc domus haec uastanda ruinis,
Nec nostrum uobis fas ultra est cernere uultum.'
Egreditur templo, cuius praecelsa notantes
Moenia discipulos tali sermone docebat:
,Haec operum uobis miracula digna uidentur
Obtutu stupido; ueris sed discite dictis,
Quod mox cuncta solo passim disiecta iacebunt.'
Haec ad Oliueti dicens peruenerat arcem.
Discipuli solum postquam uidere, rogabant,
Ut sibi uenturi tempus distingueret aeui,

83] cf. Verg. Ecl. II 44. 89] cf. Verg. Aen. I 495.

71 *s.* intrandi regnum quibus est auersa uoluntas | Nec sinitis q. p. p. a. l. | Nam uobis itiner clausum quia iure negatur | Contra histis miseros seuę ad consortia flam̄a *A* callis clausus *Poclm. in mg.* 73 cunctos et *R* saeuae** (que *eras.*) *R* 75 interq; R^1M, intra *Hl* sordida *LP MpBBbGHHl* busti *RM* 76 celatur RMK_2 *(m. 2)* P^2T^2, cel&tur (c *superscr.*) *Mp* 77 adque *C* aditis *plerique* caelantur *CRM alii* 78 solimi *CRM alii* 79 neca*tis (s *eras.*) CK_2T^1, necatis $RMK_1MpP^1V_2BGH$ 81 uti dulces *Matr. A*, ut indulces *C*, uti dulci K_2, ut molli *rell.*, ut solita est molli T^3 *in ras.* 82 pinnarum *CMA*, pennarum *rell.* 84 uastanda *C*, uastatur *Bb*, uastata *rell.* 85 nubis *Mp* fas] *om. M* ultra] *eras. in M* 87 talia *A* 88 opera—miraculo *M* 90 quam mox *Poclm. in mg.* deiecta RMK_1P 93 uenturum *Mp* distingeret *C*

Promissa ipsius quem poscant prendere finem,
Eius et aduentus terrae consumeret orbem.
Quaerentum uerbis respondit talia Christus:
,Obseruate dolum, falso ne nomine capta
Credulitas laqueis errantum praecipitetur.
Discurrent cunctis bellorum incendia terris;
Sed uos praeualido consistite robore cordis,
Ne mens accepto iaceat turbata tumultu,
Non etenim prima inponent mox proelia finem,
Gentibus et gentes et regibus obuia reges
Signa ferent, nec morbi tunc corrumpere tractum
Aeris aut pestes prosternere corpora parcent.
Fixa etiam solido per inania pondere tellus
Per diuersa loci motu quassante tremiscet.
Haec in primitiis temptamina parua manebunt.
Prodentur multi uestrum letoque dabuntur,
Proque meo uobis incumbere nomine gentes
Tormentis poenisque feris odiisque necesse est.
Liuor erit terris, erroribus omnia plena
Et falsi surgent populorum labe profetae.
Haec inter si quis protectum a uulnere pectus
Ad finem seruare queat, sublimia lucis
Aeternis uitae sertis redimitus adibit.
Regnorum caeli celebratio peruolitabit

99] cf. Verg. Aen. I 566. 101] cf. Verg. Aen. VI 858. 102] cf. Verg. Aen. II 619. 104] cf. Verg. Aen. III 138. 106] cf. Verg. Aen. IX 752.

94 quo $M^1 K_2$ *(m. 1)* $T^1 V_1 V_2 H$ poscant] pq̃uā *Hl* conprendere *C* orbem] tandem M^1 98 errorum V_1 99 discurrunt $K_2 T^1$ 100 rubore M^1, robure V_2 101 ad coeptus tumultus $P T^1 V_1 B b$, de ceptis *RMpHHl* lateat *Hl* 104 nec non *(non s. l.)* R^2, non^nec^ *(nec m. al.)* *M* rumpere *R* tractu maeris] tractaberis *A* 105 pesti *R, reliqui fere omnes* pestis possunt *A* 106 fissa *Poelm.* 107 diuersi $K_2 T^1$ tremescet $R M A K_1 K_2 P T B b G H$ 108 inprimis *M*, primitias *Poelm.* 109 tradentur *Poelm. in mg.* 110 pro ineoque *M* nomine nobis incumbere *M* 111 odiisque feris *M*, odiisque ferisque *R* 112 erit] enim $L V_1 V_2 G$ 113 laue *A* 116 ut desertis *A* abibit $C M p V_2$, abit^di^ *(di a m. 2)* *B* 117 caelebratio *C* peruolutabit V_1

In cunctas terrae metas; gens omnis habebit
Testem lucifluo sancti sermone salutis.
Et tunc finis erit currentia saecula soluens.
Adueniet iam tum tristis defletio terris,
Quae Danihelis habet iussam uerissima uocem;
Haec dignus tantum poterit cognoscere lector.
Iudaei longe fugient montesque capessent,
Nec quisquam domibus repetat sustollere secum,
Quae fuga consociet uestemue aut mobile quicquam.
Deflendae iam sunt uteri cum pondere matres
Et miseros fetus dulci quae lacte rigabunt.
Poscite iam precibus, tristis ne frigore brumae
Adueniat fuga uestra tamen, neu sabbata festa
Anceps praecipiti turbet trepidatio cursu;
Nam cunctis uenient saeuissima pondera terris.
Tale malum non saecla prius nec postera norunt.
Et ni sublimis genitor decerpere tempus
Et numerum miserans uellet breuiare dierum,
Nulla dehinc trepidae superarent corpora uitae.
Sed propter lectos ueniet miseratio iustos.
Nomine fallentes Christi falsique profetae
Exsurgent terris et monstra potentia fingent,

129] cf. Verg. Aen. III 261; Ou. Trist. IV 7, 1.

119 sancti CR^1M, sanctae *rell.* 120 uoluens V_1Hl secla reuoluens G 121 aduenìat R^1V_2GH tunc M^1A def*ectio M, difflectio R, defeccio A, defle*tio K_1V_1, deflectio PB^2G, deflexio Hl 122 quā Hl Danielis habent $RMpV_1$ iussa Hl *Poelm. in mg.* uoce K_1K_2PT quam propria Danihæl testatur uoce prophetæ A; *omissus erat uersus in* MV_2B, *sed suppletus est a m. 2* 123 agnoscere K_1 *vv. 122 et 123 transpositi in* R 123 iudeę Hl 124 fugient—capessent C (capissent) Mp, fugiant—capessant *rell.* 125 ne R^1M quicquam V_1 repetet *Poelm.* adtollere *(m. 1)* K_2PT 126 quē Hl consociat RM uestemuae CA 127 uteris C, uentres V_1Hl 128 foetus R *cum aliis* dulque C qui R^1, q* (os *m. al.*) M 129 tristis $CAMpT^1GHHl$, tristi *rell.* broinae M 130 ne C tamen ne] aut ne tunc *Poelm. in mg.* adueniatur saeuissima uestra aut tunc cum sabbata fiunt A 133 nec] non Hl 134 decernere M^1P 135 *om.* Mp brebiare A 137 *om.* Mp iustis K_2PT^1 138 fallentis $K_2P^1T^1$ 139 exurgent C

Quae forsan lectos capient miracula iustos.
En praedicta patent instantia saecula nobis.
Desertis si quis Christum peragrare loquetur
Occultisue procul penetralibus esse repostum,
Longe credulitas absit uanissima nobis.
Sicut enim fulgur caelum transcurrit apertum
Et cerni facile est cunctis orientis ab oris
Usque sub occiduum caeli uergentis in orbem,
Sic rapido aduentu clarebunt lumina Christi.
Abscondet furuis rutilos umbris radios sol,
Amittet cursum lunaris gratia lucis
Ignicomaeque ruent stellae caelumque relinquent.
Omnis item uirtus caeli conmota superni
Signa dabit, proles hominis quis uertice caeli
Clareat; omnigenasque tribus defletio iugis
Urgebit, ueniet cum nubibus ignicoloris
Maiestate potens hominis per sidera natus.
Tum tuba terrifico stridens clangore uocatos
Iustos quadrifido mundi glomerabit ab axe.
Praeteriet neque enim praesens generatio saecli,
Donec cuncta sequens claudat sibi debita finis.
Haec tellus caelumque super soluentur in ignes,
Sed mea non umquam soluentur ab ordine dicta.
Quis fuat ille dies nescire est omnibus aequum,

153] cf. Verg. Aen. I 225. 157] cf. Verg. Aen. II 313.

142 deserentis M^1 143 occultisque *RMpGH*, occultis uel K_2T^1 penitralibus *M* esset K_2T^1 repositum *M* 145 fulgor $RMAMpV_1V_2$ percurrit *R* 147 occidunt *A*, occasum K_1 148 munera *M* (lumina *in mg.*) 149 abscondit $K_2P^1T^1$ sol rutilus furuis radios abscondet in umbris *Poelm. in mg.* 150 ammittet *RB* 151 stillae *C* linquent *M* 152 item] iterum K_2T^1 154 deflectio $M^1AK_1K_2PTV_1V_2$, defectio *RB GH*, deflexio *Hl* lucis $RMK_1PT^2B^2GHHl$, uulgi V_2 155 tum *MA* K_1K_2PTHl 156 magestate K_1Mp 157 tunc *BbG* 159 praeteriet neque *Arev. Cantabr. (?) secutus*, nec praeter$\overset{b}{i}$it (b *a m. 2*) K_2T, nec praeteribit *rell.* enim] *om. Hl* saecli g. p. *Hl* 161 super] si R^1 persoluentur *M* 162 numquam *R* 163 fuat AK_1 (*m. 1*) K_2T^1, fuit *CR MpPBBb*, fiat (*m. 2*) K_1K_2TG, fuerit *MHl*, erit *rell.*, sciet *coni. L. Mueller*

Ni soli rerum Domino, qui sidera torquet.
Ut quondam terras undae inuoluere furentes
Et diuersa sibi tractantes munia cunctos
Diluuii rapuit subito uiolentia tractu,
Sic subitus flammas uoluens descendet ab aethra
Aduentus noster; nec cunctos ille sub una
Condicione premet. Nam tunc ubi iugera laeta
Infindent duo depresso sub uomere sulcis,
Unus correpto tolletur corpore arator,
Ignarusque alius uasto linquetur in agro.
Uno quin etiam recubantes stramine lecti
Dispar iudicium diuersa sorte subibunt.
Unus enim socium quaeret per strata relictus.
Idcirco famuli uigilent, quia nescius illis
Aduentus Domini subita discendet in hora.
Si sciret certum furis insistere tempus
Quisque domus custos, uigilaret et obuia ferret
Arma procul, ruptas ne quis penetraret in aedes.
Sed uos intentis animis adsistite semper,
Namque repentinus uobis subitusque recurret
Filius huc hominis iustis sua praemia seruans.
Ille fidelis erit seruus, cui credere cuncta
Aedes et famulos uoluit per longa profectus
Vir pater ipse domus: sapiens nimiumque beatus,
Quem ueniens Dominus seruantem iussa uidebit.

164] cf. Verg. Aen. IX 93. 170] cf. Verg. Aen. VII 737. 171] cf. Verg. Ecl. IV 33.

164 fecit V_1 165 terris B^1 166 munera *RMA* 168 subitos M^1, subitas *RBGHHl* discendet *Bb*, descenderet *A*, discendit K_2PT 170 premet *C* alta *MR*, lata $R^2K_1K_2MpPTV_2BBbGH$ 171 imfindent *M* gemini *R* depressos R^1M^1G sub mouere M^1A^1 sulcos R^1K_2PG, sulces *M* 172 corrupto *Hl* 176 querit *T* 178 discendet *M*, discendit *(m. 1) A*, descendit $K_1K_2TV_1$, descendet *rell.* subita—ora *C*, subitas—horas *rell.* 179 certum sciret *Hl* fures $RMMp^1V_2$, furem *A* rebus *RMAMpBb* *181 et 182 transpositi in C; 182 om. Mp* 183 recurset *Mp* 185 reddere *Hl* cunctas $RMAK_2MpV_1V_2GH$ 186 famulus *M* 187 domus] adeo *A* 188 praecepta implere uidebit $K_1K_2PT^1$

Illum maiori famulum redimibit honore.
Ast ille infelix, qui sordida luxuriatus
Tardantem contempnet herum, famulosque fatigans
Verberibus segnique indulgens ebrietati
Luxuriosorum conuiuia concelebrarit;
Adueniet dominus seruumque incauta furentem
Praecipitem dignis poenarum cladibus abdet.
Illum perpetuus fletus stridorque manebit.‘
,Conferri possunt caelestia regna puellis
Bis quinis, pars est quarum sapientior una,
Altera praestupido pars est stolidissima corde.
Occurrere illae uotis sponsalibus omnes
Ornatu adcinctae taedarum flammicomantum.
Sed sapiens pars illa, sibi quo lumina flammae
Susciperet, portare simul curabat oliuum.
Stultarum uero non est prudentia talis.
Cumque moraretur sponsus, tum membra sopore
Soluuntur cunctae per compita lata uiarum.
Iam noctis medio clamor crebrescere magnus
Exoritur, laetoque dehinc occurrere uoto
Admonuit taedisque uias ornare coruscis.
Surgere uirginibus properatum, et lumina taedis

202] cf. Ou. Ep. XII 191. 205] cf. Culex 207.

189 redimebit $CAK_1K_2PT^1$, cumulabit *Poelm. in mg.* 190 imfelix *M* sordide RMK_2 luxoriatus MK_1K_2LPT 191 contemnat *RM*, contemnit *BbG* fatigat *C*, fatiga *A*, fatiget *RM*, fatigat *MpBbHl* 192 signique *C*, segnise *L*, signisque K_2T^1Hl, segnique se M^1, nigri segnique *Mp* hebreitati *L* 193 luxurie semper *ex* luxoriosorum *m. 2 in C* concelebraret *C*, concelebra (r& *eras. uid.*) *M*, concelebrabit *AH*, concelebrabat RK_1K_2 *MpPTBbG*, concelebrari V_2 194 incaute R^1MK_2 *(m. 2)* V_2 195 addicet *M*, retrudet abdet *Mp*, aptet K_1 197 comferri *M* 199 perstupido AK_2T^1 pars est] *om. M*, pras est *L* 200 occurrent *M* 203 *om.* M^1 susciperent *C* simul et portare *Hl* curabatur *A* 206 soluunt *M*, solbuntur *M*, soluentur V_1 cumtę *M*, compote V_2, competa $R^1MK_1K_2MpV_1V_2BGH$ laeta R^2, latae V_1 207 iam] at K_1K_2T medium K_1K_2T, media *G* crebriscere K_2T^1 208 hinc *M* occurre *MB*, concurrere *Hl* 209 corruscis *C*, curuscis *M*, choruscis *L*, choriscis V_1 210 properandum *R*, properanti *A*, properatim MpK_2 *(m. 1)* $V_1BbGHHlN$ et] est CK_2 *(m. al.)* *L*

Instruere et flammas pingui conponere oliuo.
Tum stolidae rogitant olei sibi cedere partem,
Prudentes secum quod tunc gestare uidebant.
Sed quoniam sapiens pauitat chorus, omnibus aeque
Ne desint clarae nutrimina pinguia flammae,
Ex paruo aequalis si detur portio cunctis,
Tum pergunt stultae, ut liquidum mercentur oliuum.
Dum pergunt, laetae transcurrunt omnia pompae
Et sponso tantum comitatur factio prudens.
Adueniunt brutae sero post tempore segnes
Et sponsi pulsare fores et limina clausa
Nequiquam ingeminant precibusque ingrata frequentant,
Ut liceat miseris penetrare in limina laeta.
Illas non comitum sponsi cognoscere quisquam
Non ipse sponsus uoluit. Vigilate timentes,
Aduentus uobis quia non est certior hora.'
,Sicut enim, longas cui contigit ire profecto
In terras, credens seruis tractanda talenta
Uni quinque dedit, duo cepit et alter habenda,
Tertius unius curam tractare talenti
Suscepit, uires quoniam diuersa merentur.
Sed maior quis est concredita portio nummi,
Certatim duplis auxerunt incrementis.
Ille sed, unius cui credita cura talenti,

215] cf. Ou. Met. XV 352.

211 conponere pingui *M* 212 tunc *R* stolida *A* sumere *RML*, dedere *G* 213 tum $CAK_1K_2MpPBbH$ iestare V_2 214 pauitad R^1 echorus *A* 215 paruae RM^1V_2 216 aequales $K_1K_2T^1$ 217 tunc *RM* stolide M^1L et CV_2, *om.* K_1K_2T mercantur RMK_1K_2PTBBb liquidum ut V_1 *(m. 1) Poelm. in mg.* 219 sponsum *Hl* portio *Hl* 220 fatuae *Poelm. in mg.* 221 sponso R^1 222 nequi*quam *CR*, necquidquam *A* ingratȩ *M* 223 penitrare *M* lumina M^1 224 quemquam *M (in mg. m. al.)* 225 ipsus *Poelm.*, non sponsus uoluit quare *in mg.* 226 quia *CM (m. al.)*, quot *L*, quod *rell.* 227 contegit *M* 229 coepit *R cum aliis* et] *om.* V_1 230 tertius et *C* 231 suscipit CR^2 233 duplex R^1M, duplicis *A* hauserunt *M* incrementis CK_2 *(m. 1)* $TV_1V_2Bb^1$ *HHl*, munera donis *L Matr. Poelm.*, in · v · / crementis (in *eras.*) *M*, inque crementis *rell.* aera lucellis *Poelm. in mg.* 234 cura est V_2

Telluri infodiens seruat sine fructibus aera.
Iamque aderat praesens dominus: tum primus et alter
Se geminasse illi pariter concredita monstrant.
Illos laudat herus potioraque credere tantae
Promittit fidei. Sed tertius ille refodit
Et domino reddit tali cum uoce talentum:
Quod scirem domino memet seruire seuero,
Qui meteres segetes alieno semine cretas,
Extimui, argentumque tuum concredere terrae
Malui, quod saluum semper tibi reddere possem.
Tum dominus famulo respondens talibus infit:
Si nescire meos auderes dicere mores,
Nequitiae tantae ueniam concedere possem.
Hoc etiam gnarum potius praestare decebat,
Ut fructum nobis tractata pecunia ferret.
Quapropter segni tollatur portio nostri
Prudentique dehinc detur possessio maior,
Quem duplis cumulasse lucris mea quinque talenta
Inueni. Namque est certum, potiora mereri,
Quis res uberior cumulatae sortis abundat.
At cui parua subest segni substantia corde,
Id minimum penitus iuste tolletur ab illo,
Ut nequam seruus tenebras dimersus ad imas
Perpetuos fletus poenae stridore frequentet.‘

245] cf. Verg. Aen. X 860.

235 tellure *R* tellurem fodiens terrae M^1 condit *MMpG*, seruans *R Matr.* 236 cum AK_1K_2MpT 238 erus AK_2 *(m. 1) TH*, heros *PG* 240 reddidit *M* 241 scirem $CLMpPV_1V_2BGH$, sirem *RHl*, sciebam AMT^1Bb^1, scibam K_1K_2, *cf. Prolegomena* 242 meteres CPV_1B^1, meteret *rell.* 244 quo RK_1 *(m. 1)*, quos *A* tibi semper V_2 possim $RMK_1K_2MpPTBbGH$ 245 responsis K_1K_2TBb imfit *M*, infert K_1 247 concidere *C* possim $RLMpPT^1BbGHHl$ 248 etiam *C*, igitur *rell.* praesentare K_1 *(m. 1)* 249 uobis *R* eferret *(m. 1)* K_1K_2 250 quia propter *AL* signi K_2T^1 253 imueni *M* 254 rebus R^1M uberius K_2T^1Bb habundat RMK_1MpP 255 ad R^1 257 ut *C*, et AK_1K_2 *BbG*, at *rell.* dimersus *RMKLMpG*, demersus *rell.* in MK_1LT^2, ab *Mp* 258 perpetuo *R* frequentent C^1K_1

,En hominis natus ueniet patrisque ministris
Stipatus celsa iudex in sede sedebit.
Tum gentes cunctae diuersis partibus orbis
Conuenient iustosque omnes de labe malorum
Secernet dextraque libens in parte locabit,
At prauos laeua despectos parte relinquet;
Ut pastor pecoris discernit pascua mixti,
Lanigeris dextri permittens mollia prati
At laeuos hirtis dumos tondere capellis.
Sed rex ad dextros conuersus talia dicet:
Huc ueniant sancti, iamdudum debita sumant
Dona patris, mundi quae sunt aequaeua nitentis
Et iustis primo promissa parantur ab ortu.
Namque fame fessum quondam me grata refecit
Haec plebes potuque sitim mihi saepe remouit,
Hospitiumque domus patuit mihi saepe uocato
Et nudus uestis blandissima tegmina sumpsi
Carceris et poenis horum solacia cepi.
Tum Domino tali respondent uoce beati:
Non meminit nostrum quisquam te uisere nudum
Nec famis oppressum dura dicione notauit,
Carceris aut poenis meminit uidisse reuinctum.
Respondens illis dicet tum talia iudex:

260] cf. Verg. Aen. VII 192. 261] cf. Verg. Aen. XII 708. 262] cf. Verg. Aen. II 97. 263] cf. Verg. Aen. IV 374. 266] cf. Verg. Ecl. X 42. 267] cf. Verg. Ge. III 287. 274] cf. Verg. Aen. I 298.

259 et *A* patriisque $K_2T^2V_2$, patriique K_1 261 tunc *M cum aliis* 262 dehinc AK_2T^1 *Poelm. in mg.* 263 secernat R^1, secernens MK_2 *(m. 2)* *L*, secernent T^1 264 dispectos $MK_2LMpPTBb$ 265 discernet $AB^2K_1K_2T^1$ 266 lanigeri K_2T^1 dextrae—partis $RMK_1K_2LT^1$ 267 ac *C* hyrcis *R* tundere *C* capillis *R* 268 conuersos *M* 269 uenient R^1 270 aequa *M*, aequiua *L*, aequata K_2 nitentes MK_1Bb^1 *post u. 270* Qui coluere metant dignos pro tempore fructus *A* 271 parentur AK_2 *(m. 1)* 272 nam fesum fame *M* refficit *M* 273 plebis R^1M 274 hospitioque V_1 276 coepi *R cum aliis* 277 tunc *Hl* dñm *A* 279 obpressum MAK_1Mp notabit *Hl* 280 ar*is K_2 281 dicit CK_1K_2 ▨lia *C*

Fratribus ista meis humiles miserando labores
Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fructum.
At uos, iniusti, iustis succedite flammis
Et poenis semper mentem torrete malignam,
Quas pater horrendis barathri per stagna profundis
Daemonis horrendi sociis ipsique parauit.
Namque sitim passo quondam mihi pocula nulla
Nec famis in poena parui miseramina panis,
Aut peregrina mihi tecti uestisue parumper
Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur,
Carceris aut saepto claustris morbisue iacenti
Umquam uisendi solacia uestra fuerunt.
His damnata dehinc respondet factio uerbis:
Haut umquam nostrum meminit te uisere quisquam
Aut sitis aut saeuae famis aegrum agitare laborem,
Hospita uel fessis errare per oppida rebus,
Carceris aut mersum poenis morboue grauatum,
Ut tibi sollicito fieret miseratio iusta.
His rerum dicet Dominus: Cum uestra superbo
Angustis rebus feritas sub corde tumebat
Calcauitque humiles minimos, me spreuit in illis.
Haec ubi dicta dabit, meritis sua praemia reddet.
Aeternum miseri poena fodientur iniqui,
Aeternumque salus iustis concessa manebit.'

282] cf. Verg. Aen. VI 56. 297] cf. Verg. Aen. XI 335. 303] cf. Verg. Aen. II 537, Laudes Domini u. 5.

282 homi·lis (u above) K_2 283 succidite *CR* 285 torrite *M* 286 horrendi AK_1K_2T baratris R^1 profundi R^2TBHl quas p. h. sociis ipsique parauit *Mp* 288 procula C^1A 289 parui mihi fragmina *Poelm.* 290 haud *MpB* peregrino RMT^1Bb tectis *Hl* ũrisue *A* 291 multis *Hl* dabuntur R^1T^1 292 haud *Poelm. in mg.* morbisque MK_1 *(m. 2)* K_2 *(m. 2)*, morboque T^2Hl, morbiue (s above) *Bb* 293 numquam *RL* 294 dãnanda *A* respondit $K_1K_2Mp^1T^1Bb$ 295 aut *CA*, haud *RPBb*, haut $MK_1K_2Mp^1$ umquam *CMpPBH*, quidem *M*, equidem *rell.* 296 egrumue laborẽ *A* 298 morboque $RMAK_1K_2TV_2Bb$ grabatum *A* 300 dicit $CRAK_1K_2TV_2$ rerum K_2T^1 303 dedit *Poelm.*, reddit *R* 304 plectentur *A* 305 iustos *M*

Talia dum loquitur, scissos lacerata capillos
Pro fratris morbo iustis soror anxia curis
Hortatur iuuenem rapido percurrere gressu,
Casibus ut tantis Christus seruaret amicum.
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis,
Obsequio cuius fratremque domumque merentem
Amplexus pleno Christus retinebat amore.
Nuntius adueniens perfert, extrema iacere
Dilectum Christo iuuenem per tristia morbi
Et leti et uitae confinia summa tenentem.
Lazarus hic habuit nomen, sed Christus amaris
Percussus uerbis: ‚Non est, si creditis, inquit,
Ad letum ducens istaec uiolentia morbi,
Sed Deus ut digno iustis celebretur honore
Et suboles hominis sancta uirtute nitescat.‘
Tunc ad discipulos: ‚Dormit iam Lazarus, inquit,
Sed carum iuuenem faciam consurgere rursus.‘
Aiunt discipuli: ‚Somno succedere plena
Et remeare salus poterit;‘ nec mente sequuntur,
Quod mortem somni dixit sub nomine Christus.
Errorem quorum tali sermone remouit:
‚Lazarus in letum cecidit, sed gaudia menti
Hinc ueniunt uestramque fidem mihi fortius armant,
Cernitis absentem longe quod cuncta uidere.
Sed properemus,‘ ait. Didymus tum talia fatur:
‚Pergamus pariterque omnes procumbere leto

307] cf. Val. Flacc. II 113. 315] cf. Ou. Met. VII 706. 319] cf. Verg. Aen. V 58.

308 praecurrere $K_1K_2TV_1V_2Bb$ 311 inferentem *Mp* 312 complexus *ML* 314 tristitia M^1AT^1 316 sed] si *Mp* 317 perculsus RM^2 K_2 *(m. 2)* T^2 creditus *Mp* 318 ista haec RPV_1BbHl, ista hæc *A*, hista F *Mp* 320 sobolis *R* atque dei soboles *Hl* 323 aiunt] reddunt *Poelm.* somnum *P* sucedere *C* plenam M^1 324 secuntur *C*, sequentur $AK_1K_2T^1$ 329 cernetis $K_1K_2T^1$ 330 didimus *CMA alii*, dydimus *R* tunc *Hl* 331 laeto *C*

Cogamur, totiens quod gens Iudaea minatur.‘
Iamque aderat Christus, fuerat sed forte sepulto
Quarta dies, mersasque atris de morte tenebris
Germanas luctus lacrimosaque tecta tenebant.
Conuenere illuc solacia debita dantes
Iudaeae gentis proceres carique propinqui.
Sed Martha, audito Christum uenisse, cucurrit
Obuia deseruitque domum maestamque sororem,
Et procul: ‚O utinam praesens uirtus tua nobis
Adforet et morti fratrem rapuisset acerbae.
Nam quicquid poscis, certum est tibi posse uenire.‘
Quam Dominus tali solatur uoce gementem:
‚Robustam mentem, mulier, uirtute resume.
Lazarus haec uitae recidiua in lumina surget.‘
Et mulier: ‚Certe surgent in munera uitae
Mortales cuncti, ueniet cum terminus orbi.‘
Christus item sancto depromit pectore uocem:
‚En ego sum clarae uobis reparatio uitae.
In me qui credit, mortem deponere sumptam
Et uitam poterit iugi conponere saeclo.
At quicumque fidem uiuo sub pectore sumet,
Horrida non umquam continget limina mortis;
Istaec si credis puro de pectore, Martha?‘

332* Haec ait et Christo cuncti praeeunte sequuntur

336] cf. Verg. Aen. II 757. 353] cf. Stat. Silu. IV 6, 104; Lucret. VI 1208.

332 toties *R* toties^{n} quotiens gens *M* *u. 332 excipit 332* in* RM^2 $K_1K_2LTV_1V_2BBbHHl$ 332* pereunte *M* 333 sepulcro *Hl* 334 mersequeque *M*, mersusque V_2 335 germanos *Bb* luctui *A* tenebras *Hl* 338 audiens *M* 340 O *om. CMMp* utinam ait *M* hic Christe fuisses *Poelm. in mg.* 341 ac morti RAK_1MpPT^1 aceruae CK_2 clamitat haud morti frater cessisset *Poelm. in mg.* 342 quidquid *C* posces *C* uenire posse (tibi *om.*) *M* 344 mulier mentem RAK_1K_2TB rusume *R* 345 recidiua $CAK_2T^1V_1$, rediuiua *rell.* 347 terminos *C*, terminis R^1 350 credet V_1 351 assiduo iugi *Mp* componere *CM*, conprendere *uel* conprehendere *rell.* 352 aut *R*, et *A* 353 contingit *M* 354 ista haec *RMAMpPHl* de] dei $ALT^2V_1B^2$, sub K_1 *(m. 2)*, dic *Hl*

Illa dehinc: ‚Haec una fides mea corda tenebit,
Sublimis ueneranda Dei quod uenerit in te
Caelestis suboles celso sub nomine Christi.‘
Haec ait et Mariam cursu motura sororem
Interiora petit; sanctum uenisse magistrum
Et pariter luctu oppressam uocitare sororem
Admonuit tacito designans omnia nutu.
Prosilit illa foras audito nomine Christi:
Prosequiturque simul Solymorum turba gementem
Credentum, tumulo fletus inferre sorores.
Illa salutiferum postquam conspexit Iesum,
Procidit ante pedes rumpitque hanc pectore uocem:
‚Si mihi germanum potuisses uisere uiuum,
Lazarus haut poterat durae succumbere morti.‘
Fletibus his Christus socians de corde dolorem
Inquirit tumuli sedem, quo condita nuper
Membra forent animae uolucris spoliata calore.
Haut mora demonstrant flenti maestoque sepulchrum
Rupe sub excisa; lapidis quod pondere clausum
Ut uidit Sanctus, multo mox uecte moueri
Praecipit: at Marthae talis uox uerberat auras:
‚Quattuor en luces totidemque ex ordine noctes

366] cf. Verg. Aen. III 246. 368] cf. Verg. Aen. II 62. 370] cf. Verg. Aen. VI 152. 371] cf. Ouid. Met. XV 457. 373] cf. Verg. Aen. VI 42. 375] cf. Plaut. Amph. I 1, 177.

355 corde AK_2T^1 tenebat *Poelm. in mg.* 356 uenerande AK_1K_2, uenerante T^1 357 soboles RPB, sobolis MK_2T^1, subules A^1 numine T^1 358 et] *om.* M matura $CRMK_1PHHl$, moratura K *(m. 1)* K_2T, maturata L 359 interiorem A^1 360 oppressas—sorores $AK_2T^1H^2$ 361 ammonuit R 363 gementum Hl 364 credentem Mp^1V_2 tumolo CR, tumulos Mp laniatum R, laniantum A, laniatu K_2T^1 ferre AK_2T^1 366 procedit C rumpitque hunc uoce dolorem R (hunc *ex* hanc *corr. m. 2)*, rupitque hac uoce dolorem K_2TV_2Bb rupitque $MK_1MpTBBbHHl$ hac K_1 de pectore M 367 potuisses germanum M uiuere Mp^1 368 aut C durae poterat C 369 soci$\overset{a}{e}$ns R 371 uolucri C colore P^1B^1 372 aut C more A 375 praecepit RBb^1, praecipitat A talix A uerberata A auras CMB^2H, aures *rell.* 376 lucis $K_1K_2Mp^1T^1$

Praetereunt, quo membra solo conposta quiescunt.
Crediderim, corpus motu fugiente caloris
Fetorem miserum liquefactis reddere membris.'
His dictis contra depromit talia Christus:
,Iam totiens dictum est, magnis consistere rebus
Credentum uirtute fidem; sed gloria summi
Iam genitoris adest, fidei si robur habetis.'
Haec ubi dicta dedit saxumque inmane reuulsis
Obicibus patuit, uirtus mox conscia caelum
Suscipit et tali genitorem uoce precatur:
,Eximias grates, genitor, tibi, sancte, fatemur:
Me placidus semper uenerandis auribus audis,
Sed populus praesens me missum credere discat.'
Haec ubi dicta dedit, tumuli mox limine in ipso
Restitit aduerso conplens caua saxa clamore:
,Lazare, sopitis redeuntem suscipe membris
En animam tuque ipse foras te prome sepulchro.'
Nec mora conexis manibus pedibusque repente
Procedit tumulo, uultum cui linea texta
Et totum gracilis conectit fascia corpus.
Tum solui iussit laetumque ad tecta remittit.
Iudaei postquam factum uenerabile cernunt,
Qui tanti Mariam fuerant Marthamque secuti,
Pars credens sequitur tantae uirtutis honorem;
Ast alii repetunt urbem procerumque superbis
Cuncta Pharisaeis rerum miracula narrant.

377] cf. Verg. Aen. I 249. 385] cf. Verg. Aen. V 455, XII 668. 386] cf. Verg. Aen. IX 403. 390] cf. Verg. Aen. XI 881. 391] cf. Verg. Aen. III 566. 400] cf. Ou. Met. XIII 153.

377 praeteriunt R^1A quod $CAMpT_1Bb$ conposita $CMLV_1$ quiescint *A* 380 talia contra depromit *M* 381 toties *RMMp* 383 rubor *P* habentis K_2T^1 384 saxum *M* repulsis K_1K_2T 386 praecatur *C* 387 genitor tibi sancte *M* fatemur] *finit A* 388 placidus me uenerandis *M* 390 tu*muli (m *eras.*) *C* 391 canore *editt. pler.* 392 suspitibus C^1 395 procidit *C* et uultum *Ml* multum T^1 lintheamine *M* 396 fascea CK_2T 397 remitti *RMp* 399 Marthamque fuerant *M* 400 sequens creditur R^1 sanctae MV_1

Ergo ad concilium scribae, plebisque uocatur
Iam grauior numerus, qua uatum principis alte
Pulchra Caiphaeae conlucent atria sedis.
Illic conplacuit Christum prosternere leto,
Sed uitare dies paschae, ne plebe frequenti
Discordes populi raperent in bella furorem.
Ille Simonis erat tectis, quem lurida lepra
Virtute ipsius diffugerat. Ecce iacenti
Accedit mulier propius, sanctumque alabastro,
Quo pretiosa inerant late fraglantis oliui
Unguenta, ab summo perfundit uertice Christum.
Discipuli increpitant fantes, potuisse iuuari
De pretio unguenti miserorum corpora egentum.
Has Dominus prohibet uoces factumque probauit:
‚Desinite obsequio iustam prohibere puellam.
Pauperibus semper dabitur succurrere tempus,
Sed me non semper tribuetur uisere uobis.
Funeris ista mei multum laudanda ministrat
Officio mundumque inplebunt talia facta.'
Tunc e discipulis unus se subtrahit amens
Iudas et ad proceres tali cum uoce cucurrit:
‚Quod pretium sperare datur, si prodere uobis
Quaesitumque diu possim monstrare magistrum?'
Illi continuo statuunt ter dena argenti
Pondera; his Iudas sceleri se subdidit alto.

404] cf. Verg. Aen. II 436. 408] cf. Horat. Eod. VII 13.

403 plebesque *RL* 404 altem *C* 405 caifaeae *C*, phiriseae *ML* conlocent $R^1K_2T^1Bb$ 406 illi R^1, ille K_2T^1 409 symonis *RPBBb* 410 defugerat B^2H 411 proprius H^1 sanctumque alabastro *libri*, frangensque alabastrum *Arev.*, fractoque alabastro *conieci* 412 fraglantis *C*, flagrantis $RMK_1K_2MpPTV_1BBbH$, fragrantis V_1 413 ungenta *(passim)* CK_1 ab $CRV_1V_2B^1H$, a *rell.* perfundit *CPB*, profudit *M*, profundit L^1, perfudit *rell.* 414 fantis T^1 415 corpus aegentum $MK_2T^1V_1V_2$ 416 prohibit CT^1 417 dissinite *ML* 418 succedere *R*, succumbere *B* 420 funeribus—meis *M* multum] semper *RLHl* 421 inplebunt *C* 422 tunc ce *Mp*, tunc ex *H* subtrahet $K_1K_2T^1Bb^1$ 423 et *om.* *PH* 424 pręcium *C* 426 argenti ter dena promittunt *C*, ter dena minarum *Matr.*, argenti ter dena illi mox pollicebantur *Poelm. in mg.* 427 pundera *M*

Iamque dies paschae primo processerat ortu:
Discipuli quaerunt, ubi cenam sumere paschae
Vellet; at ille sibi quendam sine nomine quaeri,
Ultima qui domini caperet mandata, iubebat.
Vespere mox primo bis sex recubantibus una
Discipulis, tali diuinat uoce magister:
‚En urget tempus, Christum cum prodere morti
E uobis unus scelerato corde uolutat.‘
Continuo cuncti quaerunt, quis talibus ausis
Insano tantum cepisset corde uenenum.
Ille dehinc: ‚Epulis mecum nunc uescitur, inquit.
Sed suboles hominis quondam praescripta subibit
Supplicia ad tempus. Miserabilis ille per aeuum,
Qui iustum dedet; quanto felicior esset,
Si numquam terris tetigisset lumina uitae!‘
Et Iudas grauiter tum conscia pectora pressus,
‚Numquid, ait, Iudam talis suspicio tangit?‘
Respondit Dominus: ‚Te talia dicere cerno.‘
Haec ubi dicta dedit, palmis sibi frangere panem,
Diuisumque dehinc tradit sancteque precatus
Discipulos docuit, proprium sic edere corpus.
Hinc calicem sumit Dominus uinoque repletum
Gratis sanctificat uerbis potumque ministrat,
Edocuitque, suum se diuisisse cruorem,

435] cf. Verg. Aen. IV 533. 436] cf. Verg. Aen. II 535. 442] cf. Stat. Theb. V 260, 535. 450] cf. Verg. Aen. VIII 181.

429 rogitant V_1 a christo quaerunt (cenam *om.*) RK_1K_2PT pascha *RMp* (caenam *om.*) K_1K_2PT 430 uellit B^1 432 mox] sed K_1K_2 (*m. 1*) PT^1V_1HHl recumbentibus *RB*, accubantibus (*m. 1*) $K_1K_2T^1$ 433 discipulis fatur u. diuina RLV_2 434 urguet RMK_1P 437 coepisset *R et alii*, concepisset *M* 439 sobolis RMK_2T^1Bb omnis R^1 perscripta $R^1MK_1K_2LPTBb$ 440 mirabilis K_1K_2T 441 dedet CT^2B^2, dedit *rell.* 443 tunc *RLBHHl* tum grauiter *M* 444 suspectio R^1 445 talia te $R^1V_1V_2$ 446 dedit] capit *M Matr.* coepit T^2, palmis *rell.* coepit frangere *H*, tangere *Poelm.* 447 tradidit *ML* sanctaeque *C*, sanctumque $RMpV_1Hl$ 448 sic *C*, se K_1K_2BbH, sibi *rell.* edere *C Matr.*, tradere T^2 *in ras.*, dedere *rell.* 449 sumpsit *Hl* 450 gratis] magnis *Poelm.* 451 diuissere *M*

Atque ait: ‚Hic sanguis populi delicta redemit:
Hoc potate meum. Nam ueris credite dictis,
Post haec non umquam uitis gustabo liquorem,
Donec regna patris melioris munere uitae
In noua me rursus concedent surgere uina.‘
Exin cantato sanctis concentibus hymno
Montis Olìueti conscendunt culmina cuncti.
Talia tum Christus depromit pectore uerba:
‚Omnes praesenti noctis uos tempore longe
Disperget misere deserto principe terror.
Sic etenim scriptum est: Pastoris casibus omnes
In diuersa fugam capient per rura bidentes.
Post ubi uita nouos caeli mihi reddet honores,
Praeueniam uestrosque choros genitalibus aruis
Grata Galilaeae uolitans per rura docebo.‘
Respondit Petrus: ‚Cunctos, si credere fas est,
Quod tua labanter possint praecepta negare,
Sed mea non umquam mutabit pectora casus.‘
Ille dehinc: Nox haec, quae lucida sidera terris
Inducit lucemque premens nunc incubat undas,
Audiet, ut trinis pauidus mendacia uerbis
Dices et Christum, fortissime Petre, negabis,
Et prius, alitibus resonent quam tecta domorum.‘

464] cf. Ou. Met. XIII 272. 465] cf. Verg. Ge. III 136. 470] cf. Horat. Sat. I 5, 9; Verg. Aen. I 89. 474] cf. Verg. Ge. II 328.

452 sangues *M* delicta] peccata *Hl* redimet $R^1MK_2LMpV_2Bb$, remittit B^1, remittet *Poelm.* 453 *om. Mp* hunc K_1K_2 *(m. 2)* PT^2B *BbHl* putate *C* merum *Poelm. in mg.* iam *Hl* ueris] uerbis *Poelm. in mg.* 454 non nunquam $K_2T^1B^1Hl$ 455 munera *Hl* 456 inmersus *M* concidens *M*, concedant PV_2B^2, concedunt $K_1K_2T^1$ 457 exhinc *MpPBHl* concen**tibus (en *eras.) C* ymno CMV_1V_2 458 Oeti *M* 459 pectora R^1 460 praesentis *MMpPBbHl*, praesentes L^1 462 scribtum *T* pastores $K_1K_2T^1$ omnes casibus *M* 464 hinc cum *Poelm. in mg.* 465 perueniam *M* 466 uadens V_1 468 labanter *C*, labenter *M*, labentes *rell.* possent *CM* 469 si *M* nonnunquam *RBHl*, umquam *M* mutauit MK_1K_2Bb 471 inducet RMB^2 undas $CMBb^1$, undis *rell.* 472 ternis *Mp* 473 di*cet (s *eras.)* K_1, discedis *(corr. in* disces*)* K_2T, diceres B^1 474 et] *om. M* halitibus *M*

At Petrus: ,Duram mortem mihi sumere malim,
Vox oblita suum quam deneget ista magistrum.'
Has uires cordis perstant promittere cuncti.
  Nominis Hebraei sunt Gessamaneia rura.
Illo progreditur lucis uitaeque repertor,
Circa discipuli Iuda fugiente sequuntur.
Atque illic reliquos iussit residere ministros.
Ipse sed adsumpto longe procedere Petro
Zebedeique simul natis per deuia tendit.
Tunc angore graui maestus sic uoce profatur:
,Tristia nunc uoluens animus mihi pectora turbat
Morte tenus, sed nunc uos segnem excludite somnum,
Sollicitamque simul uigilando ducite noctem.'
Haec ait et paulum procedens corpore terram
Deprimit et tali proiectus uoce precatur:
,Si fas est, genitor, calicis me transeat huius
Incumbens ualido nobis uiolentia tractu.
Sed tua iam ueniat potius, quam nostra uoluntas,
Quae tibi decreta est tantis sententia rebus.'
  Tunc ad discipulos repedat, sed somnus anhelis
Prostratos terrae membris dissoluerat omnes.

485] cf. Verg. Aen. II 200. 487] cf. Verg. Aen. IX 166. 489] cf. Verg. Aen. IX 403.

475 et *M* diram *Hl* mallim $R^1PT^1B^1$, mallem *Mp* 'malim sumere *M* 476 audita MV_2 *(ex corr.)* quem *(m. 1)* K_2Bb 477 prestant *RLMp* 478 gessamenea *M*, gezamaneida *RL*, gessamanegia K_2 *(m. 1) T*, gessamanneia $RT^2V_1V_2B^2Bb$, geste mania V_1V_2, geszamania MpP^1 479 iugis *M* 480 circa] quem mox $RT^2V_1V_2B^2$ secuntur CK_1K_2PT *BBbH* 481 adque *C* resedere $RMMpV_2$ 482 i*se (p *eras.*) *C*, ille MK_2MpPT^2BBb adsumto *C* procidere *C* 484 ore *Mp* 485 tristitiam uoluens MLV_1V_2Hl, tristia conuoluens *(m. 1)* K_1K_2TBBb 486 morte] te *s. l. RM* uos nunc $K_1K_2MpT^1PBbHHl$ 488 paululum *M*, paulolum K_1K_2Bb procidens $CK_2T^1V_2$ 489 deprimet R^1, depromit M^1 praecatur *C et alii*, profatur V_1Hl 490 o genitor *Mp* transeat calicis me huius *M* 492 s. tua iam ueniat *C*, tua sed iam ueniat V_1, iam tua sed u. V_1, s. tua adueniet R^1, s. tamen adueniat R^2M *et rell.* 494 repetat *Hl* anhelos *C*, hanellis K_1T^1, anhelus *Mp Poelm. in mg.* 495 prostratis CV_1, prostratus R^1 desoluerat *L*

Tunc ait ad Petrum: ‚Non est mihi ponere uirtus
Unam peruigilem tantis sub casibus horam?
Sed uigilate, precor, ne uos temptatio raptos
Horrida praecipitet saeuae per lubrica mortis.
Spiritus iste uiget, sed corpus debile labat.'
Secessit rursus secreti montis in arcem
Orabatque patrem: ‚Rerum mitissime rector,
Hunc quoniam calicem non est transire potestas,
Iam tua proueniat nostra de sorte uoluntas.'
Rursus discipulos somni sub pondere pressos
Inuenit et rursus idem genitore precato
Adloquitur fesso nexos languore quietis:
‚Iam dormire licet sociosque reuisere uestros,
Nam uenit ecce, meum qui dedat in omnia corpus,
Quae maculata meis inponet factio membris.'
Cum dicto Iudas numero stipante cateruae
Aduenit procerum iussu populique ferocis.
Pars strictis gladiis pars fidens pondere clauae
Signa sequebatur Iudae promissa furentis.
Oscula nam pepigit sese contingere Christi,
Quo facile ignotum caperet miserabile uulgus.
Ille ubi dissimulans blanda cum uoce salutat,
Attigit et labiis iusti uenerabilis ora,
Continuo Christus: ‚Totum conplere licebit,
Huc uenisse tuo quaecumque est causa paratu.'
Iniecere manum turbae Christumque prehendunt.

497] cf. Verg. Aen. IV 560. 511] cf. Verg. Aen. I 497. 516] cf. Verg. Aen. II 798.

498 nec $K_1K_2T^1$ 499 horridam *B* 502 notissime M^1 503 facultas K_1 *(m. 2)* $MMpPT^2$ 504 perueniat R^1, p^i^ueniat *Mp*, preueniat *L* 505 rursum *M* praessos *C* 507 fess^u^es *R*, fessos *(m. 1)* K_2T nexus R^1 fesos alloquitur pręsonexos *M* 509 iam *M* ecce] ille *Poelm. in mg.* dedit RT^1 ad RMT^2Bb 510 inmaculata *Mp* imponit $K_1K_2TV_1V_2$ 512 feroces $R^1K_2T^1Bb^1$ 514 sequebantur R^1HHl^2 ferentis R^2 515 dulcia nam Christi tacturum se oscula pactus *Poelm. in mg.* 517 hic ubi dixisset simulata uoce salutem *Poelm. in mg.* 518 iustissimi mirabilis *M*, miserabilis K_1 *(m.2)* K_2MpPT^2B 520 est *s. l.* R^2 parato *Mp*

Tunc e discipulis unus fulgente machaera
Occurrit uatis famulo sublatus in iram
Tempore et excussam rapuit ui uulneris aurem.
Olli Christus ait: ‚Gladium tu ponito, noster;
Nam quicumque ferox confidet uindice ferro,
Hunc iusti similis ferri uindicta manebit.
An ego non possem caelestia castra uocare
Et patris innumeras in proelia ducere turmas?
Sed scriptura meis conplenda est debita rebus.
Vos autem stricto qui me conprendere ferro
Fustibus et gladiis concurritis, en ego uobis
Occurram, templi media qui semper in arce
Vobiscum residens docui, nec talia quisquam
In solum tantis circumlatrantibus ausus.‘
Discipuli passim Christo fugere relicto.
Iamque Caiphaea steterat saluator in aula,
Cum uenere omnes scribae proceresque uocati.
At Petrus longe seruans uestigia solus
Occulte maestus sedit cum plebe ministra
Extremum opperiens tanto sub turbine finem.
Ecce sacerdotes falsos conquirere testes
Incumbunt fictasque uolunt contexere causas,
Quis mortem insonti possent inponere Christo.
Sed nullus tanto uisus satis esse furori.

539] cf. Verg. Aen. II 711.

522 ex *HHl* machera *CRM alii* 523 uatis] huius *M* 524 timpore *M* et] *om. Mp* excisam RK_2 *(m. 2)* T^2H; ei caesam *Poelm. in mg.* 525 tuum *MBb* 526 confidit MK_1K_2LTBbH 527 huic R^1 iuste K_1, iustis Hl^1 528 possim RV_2, posum *M*, possum K_1 *(m. 2) PB* 529 turbas *M* 530 comprehendenda *(m. 1)* K_2T dedita *Poelm. in mg.* 531 conprehendere *MLB* 532 concurrite H^2 533 occurreram *M*, occurri K_2 *(m. 2)* $LPT^2V_1B^2$, occurrit *Bb* mediam—arcem *M* 534 resedens MB^1 docui* (t *eras.*) *C* 535 circumlatratibus $C^2R^2K_1K_2MpTB^2$ insonuit tantis circumlatratibus audax *Poelm.* 537 adstiterat *RHl*, adsteterat *M* MpB^1Bb, astiterat *H Poelm. in mg.*, adsisterat *(m. 1)* K_2 538 conuenire *M* 539 xp̃i uestigia *Hl* 541 operiens RM^1K_1 543 factas K_2 *(m. 1)* uoluunt *M* 544 possint $CMK_1K_2LTBBbH$ 545 superesse *(m. 1)* K_2TV_1Hl furore *Mp*

Ultima prosiliunt testes, qui dicere Iesum
Audissent, templum quod solus uertere posset
Et uersum trinis iterum instaurare diebus.
Ipse sacerdotum princeps urgere tacentem
Insistit frendens furiis ac talia fatur:
‚Cur nihil ad tantas nunc respondere querellas
Conuictus ueris procerum sub testibus audes?
Adiurabo tamen summi per regna Tonantis,
Ut fateare palam, si fas te credere Christum.'
Ille dehinc tali conpellat uoce superbum:
‚Istaec sola tibi procedunt pectore uerba
Vera tuo; ueniet uobis uisenda per auras
Maiestas prolis hominis, cum dextera sanctae
Virtuti adsidet sub nubibus ignicoloris.'
Talibus auditis scindit de pectore uestem
Exsultans furiis et caeco corde sacerdos
Atque ait: ‚Audistis pugnantis foeda profani
Verba Deo; polluta magis consurgat in iras
Religio et uestram cuncti iam pandite mentem.'
Conclamant omnes mortique addicere certant.
Tum sanctam Christi faciem sputa inproba conplent
Et palmae in malis colaphique in uertice crebri

550] cf. Verg. Aen. III 485. 553] cf. Val. Flacc. II 560. 555] cf. Verg. Aen. V 161.

546 ultime $RMLP^1$ xp̃m $RMMpP$ 547 quo *(m. 1)* K_2T possit $CRMMpPBBbH$ 548 instaurare *ex corr.* K_2T 549 urguere *plerique* 550 feruens RMK_1MpPBb 552 conuinctus R^1, comuict$\overset{u}{*}$s *M* audis $K_1K_2T^1$ 554 fateari R^1, fatearis *M*, fateare tamen *(m. 1)* K_2, dicasque *MpP*, dicas K_1 *(ex corr.)* palam] tamen T^1 te est R^1 est te $V_1V_2B^1$, est K_1K_2 (te est *m. 2)* 556 ista haec RMK_2MpPTV_2Bb concidunt *M* pectora *(m. 1)* $K_1K_2T^1$ 557 tuo] at *M*, tamen *MpPH* aures *Hl* 558 proles *C* cum d. s.] uirtutis ad altae *Poelm.* 559 uirtutis MB^1, uirtute K_1 adsedet *RM* cum sedeat dextram per nubes ignicolores *Poelm.* 561 insultans K_2 *(ex corr.)* *PBbHHl*, insultat V_1, exultat *T* 562 auditis MT^1V_1 profani *in ras.* K_2T, insani *Mp* 563 pulluta *CM* malis $MK_1LMpPV_2B^1BbH$ 564 relligio R^2PB, relegio *(m. 1)* K_1 566 tunc RBT^2 conplent *C* 567 in malis *CMp*, malis *rell.*

Insultant uerbisque omnes inludere certant:
‚Christe, profetabis, cuius tibi palma sonarit!'
At Petrum mulier tristem quod uiderat intus,
‚Tune etiam, iuuenis, fueras comes additus, inquit,
Isti, quem ludens procerum sententia damnat?'
Ille negat tectisque feris se promere temptat.
Ecce sed egressum primo sub limine cernens
Altera consimili prodebat uoce ministris.
Rursus ait iurans, illum se nosse negabat.
Tum percontatum multi accessere sequentes
Eque sono uocis sese cognoscere dicunt,
Cuncta Galilaeam streperent quod uerba loquellam.
Et Petrus iurans deuotis omnia uerbis
Nescire adfirmat, quisquis foret ille, negando.
Hanc uocem, plausum quatiens sub culmine tecti,
Ales prosequitur cantu, mentemque Simonis
Circumstant tristem uerbis praesagia Christi;
Egressusque dehinc ploratus habebat amaros.
Sidera iam luci concedunt et rapidus sol
Progreditur radiis terras trepidantibus inplens.
Iamque e concilio Christum post terga reuinctum

568] cf. Verg. Aen. II 64. 574] cf. Verg. Aen. VI 255. 586] cf. Verg. Ge. II 322. 588] cf. Verg. Aen. II 57.

569 sonar& $R^1M^1B^1Bb$, sonabit K_2T^1 570 ad *R et alii* 571 tum *(m. 1)* K_2T *post* fueras *rasura in M* 572 laudens *Hl*, gaudens *coni. Reuschius* 573 feris *CRPT*, foris MK_1K_2MpBb, foras *rell.* 574 limine $CRMK_2$ *(m. 2) LBb*, lumine *rell.* 576 et rursus *M* periurans *Poelm.* neganit *Poelm.* 577 tunc MK_1K_2PTBb percontatum *C*, percunctatum K_2 *(m. 1)* TB^1, percunctantum *uel* percontantum *rell.* 578 aeque R^1 *et alii* aeque similiter *Mp* uoces *(m. 1)* $K_1K_2TBb^1$ cognoscire K_2T^1 581 adfirmans Bb^1 582 plausu *R* quotiens R^1 tegmine *R*, limine T^1 tecti| fecit K_1 583 hales *M*, alis *(m. 1)* K_1K_2T cantum *M* 584 uerba B^1, uerbi T^2 *ex corr.*, muneri V_2, ueris *Matr.*, numīs *Hl*, uera *nonn. editt., fort.* uerbi 585 egressusque] que *a m. 2 R* egressumque—amarus habebat K_1K_2PT egressusque—amaros habebat *Bb; Iuuencum imitatus esse uidetur Ermoldus u. 370 cf. Duemmleri ed. (Poet. Lat. aev. Car. II p. 16)* 586 celi *N* concidunt *M* rabidus *M* 587 trepitantibus *R*, crepitantibus *B*, uibrantibus *MpPH* 588 e] *om.* $CMK_1K_2MpTH^1$ posterga CR^1M

Praesidis ad gremium magno clamore trahebant.
Interea celsum Dominus stans ante tribunal
Talia Pilati uerbis excepit Iesus:
‚Tu rex Iudaeae gentis, quod dicitur, adstas?'
Respondit Christus: ‚Vestris haec audio uerbis.'
Exhinc terribilis iusti accusatio surgens
Infremit et sanctum scelerata facundia pressat.
Respondere nihil trucibus dignatur Iesus.
Pilatus quaerit, quae tum sit causa tacendi.
Ille magis perstans miranda silentia seruat.
Sollemni sed forte die concedere leges
Unum damnati capitis de more iubebant;
Et fuit in uinclis famoso nomine latro,
Quem Christo infensus populus dimittere uitae
Ardebat: trucibus somno sed territa uisis
Pilati coniux, iusti discedere poena,
Mandatis precibusque uirum suspensa rogabat.
Tum iudex iterum procerum disquirere mentem
Temptat, et instanti cuperent quem soluere poenae,
Plebis ad arbitrium mitti de lege requirit.
Sed proceres populum fusa ambitione rogabant,
Latronem legi peterent Christumque negarent.

589] cf. Verg. Aen. II 58. 603] cf. Verg. Aen. X 447.

589 magno cum *M* 590 celsum *(um ex corr.)* K_2T stetit V_1 591 talibus exceptum pilatum uocibus urget *Hl*, talibus exceptis Pilatus uocibus ursit *Poelm.* 592 qui dicitur *Poelm.* adstans R^1MLB^2Bb 593 iħs $RMLV_1V_2B$ 594 exhinc *CMpPBb*, exin *rell.* 595 infremet R^1MK_1 sancti $K_1K_2MpPT^1BHl$ iustum $K_1K_2LMpPTBHl$ scelerata] *libri*, sceleris *conieci*, scelerum *Arev.* perstat *C*, instat *M* 597 tunc RLT^1B 598 prestans *(m. 1)* K_2T^1 miranda] magna *C* 599 concidere *CM* legis *(m. 1)* K_1K_2TBb 600 damnatum *coni. Arev.* morte MB^1 habebant *MBb* 603 ardet *M* territa sed *M* uiros $K_1K_2T^1$, uiso *Bb* 604 coniux CK_1K_2Bb, coiux *M* poenę R^1K_2 *(m. 1)* PT^1Bb 605 mandati /// *M* precibusquis *M*, -que *om.* K_2T^1 606 procerum *om.* K_2T^1 607 poena V_1*(?)*$V_2T^2B^2$ *cf. u. IV 619* 608 at R^2MT^2H mitti—requirit $CK_1K_2T^1$, mittit—requiri *rell.* 609 ad *Bb* 610 legem *Mp* negarent $CMpT^1V_1V_2$, perderent *M*, necarent *rell.*

At postquam procerum incendit sententia uulgum,
Latronisque petit potius sibi cedere uitam,
Consuluit praeses populum, quid uellet Iesum.
Plebs incensa malo saeuos miscere tumultus,
Et crucis ad poenas iterumque iterumque petebant,
Qui regis nomen cuperet, qui Caesaris hostem
Confessus sese proprio damnauerit ore.
Denique ui uictus detestatusque cruentum
Officium increpitans se libera sanguinis huius
Corda tenere sibi, coramque a crimine palmas
Abluit, ut genti tantum macula illa maneret.
Hoc magis inclamant: ‚Nos, nos cruor iste sequatur,
Et genus in nostrum scelus hoc et culpa redundet.'
Pilatus donat plebi legique Barabban
Et crucis ad poenam uictus concedit Iesum.
  Proditor at Iudas, postquam se talia cernit
Accepto sceleris pretio signasse furentem,
Infelix ueris damnans sua gesta querellis
Proiecit templo tunc detestans argentum.
Exorsusque suas laqueo sibi sumere poenas
Informem rapuit ficus de uertice mortem.
Inde sacerdotes, pretium quod sanguinis esset,
Inlicitum fantes aditis concedere templi,

611] cf. Stat. Theb. X 580. 630] cf. Verg. Aen. II 576.

611 ad *RMp* incendet T^1Bb uulgum $CMpT^1V_1$, uulgus *rell.* 612 potius petunt *MH* caedere *R* 613 qui CB^1 uellent *RM* 615 iterum$_1$] *R* $MK_1K_2LTV_1V_2Bb$ petebat *HHl* 616 quis T^1 cessaris MB^1 617 tacito *Hl* damnauerat MK_1 *(m. 2) B* 618 ui uictus] uinctus R^1, uictus $V_1V_2H^1$ 619 sed K_2T^1Bb liber se a sanguine *MB* 622 haec *Mp* inclamat K_2T^1 nos$_2$] si os *Mp* 624 barrabbam *RM*, ba$\overset{b}{*}$rabam K_1, baraban K_2, barabban T^1, barr$\overset{b}{a}$ban *P* 625 uinctum RK_2T^2, uinctus *(m. 1)* K_2 concidit *M*, concedet K_1, concederet K_2T^1 conceditur Iesus *Mp* 626 posquam *Mp* 627 praetio *CR* prȩcio *M* generasse *Poelm.* 628 ueris *C*, eris *Matr.*, miseris *MpP*, aegris *in ras. T*, aegris *rell.* 629 proicit *Mp* in templo *RP* detestabile *Matr.* 630 exosusque *(m. 1)* K_1K_2T 631 *et* 633 *om. Mp* 632 praetium *C* 633 fanaditis K_2T^1 aditis *libri* iam cedere *RHl*, iam condere K_1K_2 *PTH* templis R^1

Quod dare tum licitum, cum sanguis distraheretur,
Credebànt, agrum mercati nomine uero
Sanguinis, horrendo signant scelera impia facto.
Haec quondam cooperta canens uox uera profetae
Euentum rerum patefecit in ordine saecli:
Argenti triginta minas posuere profani
Hoc pretium pretiosi corporis instituentes,
Quod mox ad figuli rursus transfertur agellum.
  Traditus est trucibus iustus scelerisque ministris
Militibus: scelerata ludibria corpore praebet.
Purpureamque illi tunicam clamidemque rubentem
Inducunt spinisque caput cinxere cruentis,
Inque uicem sceptri dextram comitatur harundo.
Tum genibus nixi regem dominumque salutant
Iudaeae gentis faciemque lauere saliuis
Vertice et in sancto plagis lusere nefandis.
  Haec ubi transegit miles ludibria demens,
Indutum propriae ducebat tegmina uestis
Et crucis ad poenam sanctum iustumque trahebat.
Ecce sed egressi quendam cepere Simonem
Cyrena genitum lignumque adferre iubebant,
Quo dominum lucis iussis suffigere saeuis
Instans urgebat saecli inmutabilis ordo.
At postquam uentum est, ubi ruris Golgàtha nomen,
Permixtum felli uinum dant pocula Christo.
Ille sed in summo gustu tractata recusat;

634 licuit $K_1K_2T^1$ dum *$RLMpV_1V_2$* sangues *M* detraheretur V_1V_2 636 facta *Mp* 637 conperta R^1MLV_2 cadens *Poelm. in mg.* 638 euentu $CRK_1K_2TB^2H$ 643 scelerata *libri*, scelerum *Arev.*, sanctus *conieci* perfert K_1 *(m. 2)* 644 tonicam *RMMp alii* 645 induunt V_1Hl in spinisque *M* 646 dexteram *M* comitatu *C* 647 nisi *Mp* dñ̃q; K_1, dominumue *T* (ue *a m. 2*) *Poelm.* 648 lauare *RBBbH* (r *in ras.*), lobere T^1 649 sanctum *(m. 1)* $K_2PTV_1V_2$ 650 demens insaniens *Mp* 651 ducebant *R*, educebant *M*, dicebant *Mp* tegmina *C*, tegmine *rell.* 652 trahebat *C*, trahebant *rell.* 654 *om.* K_2T^1 Cyrineae *R*, Cirina MpV_1BbH 656 urguebat R^1M *alii* immutabilis *C* saeclum mutabilis *M* 657 Gulgotha V_1 658 felle RB^1 659 tractare $RK_1K_2TB^2Bb$

Ut satis antiquis fieret per talia dictis,
Nec tamen insultans hominum furor omnia poscit.
Iamque cruci fixum pendebat in arbore corpus,
Intactaeque dedit tunicae sub sorte per omnes
Militis unius seruans possessio textum.
Et scriptum causae titulum meritique locarunt,
Quod rex Iudaeae plebis gentisque fuisset.
Accidit, ut pariter poenae consortia ferrent
Latrones hinc inde duo; sed caeca furentis
Insultat plebis fixo uaesania Christo:
,Hic est, qui templum poterat dissoluere solus,
Hic est, qui trino lucis reparare meatu.
Sed nunc discendat suboles ueneranda Tonantis
Et crucis e poena corpusque animamque resoluat.'
Haec uulgi proceres uaecordis dicta sequuntur;
Atque Pharisaei scribaeque et factio demens
Inludunt motuque caput linguasque loquellis
Insanis quatiunt aeternae ad uincula poenae:
,Nonne alios quondam trucibus seruare solebat
Morborum uinclis? sese cur soluere poenis
Non ualet? En regem nostrae quem credere gentis
Debuimus: soluat ligni de robore corpus!
Tunc sanctis digne poterimus credere signis.

673] cf. Verg. Aen. IV 695.

660 *spurium esse putauit Marold* 661 posset K_2 *(corr. in* -it) *T* (set *in ras.) Hl* 662 crucis MK_2TBb^1 affixum *Poelm. in mg.* *hunc uersum sequitur* uestesque milites IIII partiuntur in partes *in R (mg.)* K_1PT^3N 663 intactamque dedit tunicam *Poelm.* 666 gentis plebisque *M* 667 accedit *CBb* poenae pariter RV_1V_2 668 hin *R* duos $CRMBb^1$ furentes *(m. 1)* K_1K_2T 669 uesanio R^1 670 poterat templum *C* 670 *et* 671 *transpositi in C* 672 discendat MK_1K_2T, descendat *rell.* sobolis R^1, subolis *(m. 1)* K_1K_2TBb uenerando V_1 674 uecordes *(m. 1)* K_2T 675 at $CRK_1K_2TV_2BBb$ scribaeque simul V_2Bb^1 676 linguamque K_1K_2T 677 ternae *M*, aeterna *Poelm.* uincla *M* 678 solebant *Mp* 679 proprias cur soluere poenas *R*, uincere *pro* soluere K_1K_2 *Matr. TBb* 680 uolet *Hl* et $MK_1K_2LTB^2Bb$ gentes T^1 681 soluat ergo *(m. 1)* K_1K_2T rubure *M*

Confidit genitore Deo: dimittere poena
Cur propriam non uult subolem ueneranda potestas?
Nec minus increpitant dextra laeuaque gementes
Adfixi crucibus scelerum pro sorte latrones.
Iam medium cursus lucis conscenderat orbem,
Cum subito ex oculis fugit furuisque tenebris
Induitur trepidumque diem sol nocte recondit.
Ast ubi turbatus nonam transegerat horam
Consternata suo redierunt lumina mundo.
Et Christus magna genitorem uoce uocabat
Hebraeae in morem linguae; sed nescia plebes
Heliam uocitare putat. Tum concitus unus
Cogebat spongo turpi calamoque reuincto
Inpressum labiis acidum potare saporem.
Cetera turba furens tali cum uoce cachinnat:
‚Spectemus pariter, caelo ne forte remissus
Helias ueniat, celsa qui sede quiescit,
Liberet et misero confixum stipite regem.'
Tum clamor Domini magno conamine missus
Aetheriis animam comitem conmiscuit auris.
Scinduntur pariter sancti uelamina templi
Carbasaque in geminas partes disrupta dehiscunt
Et tremebunda omni concussa est pondere tellus,
Dissiliuntque suo ruptae de corpore cautes.

687] cf. Verg. Aen. VIII 97. 692] cf. Verg. Aen. X 873. 697] cf Verg. Aen. XII 606. 701] cf. Ou. Met. III 60. 702] cf. Verg. Aen. VI 761. 705] cf. Verg. Aen. IX 752.

683 confidat *P* poenam R^1B^1, poenas K_1K_2 684 propria *MpB* 686 sceleris K_1 *(ex corr.)* K_2T^2Bb 687 iamque *Bb* 689 tripidumque *R* 690 turbatam RMB^1 transierat *MMpP*, transiuerat *L*, transcenderat RV_1BHHl 691 suos *Hl* munera *(m. 1)* K_2T^1 693 haebraeae *C* plebis MK_1K_2T 695 sphongo *CP*, spungo MpK_1K_2LTB, spongio B^1 reuicto R^1 696 acitum *C*, acetum R^1, aco&un *M* putare *C* 699 quin *L* in sede $MpPV_1V_2BbH$ 700 misserum *M*, miserum V_2Hl 701 tunc *MLMpP* 702 aethereis R^1, aethereisque *MpP* commiscunt (auris *om.)* *Mp* 704 derupta V_1 705 tremibunda CMT^1 pundere *M* 706 de corpore] de pondere *(m. 1)* K_1K_2T

Tum ueterum monumenta uirum patuere repulsis
Obicibus iustaeque animae per membra reuersae
Et uisi passim populi per moenia late
Errauere urbis: sic terrent omnia mundum,
Militibus primis quatiuntur corda pauore,
Dedita qui saeuae seruabant corpora poenae,
Et subolem dixere Dei Christumque fatentur.
E speculis matres miracula tanta tuentur
Omnes, obsequium Christo quae ferre solebant.
Iam decedenti uesper succedere soli
Coeperat, et procerum solus cum iustior audet
Corpus ad extremum munus deposcere Christi.
Hic ab Arimathia nomen gestabat Ioseph,
Qui quondam uerbis aures praebebat Iesu.
Pilatum tunc iste rogat, sibi cedere membra,
Quis nuper tulerat uitam uis horrida poenae.
Concessit praeses et corpus fulgida lino
Texta tegunt saxique nouo conponitur antro.
Limen concludunt inmensa uolumina petrae;
E speculis seruant matres et cuncta tuentur.
Iamque dies rutilo conplebat lumine terras,
Otia qui semper prisca de lege iubebat,
Nulla sed inmitis procerum furor otia seruat.
Conueniunt onerantque simul sic iudicis aures:
,Erroris laqueos iustissima poena resoluit.

707] cf. Verg. Aen. III 102. 711] cf. Verg. Ge. III 106, Aen. V 138. 727] cf. Verg. Aen. IX 459.

707 reuulsis K_1K_2T 709 uisi passim *C*, uisum passim K_1K_2LTBb late *CBb*, lata RV_2, latae *rell.* 710 omnia uerbis *(m. 1)* K_1K_2T 711 quatiantur K_1K_2 *(m. 1)* 713 sobolem RMP^1BBb 714 et $K_1K_2LMpT^1Bb$ 716 iamque RPV_1V_2 decidenti $R^1V_1V_2$, recedenti *(m. 1)* K_1K_2TBbH succidere *M* 717 cum *CMP*, tum *rell.* aget R^1 718 deponere MK_2T^1 719 nomine *(m. 1)* K_1K_2TBb 720 condam *Mp* 721 tum *Mp* ipse *(m. 1)* K_2T concedere *M* 723 sed $CRMK_1K_2LPTV_1BBb$ linus *Hl* 725 concludunt limen *M* includunt *L* 726 et *LMp*, e *in mg.* K_1K_2T, *om. Bb* 727 conplerat K_1 730 onerantque] curatque K_2T^1, honerantque B^2Hl sic] *a m. 2 in* K_2TBb

Nunc meminisse decet; quoniam planus ille solebat
Vulgari semper iactans promittere plebi,
E mortis sese tenebris ad lumina uitae
Cum trino solis pariter remeare recursu.
Hoc petimus, custos miles noua funera seruet,
Ne fera discipulis furandi audacia corpus
Consurgat turbetque recens insania plebem.‘
Et Pilatus ad haec: ‚Miles permittitur, inquit,
Seruare, ut uultis, corpus tellure sepultum.‘
Conueniunt saxique ingentia pondera uoluunt,
Et limen signis et saxum milite seruant.
  Sidera iam noctis uenturo cedere soli
Incipiunt, tumuli matres tum uisere saeptum
Concurrunt, motus sed terram protinus omnem
Concutit et caelo lapsus discendit aperto
Nuntius et saxum tumuli de limine uoluit.
Illius et facies splendet ceu fulguris ignis,
Et niuis ad speciem lucent uelamina uestis.
Militibus terror sensum discluserat omnem
Et iacuere simul ceu fusa cadauera leto.
Ille sed ad matres tali cum uoce profatur:
‚Vestra pauor nullus quatiens nunc corda fatiget;
Nam manifesta fides, sanctum uos quaerere corpus,
Quod crucis in ligno scelerata insania fixit.
Surrexit Christus aeternaque lumina uitae

741] cf. Verg. Aen. VI 616. 746] cf. Verg. Aen. VIII 423. 754] cf. Verg. Aen. II 309. 755] cf. Verg. Aen. VII 461.

732 solebat] *explicit C* 733 uulgare *MP*, uulgaris *Mp* 734 limina *PH* 735 solis trino RLV_2BHHl remiare *M* 736 hoc R^1K_2 *(m. 1)* T^1, sed *rell.* 738 replens $RLT^1V_1V_2$ *(m. 2)* B^1Bb^1 740 si uera *(m. 1)* K_2T, seruate B^1 *Poelm.* sepulchrum K_1 *(m. 1)* 741 in saxique K^1, saxisque V_1V_2 pundera *M* 742 signis (ignis *in ras.*) K_2T 743 quam *M* solo *(m. 2)* K_2T^1 745 motu* *M* terra MK_1B^1 omnis *Bb* 746 discendit MK_1K_2PTBb, descendit *rell.* 748 fulgoris $RK_1K_2PT^1Bb$ 749 uestes K_2T^1 750 discusserat *M* 751 fosa V_1, flexa *N* 752 talia tum R^1, talia cum *L* tum *PBb* 753 nullais *Mp* non R^1 756 aeterna *M*, aeterna in R^1, aeternaque in $K_1K_2T^1Bb$

Corpore cum sancto deuicta morte recepit.
Visere iam uobis licitum est, quod sede sepulchri
Nulla istic iaceant, fuerant quae condita membra.
Dicite praeterea celeri properoque recursu
Discipulis, Christum remeasse in luminis oras,
Inque Galilaeam laetum praecedere terram.'
His dictis uisisque animos perfuderat ardens
Laetitia attonitis stupor ancipitique pauore.
Denique praecipiti celebrantes gaudia cursu
Talia discipulis referunt tumulumque relinquunt.
Ecce iteris medio clarus se ostendit Iesus
Et fidas matres blandus saluere iubebat.
Occurrunt illae et genibus plantisque prehensis
Victorem leti pauidae uenerantur Iesum.
Talibus ille dehinc praeceptis pectora firmat:
,Mentibus absistat fidei pauor omnis et ista
Fratribus en nostris propere mandata referte.
Nostri conspectus si cura est, ite uolentes
Inque Galilaeam propere transcurrite terram.'
  Interea tumulo custodum exterrita corda;
Mittunt e numero partem, quae tanta referret
Iudaeis rerum miracula. Sed manus amens
Iam semel insano penitus deuota furori

761] cf. Verg. Aen. VII 660. 764] cf. Verg. Ge. II 508. 773] cf. Verg. Aen. XI 176. 779] cf. Verg. Aen. I 712.

757 de uita *Mp* 759 nulla stic *(m. 1)* K_2T 760 recurso R^1, cursu *M* 761 horas RK_1K_2MpHHl 763 hic (s *supra*) K_2 764 laetitiae $K_1K_2MpT^1$ attonitis (o *supra*) *P* stupore *MLBb*, fauore *Poelm.* 765 celerantes K_1K_2PT $V_1V_2B^1BbHHl$, celantes *Matr.* 766 relinquent $K_1K_2T^1Bb$ 767 uiae *Poelm. in mg.* sese MK_1 *(m. 1) Bb* 768 fides *Mp* blande RK_2 *(m. 2) LT* blandusque aluete (f *supra*) *M* saluete *(m. 1)* K_1T, saluare V_1H 769 et *om. Hl* 770 pauide *R et alii* 772 fides K_2 *(m. 1)* B^1 ista haec *MpP*, istaec $K_1K_2T^1$ 773 en] haec RV_1, hinc $MLMpPB^2HHl$ 774 noster conspectus si curae est *Poelm.* uolentes (s *in ras.*) *T* stite uolentes K_1 *in ras.* 775 discurrite *Poelm. in mg.* 776 tumuli RLP^2 V_1HHl 777 e] te *Mp* tante R^1 refferret *M (saepius)*, referit *(m. 1)* K_1T 778 Iudei *Mp*

Praemia militibus certatim magna rependit
Et famam argento redimit, quod limine rupto
Furtim sustulerit corpus defensa tenebris
Occulte rapiens audacia discipulorum.
Iamque Galilaeos conscenderat anxia montes
Mandatis Christi concurrens turba suorum:
Cernitur ecce suis proles ueneranda Tonantis.
Illum procumbens sancte chorus omnis adorat;
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus uirtus, nam pars dubitabat eorum.
Tunc sic discipulos clarus conpellat Iesus:
,In caelo et terris genitor mihi cuncta subegit,
Me pater est uobis dignatus mittere lucem.
Gentibus haut aliter nunc uos ego mittere cunctis
Institui, uestrum est cunctas mihi iungere gentes.
Pergite et ablutos homines purgantibus undis
Nomine sub sancto patris natique lauate,
Viuifici pariter currant spiramina flatus.
Ablutisque dehinc nostra insinuate docentes
Praecepta, ut uitam possint agitare perennem;
Nec uobis umquam nostri praesentia deerit,
Donec consumens dissoluat saecula finis.
Has mea mens fidei uires sanctique timoris
Cepit et in tantum lucet mihi gratia Christi,
Versibus ut nostris diuinae gloria legis

803 s.] cf. Verg. Ge. IV 559 s.

780 rependit (p *in ras.*) K_1 781 redemit $K_1K_2MpT^1Bb$, redimet V_2 783 rapidis *N* audatia *RM alii* 784 Galilei *(m. 1)* K_2T 785 concursans *Poelm.* 786 prolis MK_1K_2T 787 sanctę *RBbH*, sanctus MpV_1 788 credebat V_1Hl 789 eorum] *hic desinit M* 791 in terris R^1P 793 aut T^1 794 mentes K_1 796 sub] *add. m. 2 in* K_2T 797 uiuifice *(m. 1)* K_1K_2 curant R^1K_2, uiuant *Poelm. in mg.* spiracula K_1K_2T, spiraminacula *Bb* 798 insinuata *Mp* 800 nostra V_1, nostrum *Poelm. in mg.* derit *(m. 1)* K_1K_2TL 801 consummans *B* fines K_1K_2Bb FINIVNT QVATTVOR LIBRI IVVENCI INCIPIT VERSVS EIVSDEM *L*, Explicit liber IIII Iuuenci item ipsius *Matr.*, denique finimus opus hoc requiemque subimus *N* 803 luxit *pleraeque editt.* 804 diuina *(m. 1)* $K_1K_2T^1$

Ornamenta libens caperet terrestria linguae.
Haec mihi pax Christi tribuit, pax haec mihi saecli,
Quam fouet indulgens terrae regnator apertae
Constantinus, adest cui gratia digna merenti,
Qui solus regnum sacri sibi nominis horret
Inponi pondus, quo iustis dignior actis
Aeternam capiat diuina in saecula uitam
Per dominum lucis Christum, qui in saecula regnat.

808 Constantius *(m. 1)* K_2T gloria *Matr. Poclm.* 809 rerum *(m. 1)* K_2TB sacri* (s *eras.)* K_1 numinis $RK_2MpPT^1V_2B^1BbH$ 810 qui V_1V_2 digna probaris R^2 *in ras.* 811 capiet *Hl* 811 *et* 812 *crasi sunt in R, quorum loco nunc legitur benedictio quaedam regalis (cf. Prolegomena)* 812 *om.* K_1K_2 *(m. 1) Matr.* T^1 EXPLICIVNT LIBRI IIII EVANGELIORVM VERSIBVS GAI VE⁞TII AQVILINI IVVENCI PRESBITERI *R,* EXPLICIT LIBER IIII EVANGELIORVM VERSIBVS GAI VECTI AQVILINI IVVENCII PRBI MpV_1 (VETTI IVVENTI) V_2 (VETTI) *Hl* (Vetti), FINIVNT VERSVS IVVENCI IIIIOR EPYGRAMMATA PROSPERI EVANGELIORVM VIRI ERVDITISSIMI EXAMETRO ET PENTAMETRO DEGESTA OPVSCVLIS S̄C̄Ī AVGTSTINI DEFLORATA INCIPIVN (T supra) *(sic) L,* EXPLIC̃ EVANGELIORVM LIB̄ IIII G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI · VC · PR̃B̃I *T,* G. VETTI AQVILINI SIVE IVVENCI PRB̄I EVANGELIORVM LIBER IIII · EXPLICIT K_1K_2 (FILICITER AMEN *addito) Bb* (feliciter *add.),* EXPLICIT LIBER IVVENCI *B,* EXPLICIT LIBER QVARTVS IVVENCI PRSBI DO GRATIAS *P,* EXPLICIT LIBER IVVENCI QVARTVS EVANGELIORVM *H*

INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM.

mersit leto III 351, labuntur leto II 747, prosternere leto IV 406. cadunt solo II 739, profundo praecipitetur III 391, mergetur caeno barathri IV 67, uobis uenerat III 707 *(cf.* uenit enim ad uos *Matth. XXI, 32),* condere terrae II 24. III 69, pauidis loquitur III 107, tibi nunc in uerba uenire I 17, Christum prodere morti (= ad mortem) IV 434, mihi multorum clamabit talia fletus I 708, dimittere uitae IV 602, exercent trucem subiectis urbibus iram III 604 *(cf.* potestatem exercent in eos *Matth. XX 25),* adstrata foribus I 13, quos operis glomerauit portio ruri III 581, — uitaeue animoue sedebunt III 149, haerent fundamina petrae I 720, discipulis haerere II 97, haereat ne uobis portio uitae II 454, domibus inhabitare I 301, — canibus sua portio mensae decidit III 188, segni tollatur portio IV 250 *(at* IV 256 tolletur ab illo), — dicenti iunguntur milia I 170, — Nathanaheli concurrit II 102, concurrere tempus sanantis Christi uerbis II 344, quo possent dicta profetae concurrere rebus II 825, sterili concreuerat umbrae III 658, audistis pugnantis foeda profani uerba Deo IV 562, — illi dextram tetigit I 769, cur nobis tacitas noluit cunctatio mentes III 243, quod panes quinque plebis mihi milia quinque inplerint dapibus III 248, — nobis domuerunt omnia I 709, cui moenia surgent I 717, quod mala cuncta illi uirtus diuina domaret III 34, — tibi (= abs te) puerum gigni I 70, sterilis quae credita cunctis I 73, uox missa deo I 184, uox instincta deo I 276, cunctis laudetur I 481, uobis condita I 616, uobis curetur I 653, talis cognita numquam uita mihi I 713, spiritus sanctus cuicumque uiolabitur II 628, non mihi captatur gloria II 681, respuitur uobis II 683, cuicumque uoluntas inpletur II 730, si genitor cuiquam laedatur III 141, uobis uitentur III 239, scandatur tibi III 391, sit tibi multatus III 429, istaec mihi obseruata reor III 510, nobis percontata III 679, sibi responsa III 698, accitos famulis III 739, uirginibus properatum IV 210, dilectum Christo IV 314, iustis celebretur IV 319, tibi decreta est sententia IV 493, cernitur suis IV 786 *etc.* — uitae uinctura perenni II 226, quae sint genitalia moenia Christo I 236, utque illi (= illius) dextram tetigit I 769, uitae iunctura perenni II 226, medellae exclusa II 232, celasti ista superbis II 550, uiuere poenae II 603, bono conuersa plebes II 771, cura lauandis manibus praeteriit III 136, non sit tibi copia fructibus promendis III 659, permixtum felli uinum IV 658.

Dauid I 121, 149, 151, 166. II 105, 570. III 356, 639, 647. IV 47, 48.

de: prisco de sanguine I 186, admiratio digna de pueri uerbis I 295, doluit de pectore sortem I 461, de fontibus ablue uultum I 608, de fontibus egestas undas II 148, Iacob de nomine pollens II 245, fugit de pectore daemon II 419, nostra de sede — sentiet II 503, de lege II 574. IV 63, 608, 728, de (= ex) pectore II 713, 778, de semine sensus II 775, nostro de semine II 810, uno de corpore necti III 469, omnes de labe malorum secernet IV 262, credis puro de pectore IV 354, iuuari de pretio unguenti IV 414, de morte luctus IV 334, socians de corde dolorem IV 369, proueniat nostra de sorte uoluntas IV 504, de more I 284. IV 600 (*at* ex more I 282).

debeo: scriptura meis conplenda est debita rebus IV 530.

debilis: crurum debile III 198.

debita leto percurrens I 211.

decipere *i. q.* discerpere, interficere II 598.

declinatio: gen. plur. iuuencum II 156, duum III 431, uirum III 572. IV 707. — *gen. participiorum in — um:* captantum III 684, cedentum I 694, cenantum III 91, 251, cernentum II 73, colentum II 429, credentum II 151, 757. III 74, 108, 670, 673, 731. IV 52, 364, 382, egen-

Cyprian, poet

Heptateuchos.
(C S E L , v. 23)
A223